This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Hist. 2307

OTHEEK GENT

3744 Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# INSCRIPTIONUM Antiquarum SYLLOGE IN Duas PARTES Diſtributa.

Quarum PRIOR

INSCRIPTIONES ETHNICAS Singulares & Rariores penè omnes continet, quæ vel *Gruteri* CORPORE, *Reyneſii* SYNTAGMATE, *Sponii* MISCELLANEIS, Aliiſque ejuſdem argumenti Libris reperiuntur.

ALTERA

CHRISTIANA MONUMENTA Antiqua quæ hactenus innotuerunt omnia complectitur.

IN USUM

Juventutis Rerum Antiquarum ſtudioſæ Edita, & Notis quibuſdam Illuſtrata.

A GUIL. FLEETWOOD, Coll. Regal. apud *Cantab.* Socio.

*LONDINI:*

Impenſis GUIL. GRAVES, Bibliopolæ *Cantabrigienſis*, & Proſtant apud TIM. CHILDE, ad Inſigne *Cervi albi* in Cœmeterio D. *Pauli*. M DC XCI.

Guilh. Ott. Reitz, Rotterod: 1723. d. 8 Jun.

Digitized by Google

Digitized by Google

JUVENTUTI CANTABRIGIENSI

# Rerum Antiquarum

STUDIOSÆ:

Preſertim verò

# COLLEGII REGALIS

# ALUMNIS.

GUL. FLEETWOOD, S. P. D.

*QUOD in veſtrûm gratiam, ornatiſſimi Juvenes, laboris, temporiſque impendio non exiguo, Opus abſolvi, id ut Vobis gratum acceptumque ſit, non eſt quod dubitem. Quas ergo horas in exorandâ Lectorum ſuorum patientia abſumunt alii, iſtas ego in exercendâ utiliùs (puto) collocabo. Miſſis itaque ambagibus, excuſationibuſque omnibus, de magnitudine, & difficultate Operis, exili ingenio, & tenuitate animi quæſitis reliquiſque ejuſmodi fucis, ad rem & inſtituti noſtri rationem accedo.*



Digitized by Google

*Dum in Theſauro Gruteriano, Reineſii Appendice, Sponii Miſcellaneis cæteriſque ejuſdem argumenti Libris volvendis & perlegendis totus occuparer, & mirâ animi dulcedine retinerer; nec Doctis injucundum, nec Ignaris aut ingratum aut inutile futurum exiſtimabam, ſi ex ingenti iſto Inſcriptionum Corpore, quod mole ſuâ pene laborabat, illas omnes quæ rarum quodvis & ſingulare in ſe continerent, excribendo colligerem: ſi quæcunque viſu & quæſitu digna eſſent, quæcunque animum Legentis moveant urgeantque coram oculis unà apponerem: ut uno quaſi intuitu, & (quod dicitur) ſimul & ſemel omnia hîc haberet Lector, quæ poſt multam temporis, laboris & pecuniæ impenſam, in quærendis, in parandis, & legendis libris, vel ſub manu, vel in animo habere gauderet. Non, quòd iſta quæ omiſi fructum & pondus ſuum non habeant (nam auro contra caræ ſunt ipſæ Literulæ, Siglæque Inſcriptionum Semeſæ, & adoranda penè quæcunque, reſtant vetuſtatis fragmina) ſed quod pauca ſint vel nulla, quæ vel delectandi, vel curas & dolores animi deliniendi causâ, quærunt homines, quæ hoc in Libro non habebunt, aut alibi non fruſtra quærent.*

Gruterianum ordinem *in diſponendis Inſcriptionibus, quoad potui, utplurimum obſervavi, incipiendo à Diis, exordii Aratæi memor,* Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα. *Sub hoc capite vidbis Deos Superos, Inferos, & Medioxumos, Mortales, Immortales, Cælo, Terra, Mari, un-*

*dique*

*diſque petitos. Unde forſan colliges Gentil's aut minùs rectè, aut non omninò, aut longe alitèr quam nos, ratione ſuâ uſos: Cum enim nobis ratione certiſſimum & perſuaſiſſimum habetur, Ut num tantùm eſſe Deum, nec alium eſſe poſſe, quî ſit, ut eâdem cum nobis ratione uſi, duos, plures, & tantùm non innumeros Deos eſſe crederent? Aut ergo Deum Unum* Μυριώνυμον *colebant, aut plures eſſe Deos rationi rectæ non adverſari exiſtimabant. Si prius, nec Polytheiſmi nec Idololatriâ rei erant; ſi poſterius aut ratione ſuâ non rectè uſi ſunt homines per tot ſæcula, & per totum ferè terrarum orbem, aut recta ratio non eadem hodie eſt, ac olim erat. Præterea, cum recta ratio hodierna imprimis doceat Deum & æternum eſſe, & omnia poſſe, (quæ ſimpliciſſima notio eſt, & prima, & maximè univerſalis, nam reliqua ferè omnia ejus attributa Relativa potius ſunt, & quoad Creaturas, ſicut Bonitas, Juſtitia, Miſericordia, &c.) aut Gentilium ratio, diverſa erat & alia à noſtra, aut Deum & æternum, & omnipotentem colebant Gentiles. Si alia erat illorum ratio à noſtrâ, vel (quod idem eſt) ſi alitèr ratione ſuâ uſi ſunt homines ac nos, ubinam, quæſo, iſta adeo jactata rationis certitudo, quâ duce tot per ſæcula, Omnes ferè viâ rectâ aberraverint? Si Deum æternum & omnipotentem colebant Gentiles, qua in parte ſunt culpandi? Diverſitatem enim Nominis nihil moratur Deus, nam ſive Pana, ſive Jovem, ſive Deum appellites nihil intereſt, idem Illi eſt ac ſi Jehovam invoces.*

*voces. Sed & alia bene multa ſunt, quæ nunc omitto, hoc in Capite obſervanda. Unum præterea tantùm volo, ut Deum O. M. ſumma laude veneremur, & ut (ad S. Petri monita)* Ejus Virtutes prædicemus, qui nos ex tenebris, in ſuam lucem mirabilem vocavit; *qui in ſacris Scripturis, naturam & voluntatem ſuam luce meridiana clariùs manifeſtam fecit; quibus ſolis firmitèr, ob hoc, adhærendum puto, quod (citra illas) & ſine ratione, & (ut videtur) cum ratione, eandem inſaniam inſaniunt homines.*

*Sequuntur Opera Publica, in quibus multa antiquiſſima & rariſſima Vetuſtatis monumenta ſunt; ſed quæ prælucent aliis ſunt, Columna Duillii, ante Ch. Nat. 258. Tabula marmorea Neapolitana, ant. Ch. N. 103. Cenotaphia Piſana. Decretum Arbitrium finium regundorum inter Genuates & Veiturios, ant. Ch. N. 116. in quo montes, fluvii, rivi Populique occurrunt, quorum ipſa nomina non ſolum in Geographicis, verùm & in aliis omnibus (ut puto) libris deſiderantur. Et alia ejuſmodi non pauca notatu digna.*

*Sequuntur tertiò Cæſares & Imperatores ſummi, quorum in Titulis & Honoribus deſignandis & deſcribendis, eandem Veritatis, & Modeſtiæ rationem olim habitam invenies, quam hodie apud Gallos crocitantes habitam videmus, i, e. ut planè dicam, nullam. Non enim in hiſce Inſcriptionibus ita luculentèr Laudatorum dotes,*

animi

Digitized by Google

*animi virtutes, domi militiæque geſta præclara, quàm mores hominum laudantium, & ſæculi ingenium deſcribuntur. Temporis ordinem, quem in hiſce diſponendis ſervavi in Schedis noſtris manuſcriptis, turbatum & neglectum, per incuriam Compoſitoris, in impreſſis habes.*

*Proximum Caput habet Sacerdotum, ſacrorum Miniſtrorum, aliorumque tumulos & ſtatuas pulchris & ſanis laudibus ornatos. Honores tot & tantos, falſo Sacerdotio, & ſacris impiis attributos eſſe, noli admirari. Nam, præterea quòd imprudentes hoc fecerunt homines, audacter dico, abſque his, nec Vera nec Falſa Religio diu, quoad extra, ſtare poteſt. Surgent autem hi Gentiles in Judicio, & Noſtrates hodiernos heſternoſque hac in parte condemnabunt.*

*Quod ad reliqua quæ ſequuntur, ſpectat, nollem diverſis claſſibus appponere, nec varios variorum affectus, ſub ſingulis Capitibus, ſed Parentum, Liberorum, Conjugum, Fratrum, Sororum, Gentilium, Cognatorum, Heredum, Amicorum, Sodalium, Benemeritorum, Corporum, Singulariorum, Dominorum, Patronorum, Libertorum, Servorum, aliorumque uno ſub Capite deſcribere; partim ut Claſſes non multiplicarem, quæ ratione hâc eſſent innumeræ; partim, ut turbato Perſonarum & Affectuum ordine, acriorem legendi cupiditatem, & majorem in legendo delectationem diverſitas affectuum excitaret: ut cùm querelis Cognatorum defatigatus eſſet animus, ad Ma-*

trum

Digitized by Google

*trum & Sororum planctus & dolores ſe reciperet; ut cum Suſpiriis deſideriiſque Libertorum & Servorum ſatiatus eſſet Lector ad triſtes intimoſque Patrum gemitus, ad vehementes Conjugum affectus & veras lachrymas, oculos animumque quò advertat, habere poſſit. Plura inter hæc notatu digna ſunt, quàm ut notandis diu immorer. Ubi rudes homines, ſæculum inficetum, balbutientem linguam, ſermonem barbarum, & Latinitatem penè deficientem invenies, ibi Naturam ipſam propriè, elegantèr, acutè, & vivacitèr loquentem audies: ita ut ſenſus viſque naturalis inſcriptionum dolores cordis exprimat, & tantùm non eliciat lacrymas, cùm ipſa verba contemptum & riſum vel invitis excutiant.*

*Quod ad rem Grammaticam ſpectat, plurima ſunt quæ & bilem & cachinnos moveant: præſertim cum audaciam & jactantiam Criticorum tantam omnibus libris interſperſam, tam levidenſi tamque infirmo ſundamento innixam, cum Viros aliàs graves, doctos, probos & prudentes, multæ lectionis, & judicii multi, lites, controverſias, jurgia, rixas & tantùm non bellum cientes, de literulâ unâ tranſponendâ, interponendâ, mutandâ, ſive exterendâ, & delendâ, cœlum & terram moventes, & cum ſummo aliorum faſtidio, & pari ſui jactatione de re nihili certantes, & (quod dicitur) de lana caprinâ turpibus & fædis inter ſe judiciis conflictari videris. Sed ne gratìs hæc dixiſſe videar, exempla quædam adnotare hoc in loco non pigebit, ut ipſe Lector, quantum*

Digitized by Google

*tum certi hiſce in rebus ſit, dijudicet. Habes itaque* Mcnotyranno, *&* Minoturani *inſcriptione eâdem, pag.* 15, 1. Quodannis & Quotantannis, 93, 2. Lucſerunt, 181, 1. *&* Luxerunt, 181, 2, Tauropolium, 11, 4. *Anno Dom.* 175. *&* Taurobolium, 11, 5. *Anno Dom.* 199. Trigenſimo, 20, 1. *A. Dom.* 358. *&* Triceſimo, 20, 2. *A D.* 359. Maximianus & Maxſimianus, 117, 2. Caſtæ *&* Caſte. Amantiſſimæ *&* Deſideratiſſime. *Omnibus Dativis*, 191, 2. Pulchrai, *&* Feminæ, 282, 3. Decernt *pro Decernerent*: & Coronarn. *pro Coronarent*, 189, 3. Miſ. ultq dona, *pro Miſitque ultima dona*, 246, 4. Uſſus, *pro Uſus*, 44, 3. Deliciæ ſuæ, *pro Deliciarum, vel pro Genitivo ſingul.* 35, 3. Fatus malus, 221, 4. Omnem jus, 190, 1. Sing. *pro Sign*, 23, 5. Ara *pro aram*, 39, 3. M *finali omiſſo*, Exeplu, 190, 2. M *medio omiſſo. Uxxoribus.* 209. 2.

*Hæc pauca ex multis Lectori appoſui, ſed ne ſæculum barbarum, & tempora ſequiora, hæc aut ſimilia exempla, tantùm protuliſſe ſuſpiceris, pauca quædam ejuſmodi argumenti ex Cenotaphiis Piſanis, eodem tempore compoſitis, Auguſti tempore, & paulo (ut videtur) ante Chriſtum, natum depromam, pag* 71. *ad* 75. Maxſumi & Maximo. Deceſſu & Deceſus. Nive & Neve. Eum Diem & Eam diem. Gai. & Cai. Obſervarique & Opſervarique. Conſeſum & Conſenſum. Ceteris & Cæteros. Dicendo & Dicundo. Adque & Atque. Iis & Eis. *Hæc in uno eodemque loco, unâ*

*unâ eâdemque manu exarata habes. Nunquid ergo Quadratarii ignorantiæ, nunquid Inſpectoris negligentiæ, aut incuriæ, diverſitatem hanc attribues? Tantaſne res tam negligenter agere ſolebant Viri Maximi & gloriæ cupidiſſimi, qui non tam gratiam apud Principem, quàm famam & laudem apud poſteros hiſce monumentis ſtudioſiſſimè prenſabant? profectò nihil minus. Has ergo differentias in ſcribendo nihil morabantur veteres, non iſta olim cura qualis apud nos, nec accurata & pluſquam abſoluta in notandis literis ἀκρίβεια, illis ratio & ſenſus, nobis verba & puncta curæ ſunt. Nec aliquid certi, his de rebus, ex iſtiuſmodi monumentis poteſt proferri. Immo nec ætatem Inſcriptionis alicujus, de hac vel illa Scriptionis ratione, aut formâ, certò licet conjicere. Quid enim, cùm in ſupralaudatis Cenotaphiis.* Finis extremas. Devicteis. Volneribus. Praerat. Uſqui. Apſtinere. Perpetuom. Defixſo. Legitume, *cæteraque ejuſmodi videre liceat, certiſque indiciis exploratum, & probatum habeas Auguſti ſæculo, hæc & talia in uſu fuiſſe; an quæcunque monumenta eandem habent vetuſtatis ſpeciem, ejuſdem eſſe ſæculi ideo affirmabis? fruſtra ſanè eris, hoc ſi facias, cùm & antiquiora multo, & multo poſteriora ſæcula eandem ſcribendi rationem ſunt ſecuta? immo cùm ipſa Auguſtæi ſæculi ſcribendi ratio multùm diverſa fuit, & ſæpe ſui diſſimilis? Quæ ſequuntur etiam ſententiam noſtram de incertitudine harum rerum certiorem facient.* A *pro* o, *Dua*, 322, 2. æ *pro* oe, *Cæliæ*, 133, 2, æ *pro* e, *Funære*, 293, 4. æ *pro* æs, *Auctæs*, 253, 5. æ *pro* i, *Illæ*, 198, 5.

ae

Digitized by Google

ae *pro* ui, *Paemento*, 34, 1, ai *pro* æ, *Lucinai*, 9, 5. ate *pro* æ, *Bernaclate pro Vernaculæ*, 366, 1. *Soſiati pro Sophiæ*, 374, 6. b *pro* v, *Inbicto*, 19, 4. b *pro* d, *Bibentalium*, 41, 3. b *pro* p, *Obtimo*, 295, 2. c *pro* qu, *Coque*, 285, 3. & *pro* g *ſæpiſſimé*. d *pro* t, *Quodannis*, 23, 6. d *pro* p, *Adtas*, 222, 4. e *pro* ae, *Ceteriſq*. 4, 4. e *pro* oe *feminæ*, 12, 4. e *pro* i, *Soledas*, 85, 3. eu *pro* u, *eutilitas*. 143, 1. ei *pro* i, *Tibei*, 42, 1. H *pro* e, BHNHMHRHNTI, *Benemerenti. Utebantur enim η Græco, ſicut & aliis Græcorum Literis promiſcue cum Latinis, ut videre eſt*, 328, 1. *Aliquando* h *additur, ut harenato*, 68. I *pro* II, *MaIs*, 11, 5. *Iſta Litera in longum ſuperiùs diductâ*. i *pro* oe, *Camina*, 23, 2. i *pro* e, *mereta*, 85, 3. & II *pro* e, *ut FIIci*, *feci*, 287, 3. i *pro* u, *Depoſierunt*, 291, 1. *Niſi id pro depoſiverunt, ſicut & compoſeiverunt in vetuſtiſſimo Genuenſi monumento*, 69. K *pro* C *ſæpiſſimé*. O *pro* u, *quojus*, 44, 3. & *Erodita*, 218, 1. oi *pro* u, *coiravit*, 85, 3. ou *pro* u, *jouſerunt pro juſſerunt*, 69. *lin*. 5. *Veteres enim Conſonantes non duplicabant*. p *pro* b, *Apſenti*, 33, 6. q *pro* c, *Pequn*, 68. ſ *pro* r, *proſilienſium*, 44, 1. ſ *pro* ſſ, *juſit*, 2, 3. t *pro* d, *Quot*, 5, 5. V *pro* b, *ut Vaſe*, 6, 2. u *qro* o, *Epiſtular*, 14. 2. u *pro* e, *faciundo*, 67, 1. u *pro* hu, *Umanarum*, 77, 1. *Hæc exſcripſi, omiſſis aliis ejuſmodi quamplurimis, ut quàm leves & incertæ Criticorum conjecturæ neceſſariò ſint aſpicias, cum de Literulis & Punctis agitur. Nec tamen dubito quin Quadratariorum Operariorumque oſcitantiæ & erroribus, ignorantiæ & negligentiæ, multas in ſcribendo debemus differentias, nec dubitandum eſt*

quin

*quin etiam inter Doctos, ſæpe pro Lapicidæ Celte, malleo, & ferramentis omnibus acritèr pugnatum ſit.* Hiſce *etiam erroribus & rixis, anſam præbuerunt literarum ſimilitudo, & temporis edacitas, cùm nempe, quædam illarum partes vetuſtate eſſent vel ſemeſæ, vel penitus extritæ, ut has ab illis non facilè diſcernas. Exempla ſint,* B. P. R. D. C & G. E & F. H & II. I & L. K & R. M & N. N & V. O & Q. T & I. V & Y. *Et forſan aliæ, literas accuratiùs expendenti occurrent ſimiles, quæ me ad alia properantem fugiunt.*

*Spurias Inſcriptiones præter unam & alteram rejeci omnes, quarum Luſitania, neſcio quo fato, erat feraciſſima; immò Religionem meam nimiam hac in parte, vereor ne quis vitio mihi vertat; namque prætimidus & ſcrupuloſus ne ſpurias pro genuinis, proque certis dubias Lectori imponerem, perpulchras quaſdam & ingenioſas omiſi, & in dubium multas hactenus indubitatas revocavi. Sed vide hominis inconſtantiam! dum hoc conſilio & inſtituto meo nunquam cedere ſtatuebam, & cautelam abundantem animo infixam habebam, neſcio quo pacto, plurimas apertè ſpurias, pueriles & ridiculas, ex J. Bapt. Ferretii* Muſis Lapidariis *Veronæ impreſſis,* 1672. *incautus & ineptus admiſerim. Sunt autem,* 323. 1, 2. 324. 1, 2, 3, 4. 325. 3, 4. 326. 1, 3, 4. 328 5. 329. 1, 3. 330. 1, 3, 4. 331. 2. *Penes* Ferretium *harum fides ſit.*

*Quod ad Græcas ſpectat, in animo habebam illas vel ab aliis Latinè verſas, vel ipſe denuò vertere,*

*ſed*

Digitized by Google

*ſed in majorem molem aliàs excrevit liber, quam par erat, & plurima in illis erant, quæ à me nec verti nec intelligi poterant, ſicque propoſito decidebam.*

*Poſtremò, plures notas ſi quis hoc in opere deſiderabit, ut obſcura in illo illuſtriora fierent, hæc cognoſcat, multas, immò plurimas, Inſcriptiones mihi (& ni fallor aliis hac in re doctiſſimis) æque ac illi ignotas & obſcuras eſſe,* quaſque (*ut ait Plautus*) præter Sibyllam leget nemo, nam divinandum eſt. *Sed nec incæpti noſtri ratio, & brevitatis ſtudium, nec otia paterentur, ut lucem & notas cuivis rei obſcuræ adjicerem: non enim planè ignaris, quique Literas Latinas vix, & ne vix quidem, primis prægustârunt labris, Inſcriptiones has exſcripſi, ſed Vobis, Ornatiſſimi Juvenes, Literarum & Conſuetudinum Romanarum peritiſſimis, non illis levitèr imbutis, ſed ad plenum doctis & excultis.*

*Vobis itaque & Fidei veſtræ, Candori, & Æquitati Me meoſque hos Labores, quantulicunque ſint, commendo, Vobis & Almæ Matri noſtræ Florentiſſimæ, Salutem, Pacem & Gratiam apud Deum Homineſque, tempora pacata, læta otia, Principem clementem, Cancellarium quem habetis diu veſtrum & incolumem, Mæcenates multos, omnia denique fauſta & felicia, ſincerè & animitùs exoptans.*

Londini, ad Kal. Novemb.
M DC XC.

ERRATA.

Digitized by Google

# ERRATA.

LEctorem admonendum duxi, Typographum in Literis quibuſdam extraordinariis, & Notis, exprimendis, minùs felicitèr, quam in votis noſtris erat, ſudâſſe; dammum autem reſarcivit aliquo modo, dum errata adeò pauca, in tanto hujuſce generis, Opere, exhibuit, quæ ut corrigas benignè, exorat. Pag. 22. Verſus Græci ex Pauſania deſumpti ſunt, & hîc per incuriam noſtram reponuntur. Si placet, dele. 29,1. Julia Fadilla ſoror. 31, lin. ult. Significet. profectò, &c, 53. l.2. ſenſu. 122. l. 6. Noverca. 135, 5. l.1.2. Titulus Inſcriptionis literâ Italicâ notandus eſt. 144,3. l.2. Redonatori. 166. l.10. Secundum. 143,2. Fui Probata. 167. l.14. Cenſoriacenſes. 144,2. l. 6. cetera. 191,3. l.1. Nervii. 201. l.9. Fruſtrane. 240,1. l.3. jag. 299,3. Variæ. 328, l.4. ΚΟΜΠΑΡΑΟΤΗΡΟΤΝΤ.

INSCRIPTIONUM

Digitized by Google

# INSCRIPTIONUM Antiquarum SYLLOGE.

## PARS PRIMA.

1. *In frontiſpicio Panthei Romani, literis pedalibus.*

M. Agrippa. L. F. Cos. tertium. fecit

[*paulo inferius, literis digitalibus.*]

Imp. Caes. L. Septimius. Severus. Pius. Pertinax. Arabicus. Adiabenicus. Parthicus. Max. Pontif. Max. Trib. pot. XI. Cos. III. P. P. Procos. et. Imp. Caes. M. Aurelius. Antoninus. Pius. Felix. Aug. Trib. pot. V. Cos. Procos. Pantheum. vetuſtate. corruptum. cum. omni. cultu. reſtituerunt.

NOTÆ. De Agrippæ Pantheo, apud Corn. Tacitum, & Suetonium, ne verbum quidem; apud recentiores ſatis multa: ſed de veri nominis ratione, conjectanea tantùm, & nihil certi. Plinius ſecundus, qui primus (quod ego ſcio) hujus meminit, nihil habet de nomine. Dio, l. 53. ita appellatum conjicit, vel, quod in ſimulacris Martis & Veneris, cæterorum deorum dearumque imagines inſculptæ eſſent, & ita Pantheum ἀπὸ πάντων τῶν Θεῶν vocaretur: vel quod θολοειδὲς ὂν τῷ οὐρανῷ προσέοικε, hemiſphærio tectum cœlo erat ſimile: cuppolatum, ſi ita loqui fas eſſet: & inde πανθεῖον dictum, cœleſte, pulchrum & ſpectabile. M. Agrippa, Auguſti gener, conſulatum ſuum tertium cum Octavio Cæſ. VII. geſſit. A. U. 727. quo anno, Cæſar Auguſti nomen primùm, ex Mun. Planci ſententia, ſumpſit. Notandum eſt autem, Panthea tria Romæ, alia alibi, fuiſſe, Agrippæ, Jovis Ultoris, & Minervæ Medicæ; & cùm Euſebius, decimo tertio Trajani, ſcribat



Digitized by Google

Pantheum fulmine concrematum; & cum Æl. Spartianus Adrianum Pantheum inſtauraſſe ait, quod ſub Tito in triduano illo incendio arſiſſe ſcripſit Dio: utrumque Joſ. Scaliger. V. Cl. intelligendum volet, vel de Jovis ult. vel de Minervæ Pantheo. Sed de Agrippæ, nullo modo, huic epigraphe ſuffultus. quomodo enim, inquit Vir Maximus, Pantheum vetuſtate corruptum dici poteſt, poſt 70 annos tantum? Tot enim anni ſunt ab initio Hadriani, ad initium Severi. Difficultates ſuas habet etiam Scaligeri hæc ſententia, ſed hiſce diſcutiendis hic locus non eſt, viderint illi quibus hæc & talia curæ ſunt. Satis mihi erit lectorem monere, Pantheum reſtituiſſe Severum & Antoninum Caracallam. A. D. 202.

1. *Hiſpali.*

Pantheo. Aug. Sacrum.
L. Licinius. Adamas. Lib. Fauſt.
II. Vir. Aug.

2. *Caſtilione, prope Mediolanum.*

Herculi. Mercurio. & Sylvano.
Sacrum. et. Divo Pantheo. ex. v.

NOT. Pantheum Aug. & Div. Panth. Imperatorem Auguſtum, vel Tiberium, ἀποθεωθέντα eſſe, adfirmat Reyneſius: ita enim & Druſilla, Caligulæ Aug. ſoror, poſtquam à fratre divini honores ei decernerentur, poſitaque imago ejus in foro æde Veneris, & fanum extructum, πανθέα appellata fuit. ex. v. i. e. voto.

3. *Aſtigi, in Hiſpania.*

P. Numerius. Martialis. Aſtigitan. Seviralis. Signum. Panthei. teſtamento. fieri. ponique. ex. argenti. libris. C. ſine. ulla. deductione. juſit.

4. *Neapoli:*

L. Veſtorius. Zelotus. poſt. adſignationem. aedis. Fortunae. ſignum. Pantheum. ſua. pecunia. d. d.

NOT. Videt Lector, quòd ab incertitudine nominis Panthei, conjectura de ſigno ejus, incerta neceſſariò ſit; ſed Reyneſii, qualiſqualis ſit, habebit. Quiſque Deorum Dearumque ſimulacra ſua, ſigilla, & ſymbola habebant propria, Jupiter fulmen & aquilam, Mars enſem & lupum, Pallas haſtam noctuamque, Diana pharetram, aliiq; alias res. Signum igitur Pantheum, erat ſtatua unius è legitimis & majorum

majorum gentium diis eaque grandior, in æde ejus conſtituta, ſed quæ reliquorum Deorum imagunculas cælatas & inſculptas habuit, quæ omnium Deorum virtutem, efficaciam, & officia humano generi ab illis præſtari ſolita, ſimul, & uno quaſi intuitu, repræſentabat.

1. *In Columna Ægyptiaca Scripturam Regis Saturni, & Reginæ Rheæ inveniri hanc ex Evandro refert Theon Smyrnæus Mathemat. c.* 47.

Πρεσβυτάτος Βασιλευς παντων Οσιρις
θεοις αθανατοις. Πνευματι. και Ουρανωι
Ηλιωι και Σεληνηι. και Γηι. και Νυκτι.
και Ημερᾳ. και πατερι των Οντων και
Εσομενων Ερωτε. Μνημεια της αυτου
αρετης βιου συνταξεως.

N O T. Vertit Bullialdus ερωτε prædicabo. Sed magnum eſt, virum doctiſſimum non vidiſſe, quod legi debuerat Ερωτι. Amori, qui omnium rerum tam præſentium quam futurarum parens eſt: quod obſervavit Reyneſius.

2. *Romæ.*

J. O. M.
Summo Exſuperantiſſimo.

3. *Romæ.*

Cœlo. Æterno. Terræ. Matri. Mercurio Meneſtratori. Sacrum poſuit L. Octavius Verus et Octavia Euhodia Mater.

N O T. Mercurius Deorum Miniſtrator erat.

4. *Albæ Juliæ*

J. O. M.
Et. Conſeſſui. Deorum. Dearumq. pro. Salute. Imperii. Romani. et. virtute. leg. XIII. G. Sub. M. Statio. Priſco. Conſule. deſignato. demonſtr. ipſis. aquas. aperiendas. per. L. Aurelium. Trophimum. ponenti. Signum. et. aram. Jovis. P. S. F.



Digitized by Google

1. *In Urbe Axime Tarantaſiæ in Alpibus,*

Silvane ſacra ſemicluſe fraxino
Et hujus alti ſumme Cuſtos hortuli
Tibi haſce grates dedicamus Muſicas
Quod Nos per arva perque Montis Alpicos
Tuique Luci Suaveolentis hoſpites
Dum jus guberno remque fungor Cæſarum
Tuo favore proſperanti ſoſpitas
Tu me meoſque reduces Romam ſiſtito
Daque Itala rura te colamus Præſide
Ego jam dicabo mille magnas Arbores
T. Pomponi Victoris Proc. Auguſt.

N O T. Alii leg. v. 3. Maximas pro Muſicas.

2. *Romæ.*

Diis. Deabus. Penatibus, Familiaribus. et. Jovi. Ceteriſve. Diibus.

3. *In Carinthia.*

D. D. O. Sac.
M. Ulp. Servatus. et. Pecci. Primitiva. ex. Viſu. pro. Se. et. Suis. omnibus. poſuerunt.

N O T. Quicquid facerent Pagani, feciſſe videri voluerunt, *imperio* Deorum Dearumque; *ex præcepto* Deorum, ex *juſſu* numinis, ex *viſu*, ex *monitu* Dei, ex oraculo, & vaticinatione, in ſomniis, & per quietem moniti; quod ſemel notandum duxi.

4. *Engedini in Tranſſylvania.*

J. O. M. Ceteriſq. Diis. Conſentibus. M. Opellius. Adjutor. II. Vir. Col.

5. *Spoletii.*

Conſentio. Deorum.
Mariana. Sozomene. imperio. fecit.

1. *Dottendorfii.*

1. *Dottendorſii.*

J. O. M. et. Genio. loci. Dis. D. q. omnib. Aur. Superinius. Marſus. B. F. Cos. pro. ſe. et. Suis. V. S. L. M. Meſſala. et. Sabino. Coſ.

2. *Otriculi, in Umbria.*

Pro. Salute. itus. ac. reditus. D. N. Sanctiſſimi ............ti. Aug. aediculam. Concilii. Deorum. Dearumque. Aurelius Fauſtus. Prot. Divinitate. Ris. Aug. N. ex. viſu. Deai. Valentiai. s. p. f. c.

3. *Ocriculi in Umbria.*

Pro. Salute. itus. ac. reditus
D. N. Sanctiſſimi. Ti. Aug. Ædiculam
Concilii. Deorum. Dearumque.
Aurelius. Fauſtus. Prot. Divini
Lateris. Aug. N. ex. viſu Deai
Valentinae. S. P. F. C.

NOT. Hanc Inſcriptionem integram debemus Rev. Joh. Mabillonio, & Michaeli Germain. O. Bened. Presbyteris, quibus alia etiam quamplurima veterum monumenta debet Orbis Litteratus. Prot. Div. Lat. eſt Protector divini Lateris, Imperatoris ſcilicet.

4. *Viennæ Auſtriæ.*

Deorum Proſperitati.

[ *Et in aliis inſcriptionibus quas totas exſcribere grave erat,* ]

Propitis. Deis.
Deo. aeterno.
Deo. qui. eſt. maximus.
Deo. amabili.

5. *Veronæ.*

Deo magno aeterno.
L. Statius. Diodorus. quot. ſe. precibus compotem feciſſet.
v. s. l. m.



Digitized by Google

## 1. *Romæ.*

Sive. Deo. Sive Deae.
C. Ter. Dexter. ex. voto. poſuit.

NOT. Ne forſan numen aliquod omiſſum aut neglectum iratum ſentiret, vel quod Sexum neſciret.

## 2. *Romæ.*

Ex juſſu. J. O. M. D. L. Tettius. Hermes. cum. conjuge. Sua. et. Filis. et. omnibus. ſuis. Cantharum. cum. vaſe. ſua. poſuerunt.

NOT. Vaſe pro Baſi.

## 3. *Albæ Juliæ.*

J. O. M.
Et. Junoni. Regin. pro. Sal. Imp. M. Aur. Antonini. Pii. Aug. et. Juliae. Aug. Matris. Aug.
M. Ulp. Mucianus. mil. leg. XIII. gem. Horologiar. templum. a. ſolo. de. ſuo. ex. voto. fecit. Falcone. et. Claro. Conſ.

NOT. Falco. et. Clarus. Coſſ. fuerunt. A. D. 193. eodem anno quo Pertinax Imp. interfectus eſt, nec ſecundum, quod ſcimus, conſulatum inierunt: ergo Antoninus Baſſianus, Auguſtus appellatus eſt, eodem anno quo Severus, Pater ejus, imperium ſuſcepit, quod ego non credo. Sed præterea, qui fit, ut Mucianus, nullam de Imp. Severo mentionem facere auſus ſit, præſertim cùm purpuram nudiuſtertiùs aſſumpſerat, & maxima illius gratiam ineundi opportunitas hac dedicatione daretur? Credo Severum extinctum fuiſſe, & Coſſ. falsò notatos. Suffectos, non ordinarios credit Spanhemius.

## 4. *Ulpia Trajana.*

Jovi. Statori. Herculi. Victori. M. Ulp. Nerva. Trajanus. Caeſar. victo. Decebalo. Domita. Dacia.
Votum. ſolvit.
Aſpice. Romule. Pater. Gaudete. Quirites. veſtra. iſta. eſt. gloria.



Digitized by Google

1. *Romæ.*

Jovi. O. M. et. Deae. Suriae. et. genio. Venalici. C. Granius. Hilarus. cum. Liſſia. Sabina. V. V.

NOT. V. V. *i. e.* Voverunt.

2. *Romæ.*

J. O. M.
Et. Soli Divino. et. genio. Venalici. Q. Julius. Maxmi. Lib. Felix. cum. Julia. Q. F. Romana. Conjuge. lib. anim. vot. ſolvit. Imp. . . . . . . Caeſar. Aug. Ger. XII. Ser. Cornelio. Dolabella. Coſ.

NOT. Supple Domitian. A. D. 86.

3. *Warbel.*

J. O. M.
Romulo. Parenti. Marti. auxiliatori. felicibus. auſpiciis. Caeſaris. Divi. Nervae. Trajani. Aug. condita. Colonia. Dacia.. Sarmiz. per. M. Scaurianum. ejus. Propr.

4. *Romæ.*

Ti. Claudius. Ti. F. Nero. Pontifex. Cos. iterum. Imp. iterum. ludos. votivos. pro. reditu. Imp. Caeſaris. Divi. F. Auguſti. Pontificis. Maximi. Jovi. Opt. Max. fecit. ex. S. C.
NOT. Quinto vel Septimo ante Chriſt. cum Cn. Piſone Cos.

5. *Tuderti, hodie Todi, in Umbria.*

Pro. Salute. Coloniae. et. Ordinis. Decurionum. et Pop. Tudertis. Jov. Opt. Max. Cuſtodi. Conſervatori. quod. Is. ſceleroſiſſimi. Servi. Publici. infando. latrocinio. defixa. monumentis. ordinis: Decurion. nomina. numine. ſuo. eruit. aç. vindicavit. et. metu. periculorum. Coloniam. quoque. liberavit. L. Cancrius. Clementis. Lib. Primigenius Sexvir. II. Auguſtalis. et. Flavialis. Primus. omnium. his. honoribus. ab. ordine. donatus. votum. Solvit.



Digitized by Google

1. *Romæ.*

Numini. Deorum. Aug. Jovi. Opt. Max. aedem. voto. ſuſcepto. Q. Lepidus. M. F. M. Curius. M.F. Cos. III. S. P. Q. R.
Imp. Cæs. Divi. Trajani. Parthici. F. D. Nervæ. Nep. Trajano. Hadriano. Aug. Pont. Max. Trib. pot. II. Cos. II. quòd. unus. omnium. Principum. et. ſolus. remittendo. Seſtertium. novies. millies. debitum. fiſco. non. præſentes. modo. Sed. et. Poſteros. Suos. præſtitit: hac. liberalitate. Securos. Julia. Aug. Mater. Augg. et. Caſtrorum: Matronis. reſtituit. Sabina. Auguſta. Matronis.
Divus Aug. Pont. Max. ex S. C. refecit.

NOT. Hi conſules, qui ſuffecti, non ordinarii erant circa initium Caracallæ, ædem Hadriano voto ſuſcepto, dedicatam, ac vetuſtate collapſam refecerunt, propterea quod Julia Aug. mater Caracallæ & Getæ Augg. Sabinam Hadriani uxorem, liberalitate ſua, erga matronas, imitata eſſet. Joſ. Scal. in Euſeb. Qui plura de hac re ſciret, Spartianum in Hadriano adeat, Dionem, & Euſebii Chron. ubi videbit quod non unus & ſolus Adrianus tributa fiſco debita remiſit; ſed quòd forſan nemo alius tot & tanta.

2. *Convenis.*

Jovi. Salutari.
Ulpianus. gravi. infirmitate. liberatus

3. *Tingi. Africa.*

J. O. M. Junoni. Minervæ. Ceteriſque. Diis. Deabusq. immortalib. pro Salute D. D. N. N. Augg. Conſtant. et. Maximian. Piiſſimor, Cæſar.
Frontinianus. ſub . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . poſuit.
. . . . et. Conſtantio. Cæſ. iterum. Coſſ.

NOT. Supple Diocletiano Aug. VI. A. D. 296.

4. *Romæ.*

Jovi. Opt. Max. Dolicheno.
T. Flavius. Coſmus. juſſu. Dei. fecit

5. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Aram.Jovi.Fulgeratoris.ex.precepto.Deorum.montenſium. Val.Creſcentio. Pater. Deorum. omnium. et. Aur. Exſuperantius. Sacerdos Silvani. cum. fratribus. et. ſororibus. dedicaverunt

2. *Aſſiſii in Umbria.*

Jovi, Paganico. Sacr. ex indulgentia. Dominorum. Succeſſus. Publicus. Municipum. Aſſiſinatium.
Ser. Amœnianus. ædem. cum. Porticibus. a. ſolo. ſua. pec. fecit. item. menſam. et. aram. D. D.

3. *Poetovione. Sub porta Stirienſi.*

Præſti. Jovi. S. Trib. Coh. X. Prætor. Cultor. numinis ipſius. proficiſcens. ad. opprimendam. factionem. Galli juſſu. Principis. Sui. aram. iſtam. poſuit

4. *Romæ.*

ΔΙΙ. Πατρῴωι. ex Oraculo.

5. *Inſcriptiones ſequentes non totas exſcripſi ſed in diverſis aris & marmoribus erant.*

Jovi { Hamoni. / Sabazio. / Sarapidi. / Saranico. / Sereno. / Victori. / Optimo. }

5. *.

Junoni. Lucinai.
pro. filia. parva. laborante
Suſcepto. voto
Statilia. d. d.

1. *Oſtiæ.*

1. *Oſtiæ.*

Junoni. Patulciæ
T. Fabatius. Tabularius Oſt.
et Procurator Fiſci. Patronus
Colleg. Lenuncul. IV. Vir. Quinquen.
D. D.

NOT. Juno Patulcia forſan dicta eſt quia vias & meatus genitales in partu pandit aperitque.

2. *Beneventi.*

Junoni. Stygiae.
Creſcentina Matrilla. cum Fil. Su
V. S. l. m.

NOT. Cora vel Proſerpina.

3. *Romæ.*

Αγαθη Τυχη
Διι Ηλιω Μεγαλω
Σαραπιδι και Τοις
Συνναοις θεοις
Στατιος Κοδρατος
Κρατιστος Νεωκορος
Εκ μεγαλων κινδυνων
σωθεις
Ευχαριστων ανεθηκα
Ιλεως σοι Αλυπι
Τον εν Κανωβω
Μετα του Ρωμης ιερε - - -
Διοσκορος Νεωκορ - - - -
Τοις μεγαλοις Αγ - - - -
ανεθηκα.

NOT. V. penultimo ſubſtitue αγωσιν, & intellige ludos Capitolinos.

1. *Romæ*

### 1. *Romæ.*

Junoni. Placidæ. Conſervatrici. Auguſtæ. Claudia. Sabbatis. Bullam. D. D. addidit. et. Scyphum. et. tripodem. Fortunæ. Aug.

### 2. *Romæ.*

Junoni Juniæ. C. Silani. F. Torquatæ. Sacerdoti. Veſtali. annis LXIIII. Cœleſti. Patronæ. Actius. L.

NOT. Hæc erat illa virgo & Sacerdos Veſtalis, ob cujus Sanctimoniam, Tiberius Aug. Silanum fratrem ejus, non in Gyarum immitem, ſed in Cytheram, ob crimina ſua, relegandum duxit. Sed vide quæſo, quanta erat Superſtitio Paganica, quanta adulatio: aliquando Deos ſuos, & Deas, Patronorum ſuorum nominibus honeſtabant, Deos Auguſtos, Deas Auguſtas appellando: aliquando Patronos ſuos Deorum immortalium nominibus. Sicut in hoc loco, Actius Libertus, & in aliis alii quamplures.

### 3. *Romæ.*

Digne. Doctiloqueis. picturas. condecoravit. Reginæ. Junoni. Supremi. Conjugi. templum. Marcus. Ludius. Elotas. Ætolia. oriundus. quem. nunc. et. poſt. ſemper. ob. artem. hanc. Ardea. laudat.

### 4. *Apud Lactoratenſes.*

Sacr. M. M.
Auſ. Prima. [1] Tauropoli. fec. hoſt. ſuis. Sacerdotib. Zmynthio. Proculiani. et. Pacio. Agrippæ. Pollione. II. et. Apro. II. Coſſ. XV. Kal. Nov.

NOT. A. D. 175. lege P. Accio.

### 5. *Romæ.*

Æmilia. Serapias. Taurobolium. fecit. [2] Petram. Taurobolatam. poſuit. Per. Sacerdote. Valerio. Pancarpo. idib. mais. Anullino. II. et. Frontone.
Coſ.

NOT. A. D. 199. permittente, vel præeunte Sacerdote.

1. Tein.

1. *Tein. ad Ripam Rhodani. A. D.* 184

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . Domusq. Divinæ. Colon. Copiæ. Claud. Aug. Lugd. [1] Taurobolium.fecit. Q. Aqvivs. Antonianus Pontif. Perpet. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
ex.vaticinatione. Puſoni. Juliani. [2] Archigalli, inchoatum. XII. Kal. mai. conſummatum IX. Kal. mai. L.Eggio.Marullo. Cn. Parinio. Æliano.Coſſ.Præeunte. Ælio Cti. . . P. . . p. L. N S. Sacerdote, Tibicine. Albio. Verino.

2. *Apud Lactorenſes in Novem-populonia.*

Pro. Salute. Imp. Antonini. Gordiani. Pii. Fel. Aug. totiusque domus. Divinæ. proque. ſtatu. Civit. Lactor. tauropolium. fecit. ordo. Lact. D. N. Gordiano. II. et. Pompeiano. Cos. VI. id. Decemb. Curantib. M. Erotio. et.Feſto. Caninio. Sacerd.

NOT. AD. 241.

3. *Romæ.*

M. D. M. J. et. Attinis
L. Corn. Scipio. Orfitus. V. C. Augur. Taurobolium. fecit. die. IV. Kal.Mart. Tuſco. et. Anullino. Cos.

NOT. A. D. 295.

4. *Romæ.*

D.D.N.N. Fl. Valentiniano. et. Gratiano. . . . . . . . Ratoribus. ſuis.
Cejonius. Rufus. Voluſianus. V.C. et. inluſtris. Ex vicario. Aſiæ. et. Cejoni. Ruf. Voluſiani. v. c. et. inl. Ex Præfecto Præt. et. ex Præfecto Urbis, et. Cecine. Lolliane. clariſſ. et. inluſt. femine, Deae Iſidis. Sacerdotis. Filius [3] iterato. viginti. annis. ex. perceptis. tauroboliis. VI. aram. conſtituit. et. conſecravit. X. Kal. Jun. D. N. Valentiniano. Aug. et. Neoterio. Cons.

NOT. Gratianus occiſus eſt. A D. 383. Valentin. & Neoter. Coſſ. fuere. A D. 390, ergo aram conſtituit Rufus, 383, ad ſummum, & conſecravit. 390.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

## 1. *Roma.*

Μητέρι τῇ πάντων Ῥείῃ τεκέων τε γενέθλων
Ἄττει θ' ὑψίεται καὶ συνιέντῃ τὸ πᾶν
Τῷ πᾶσιν καιροῖς θερμεώτερα πάντα φύοντι
Κριοβόλου τελέτης ἦδε, τὶ ταυροβόλου
Μυστιπόλος τελέθων τοῦτον συνθήκατο βωμὸν
Δῶρον Ἀπόλλωνος θεῖον ἔχων ἐπίκλην

[ *Latinè ſic. Matri omnium Rheæ liberorum (i. e. Deorum) & Attidi, excelſo & omne animadvertenti, (i. e. Soli) producenti omnia maturiora omni tempore. Antiſtes exiſtens myſterii Criobolii & Taurobolii hanc aram poſuit, qui nomen habet* (ἐπίκλησιν) *Apollinis donum. i. e.* Ἀπολλόδωρος *vocatur.*]

Petronius. Apollodorus. V. C. Pontif. Major. XV. vir. Sacr. fac. [4] Pater. Sacrorum. Dei Invictr. Mithræ. Taurobolio. Criobolioq. percepto. una. cum. Ruf. Voluſiana. C. F. Conjuge. XVI. Kal. Jul. D D. N N. Valentiniano. et. Valente III. Coſ. aram dicavit.

**NOT.** A. D. 370. aliter legitur in verſu ſecundo, ὑψίστῳ.

## 2. *Narbonè.*

Imperio. D. M.
Tauropolium. Provinciæ. Narbonenſis. factum. per C. Batonium. Primum. Flaminem. Augg. pro. Salute. Dominorum. Impp. L. Septimii. Severi. Pii. Pertinacis. Aug. Arabici. Hadiabeni. Parthici. Max. et. M. Aureliani. Aug.

**NOT.** Lege. M. Aureli. Ant. Aug.

## 3. *Apud Lactoratenſes.*

Viator. Sabini. Fil. [5] vires. Tauri. quo. proprie. per. tauropolium. publice. factum. fecit. conſecravit.

S. M. D.

C. Julius. Secundus. Taurop. accepit. hoſtiis. ſuis. Sacerdote. Trajano. Nondinio. D. N. Gordiano. II. et. Pompeiano. Cos. VI. id. Decemb.

**NOT.** A. D. 241.

1. *Romæ.*

Dis. Magnis.
Ulpius. Egnatius. Faventinus. V. C. augur. P. V. B. P. R. Q. Pater. et. * Hieroceryx. D. S. J. M. ' Archibuculus. Dei. Liberi. Hierofanta. Hecatæ. Sacerdos. Iſidis. percepto. taurobolio. Criobolioq. idib. auguſt. DD. NN. Valente. Aug. V. et. Valentiniano. Aug. Conſ. Feliciter.

Vota. Faventinus. bis. deni. Suſcipit. Orbis.
Ut. mactet. repetens. aurata. fronte. bicornes.

NOT. A. D. 376. lege * Hierocorax.

2. *Romæ.*

Dis. magnis. Matri. Deum. et. Attidi. Sextilius. Ageſilaus. Ædeſius. V. C. cauſarum. non. ignobilis. Africani. tribunalis. Orator. et. in. Conſiſtorio. Principum. item. Magiſter. libellorum. et. cognition. Sacrarum. Magiſter. Epiſtular. Magiſter. Memoriæ. Vicarius. Præfector. per. Hiſpanias. vice S. J. C. Pater. Patrum. Dei. Solis. invicti. Mithræ. Hierofanta. Hecatæ. Dei. liberi. Archibucolus. taurobolio. criobolioque. in. ' æternum. renatus. aram. ſacravit.
DD. NN. Valente. V. et. Valentiniano. Jun. Augg. Conss. idib. aug.

NOT. a. d. 376.

3. *Romæ.*

Diis Omnipotentibus
Lucius Ragonius Venuſtus. V. C.
Augur. Publicus P. R. Q.
Pontifex Veſtalis Major
Percepto Taurobolio Criobolioque
X. Kal. Jun. DN. Valentiniano
Aug. IV. et Neoterio Cons.
Aram conſecravit

NOT. AD. 390. P. R. Q. Populi Rom. Quiritium.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

### 1. *Roma.*

M. D. M. Idæ. et. Attidi. ? Menotyranno. nobilis. et. venerandam.
Augentur meritis Simbola tauroboli Ruf. Cejon. Ceſabini...
P v b p r q. Pater. Sacrorum. invict. mithræ. Taurobolinus.
M. D. M. Id. et. Attidis. minoturani. et. aram. IV. id. mart. Gratiano. V. et. Merobaude. Coſ. dedicabit.

Antiqua Generoſe domo cui Regia Veſtæ
Pontifici felix ſacrato militat igne
Idem augur triplicis cultor venerande Dianæ
Perſidiciq. Mithræ antiſtes Babilonie templi
Tauroboliq. ſimul magni dux myſtice ſacri.

NOT. *Hæc inſcriptio* Poſt-conſulatum Gratiani, & Equitii, pro quarto ejus Conſulatu numerat, aliter faſti Conſulares, qui quartum conſulatum cum Merobaude ponunt 377. (qui annus eſt hujus inſcrip.) quintum cum Fl. Theodoſio. 380.

### 2. *Dea Vocontiorium.*

M. D. M. J.

Sacr. Trib. Taur. fecer. cum ſuis hoſtiis et apparam. omnib. L. Dagid. Marius Pontif. Perpet. Civit. Valent. et Verullia Martina et Verullia Maria Fil. eorum. Pro Salute Imp. et Cæſar. Philipporum Augg. et Otaciliæ Severæ Aug. Matris Cæſ. et Caſtror. Præeuntibus Sacerdotibus Juni Tito XV vir Aranſens & Caſtricio Zoſimione Civitat. Albens. et Blattio Paterno. Civitatis Voc. et Fabricio Orfito Liber Patris. et. ceteris. adſiſtentibus. Sacerdotibus. V. S. L. M. Loco vires conditæ Die prid. Kal. Oct. Imp. Philippo. Aug. et Titiano Coſ.

NOT. Abbreviatam Inſcriptionem, integram, ex Cl. Sponio dare non pigebit. Matri Deum magnæ Idæ, Sacræ Tribus (*i. e.* Sacris deſtinatæ) Taurobolium fecerunt cum ſuis hoſtiis & apparamentis omnibus, Lucius Dagidius Marius Pontifex perpetuus Civitatis Valentiæ, et Verullia Martina et Verullia Maria filia eorum. Pro ſalute Imperatoris, et Cæſaris, Philipporum Auguſtorum, et Otaciliæ Severæ Auguſtæ Matris Cæſaris & Caſtrorum, Præeuntibus Sacerdotibus Junio Tito

Quindecim

Digitized by Google

Quindecim viro Arauſenſi, & Caſtricio Zoſimione civitatis Albenſis, & Blattio Paterno Civitatis Vocontiorum, & Fabricio Orfito Liberto Patris ( Philippi ) vel Liberi Patris ( Sacerdote ) & ceteris adſiſtentibus Sacerdotibus, voto ſoluto libens meritò. Loco vires ( teſtes, qui, ad imitationem Cybeles & Attidis Sacerdotum, Tauro abſcindebantur ) conditæ. Die pridie Kalendas Octobris Imp. Philippo Auguſto & Titiano Conſulibus. A D. 245. Notandum eſt Philippum Fil. hac inſcriptione, Auguſtum vocari, anno Patris imperii ſecundo. 245.

1. *Romæ.*

M. D. M. J. et. Attidi. Sancto.
Menotyranno. Q. Clodius. Flavianus. V. Cl. Pont. Major. XV. vir. S. F. VII. vir. Epulonum. Tauroboliо. Criobolioque percepto.

2. *Romæ.*

M. D. M. J.
D. D. N. N. Conſtantio et. Maximiano. Nobb. Cæſſ. Conſs. XVIII. Cal. Maii.
Julius Italicus V. C. XV vir. Sac. fac. Taurobolium percepi. feliciter.

NOT. AD. 299.

*Annotationes quædam in* XIII. *Inſcriptiones præcedentes.*

1. Tauropolium, ſive taurobolium. Sacrificium Taurorum qui in Sacris Magnæ Matris Idæ, immolabantur. Sic & Criobolium, arietum immolatio, quæ Attini, vel Attidi fiebat. Ægobolium caprarum immolatio. Igitur taurobolium & criobolium facere dicebantur illi, qui Sacra Matris Deum, & Attini accipiebant, quod in uno verbo dicitur tauroboliari, & qui hæc Sacra faciunt, dicuntur tauroboliati, Taurobolini, & Tauroboli Duces.

2. Archigallus, qui Gallis Matris Deûm Sacerdotibus præerat.

3. Petra taurobolata: ara, ut videtur, quam poſuit Æmilia taurobolio facto, vel forſan ſuper quam taurobolium fecit, & Sacra Deæ peregit.

4. Pater Sacrorum, qui in alio loco dicitur Pater Patrum Dei. Antiſtes qui Sacris Mithriacis præerat.

5. Vires tauri: cornua: tauri enim vires in cornibus: taurobolio facto, cornua tauri, quo fecerant, conſecrabant, et aurata dedicabant. Sponius explicat per teſtes.

6. Archibucolus?

Digitized by Google

6. **Archibucolus.** Ut Hieroſanta proprie dicebatur in Sacris Hecates Pater Sacrorum in Mithriacis; Tauroboliatus in Sacris Magnæ Deum Matris. Sic, ut videtur, in Sacris Dei, Liberi, Archibuculus.

7. **In æternum renatus.** Qui taurobolium accipiebat, & conſecrandus erat, in ſcrobem profundam, terra egeſta, ad hoc ipſum factam demittebatur. Deinde ſcrobs illa, plancis vel tabulis, quæ multis locis erant foraminatæ, conſternebatur. Super quem pontilem ſtratum multis pertuſum locis, taurus, auratis cornibus, mactabatur, ut ſanguis per foramina in ſcrobem deflueret, quem capite, naribus, auribus, oculis, & toto denique corpore excipiebat Sacerdos, in ea caverna defoſſus, & tauri ſanguine ſeſe abluebat. Quod genus conſecrationis & luſtrationis tanti meriti eſſe putabatur, ac tantæ efficaciæ, ut per eam ſe *in æternum renaſci* crederent, καὶ περὶ τοὺς Θεοὺς ἐπανελθεῖν μετὰ Θεῶν οἰκήσειν, ut Plato in Phædone. Immo nec in illos unquam, vel mortis metum, vel caſus aliquos infeſtos locum habere poſſe. Ideoque non iterabatur niſi poſt XX. annos, puris, mundiſque interea temporis permanentibus.

8. **Iterato viginti annis.** Poſt hoc temporis ſpatium Sacra tauroboli repetebant. Quod ſpatium ſignificatur per *vota bis deni orbis*, aliâ inſcriptione. Et ad hanc rem faciunt illa carmina ex antiquo poemate citata à Salmaſio, quorum pauca habe,

*Sub terra miſſus, pollutus ſanguine tauri,*
*Sordidus, infectus, veſtes ſervare cruentas,*
*Vivere quod ſperas viginti mundus in annos.*

Et alia Prudentii in Romano Mart.

9. **Menotyranno.** Menſium Rex, & anni moderator, proprie dicitur Sol, qui ſub Attidis involucro hîc cultus eſt.

Sed de Taurobolio ſatis. Una de re Lectorem monendum volo, Reyneſium ſcilicet, alioſque doctos ſuſpicari, hos impios ritus, & initiationes has horrendas, à Dæmone nefario omnium Orgiorum Patre, inventos & excogitatos fuiſſe, in contemptum & irriſum ſacri Baptiſmatis Lavacri, in quo per ſanguinem Agni immortalis & immaculati, renovamur, & in æternum renati ſumus. Et multa ad hanc ſententiam confirmandam adducunt, quæ videre apud illos licet. Hoc certum eſt, nullam de hiſce, in Romanorum ſcriptis, mentionem factam eſſe, antequam Chriſtianiſmus orbe invaluerat & antiquiſſimum, quod ſcimus, taurobolium, ſub Marco Imp. fecit Auſuſtia Prima A. D. 175. Quod, cum cæteris ſequentibus, ego temporis ordine ſervato, diſpoſui & exſcripſi.

### 1. *Salonæ.*

Vibius. Pius. Deo. Soli.
Invicto. aram. dedico
Ut. Sis. mihi. propitius.
Militibus. Centurionibusque
meis



Digitized by Google

1. *Romæ.*

M. D. M. Idæ. et. Attidi. Minotaurano

Nobilis. in. Cauſſis. forma. Celſuſq. . . . . . .
Hic. Pater. invicti. myſtica. victor. habet
Et. veneranda. movet. Cybeles. . . . . . .
Augentur. meritis. Symbola. Tauroboli.

Ruf. Cejoni. Ce. Sabini. F. V. C:
Pub. Pr. q. Pater. Sacror. Invicti. Mithrae. Taurobolinus.
M. D. M. Id. et. Attidi. Minotaurani. aram. IIII. id. Mart.
Gratiano. IV. et. Merobaude. Conſulib. dedicavit.

Antiqua. Generoſe. domo. cui. Regia. Veſtæ
Pontifici, felix. Sacrato. militat. igne
Idem. Augur. Triplicis. Cultor. venerande. Dianæ
Perſidicique. Mithræ. Antiſtes. Babilonie. templi
Taurobolique. Simul. magni. Dux. miſtice. Sacri.

NOT. Quoniam J. Bapt. Ferretius. V. Cl. hanc inſcriptionem multo correctiorem & ampliorem dedit, quàm vel Grutero vel Salmaſio videre contigit, illam hoc in loco repetere non tædebit ( legendum tamen eſt Menotyranno ut ſupra obſervavi ) & pauca quædam ex eodem Ferretio in quinque verſus poſtremos annotare.

O Generoſe antiquâ domo Orte, quo Sacerdote, Regia ( i. e. templum, Veſtæ enim atrium, olim Numæ Regiam fuiſſe inquit Ovid. l. 6. de Faſt.. ) felix Veſtæ, Sacro & perpetuo igne calet, Quique Augur idem es, & Hecates triformis Cultor venerandus; Antiſtes Mithræ ( i. e. Solis ) Babilonie. Templi Perſidici (qui vel à Perſis Babylone colitur, vel in Perſæo antro ) & ſimul Dux myſtice magni Sacri Taurobolii. i. e. Sacerdos Myſticus qui arcanis Magnæ Deum Matris præſides. Hic conſulatus verè notatur, & erat A D. 377.

2. *Neapoli.*

Omnipotenti. Deo. ' Mithræ.
Appius. Claudius. Tarronius. Dexter. V. C. Dicat.

3. *Romæ.*

Sancto. invicto. Mithræ.
Tullius. Trophimianus

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Deo. Soli. invicto. Mithræ. Fl. Septimius. Zozimus. V. P. Sacerdus. Dei. Brontontis. et. Æcare.
hoc : Speleum. conſtituit.

2. *Mediolani.*

D. S. J. M.

P. Acilius. Piſonianus. Pater. Patratus. Qui. hoc. Speleum. viol. ignis. abſumptum. comparata. area. a. Republica. Mediol. pecunia. ſua. reſtituit.

3. *Romæ.*

Deo. Soli. invicto.
aram. C. Julius. Cæſar. D. D.

4. *Romæ.*

Ara. poſita. aſſtante. Sacerdote. Sex. Creuſina. Secundo. ut. voverant.
Maximus. & Maximinus. Fili.
Imp. Commodo. Aug. Pio. Felice. IV. et Victorino. II. Coſſ.
Soli. inbicto. Mitre. M. Ulp. Maximus. Præpoſitus. Tabellariorum.
aram. cum. ſuis. ornamentis. & bela. Domini. inſignia. habentes. N. IV.
ut. voverat. D. D.

NOT. A. D. 183. Faſti Coſſ. hunc conſulatum Victorini primum faciunt. De ſecundo tacent.

5. *Romæ.*

M. Aurelius. Aug. lib. Eurides.
Soli. invicto. Mithræ. aram. ex viſu. poſuit. Præſidentibus. Bictorino. Patre. et. Januario. dedicata. IV. non. Junias. L. Eggio. Marullo. et. Gn. Papirio. Æliano. Cos.

NOT. A. D. 184.



Digitized by Google

1. *Romæ.*

Datiano. et. Cereale. Conſ.
Nonius. Victor. Olympius, V. C. [3] P. P. per. Aur. Victor. Augentius. V. C. tradiderunt [4] Patrica. XIII. Kal. Mai. feli. D. D. N. Valente. et. Valentiniano. Juniore. primum. Augg. VI. id. April. tradidit. [5] Hierocoracica. Aur. Victor. Augentius. V. C. P. P. filio. ſuo. Æmiliano. Coryphoni. Olympio. C. F. anno trigenſimo. conſecrationis. ſuæ. feliciter. Conſ. S. S. oſtenderunt. [6] Cryphios. VIII. K. Mai. felic.

NOT. Annis D. 358. & 376. SS. Supra Scriptis.

2. *Romæ, in baſi columnæ.*

Datiano. et. Cereali. Conſ.
Nonius. Victor. Olympius. V. C. P. tradiderunt. [7] Perſica. pri. non. april. fel.
Conſ. S. S. tradiderunt. [8] Eliaca. XVI. K. mai. fel. D. D. N. N. Valente. V. et. Valentiniano. Juniore. primum. Augg. Cons. VI. Id. april. Aur. Victor. Augentius. V. C. P. P. Filio. ſuo. Æmiliano. Corſoni. Olympio. C. P. anno. triceſimo. conſecrationis. ſuæ. tradidit. coracica. felic. Conſ. S. S. Oſtenderunt. Cryſios. VIII. K. Mai. felic.
*In alia.*

Euſebio. * Lippatio. Conſ.
Nonius. Victor. Olympius. V. C. et. Aurel. Victor. Augentius. V. C. tradiderunt. [9] Leontica. V. Id. Mart. fel.

[ NOT. * *Leg. & Hippatio. A. D.* 359. ]

Datiano. et. Cereale. Conſ.
Nonius. Victor. Olympius. V. C. P. P. et. Aur. Victor. Augentius. V. C. P. tradiderunt. Leontica. XVI. K. April. felic.

1. *Romæ.*

## 1. *Romæ.*

Numini. invicto. Soli. Mithræ.
M. Aurelius. Aug. L. Euprepes. una. cum. filiis. ſuis. D. D.
Sacerdote. Calpurnio. Januario. Dedicata. VII. Kal. Maias.
Imp. L. Septimio. Severo. Pertin. II. . . . . . . . . . Cos.

NOT. [ *Supple Clodio Albino. A. D.* 194. ]

### *Annotationes in* X. *præcedentes Inſcriptiones.*

1. Mithra. De Sacris Mithriacis, multi multa; Ego tantùm quæ ad rem noſtram illuſtrandam faciant, pauca apponam. Qui Mithræ Sacris initiari vellent, eorum probationes variæ fuerunt: ut per gradus quaſi quoſdam *βασάνων καὶ κολάσεων*, & cruciatuum explorarentur, ut ſe ἀπαθεῖς & nullis perturbationibus obnoxios palam facerent. In ipſo probationis ingreſſu, quem προσάγωγον appellabant per dies 50. fame cruciabant admittendos. Deinde, per biduum cædebant flagris. Tum in nivem per dies 20. immittebant. Tum urebant (fortaſſis certa ſigna ferro ignito illis imprimentes) & millia alia gravia & acerba, quæ ſingula recenſere tædet, infligebant. Huic præparationum & initiationum negotio, excogitata & adparata fuit ſcala cum ſeptem portis, quarum unaquæque è peculiari metallo conſtaret, juxta Planetarum numerum, quam in Sacris Mithræ erigere ſolebant. Orig. l. 7. c. Celſum. Et hiſce gradibus, præſcriptíſque temporum intervallis, ad ἐποπτείαν & τελείωσιν ejus, quod in iis erat ſanctiſſimum, pervenire tandem ſeſe arbitrabantur.

2. Spelæum. Spelunca atra & horrenda, in quam deducti erant, qui initiabantur.

3. P. P. Pater Patrum, vel Pater Patratus. Qui πρεσβείαν quandam, & eminentiam ſuper reliquos Corporis ſui Sacerdotes habuit.

4. Patrica. Sacra Mithræ multiplicia erant, & illa Sacra quibus initiabantur Patres Patrati, Patrica dicebantur.

5. Hierocoracica. Coracica erant Sacra quibus initiabantur Coraces; ita vocabant genus quoddam miniſtrorum Mithræ. Præſes eorum Hierocorax dictus.

6. Oſtenderunt Cryphios. Cryphii, Sacranei quoque Mithræ erant, & nomen ſuum ἀπὸ τοῦ κρυφίου habuerunt. Specus enim horridus & tenebroſus, Mithriadorum (ut ſupra dixi) erat οἶκος μυστικὸς, in quo, Θεῷ ἐκ πέτρας (ita nominabatur Mithra) conſecrabantur.

7. Perſica: & 8. Eliaca: Sacra, quibus initiabantur Perſes, & Helius, Mithræ Antiſtites, uterque nominibus ſui Numinis adpellati, nam & Ἥλιος, & Πέρσης, Mithra eſt.

9. Leontica. Sacra quibus initiati erant illi, qui Leones dicebantur, Mithræ Sacerdotes, inde ſic dicti, quod Mithra ſub Leonis vultu, in Spelæo, coleretur, teſte Lactantio. Magnam his rebus lucem afferet, Epiſtolæ Hieronymi ad Lætam portio quædam hæc. Ante paucos annos (inquit Sanctus) Propinquus veſter Gracchus, nobilitatem Patriciam ſonans nomine, cum Præfecturam gereret urbanam, nonne ſpecum Mithræ, & omnia portentuoſa Simulacra (vel Sacra) quibus Corax, Gryphus, Miles, Leo, Perſes, Helios, Bromius, Pater, initiantur, ſubvertit, fregit, exuſſit? Sed de Sacris his Sacerrimis, pluſquam ſatis.

## 1. *In Templis Jovis & Palladis Itoniæ, Inſcriptiones affixis Gallorum & Macedonum Scutis appoſitæ.*

Τους θυρεους ο Μολοσσος Ιτωνιδι δωρον Αθανα
Πυρρος απο θρασεων εκρεμασε Γαλαταν
Παντα τον Αντιγονου καθελων στρατον. ου μεγα θαυμα
Αιχμηται και νυν και παρος Αιακιδαι.

---

Αιδε ποτ' Ασιδα γαιαν επορθησαν πολυχρυσον
Αιδε και Ελλαδι ταν δουλοσυναν επορον
Νυν δε Διος ναω ποτι κιονας αρφανα κειται
Τας Μεγαλαυχητου σκυλα Μακεδονιας.

NOT. Lege V. 1. & 2. Ἀσ. Neſcio quid ſit ἄρφανα. Sed ἄρνεα σκῦλα ſunt ſpolia opima.

### 2. *Romæ.*

Hercules. et. Philotes.

Alcides. hominum. Victor. Dominatorque. ferarum
Philotetis. amicus. ades. tu. illi. æque. amor. es.

NOT. Lege Domitorque. Reliqua non intelligo.

### 3. *Vindelic. Auguſtæ. ſub Hercule nudo.*

Tranſivi. intrepidus. per. mille. pericula. Victor.
Non. acies. ferri. non. clauſis. mœnia. portis
Conatus. tenuere. meos. domat. omnia. virtus

1. Romæ.

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Alcide. Sacri. generis. decus. hoc. tibi. Prætor
Et. Jovis. Antiſtes. dedico. Perpetuus.

2. *Romæ.*

Te Precor. Alcide. Sacris. invicte. peractis
Rite. tuis. lætus. dona. ferens. meritis.
Hæc. tibi. noſtra. poteſt. tenuis. perferre. Camina
Nam. grates. dignas. tu. potes. efficere.
Sume. libens. Simulacra. tuis. quæ. munera. Cilo
Aris. Urbanus. dedicat. ipſe. Sacris.

3. *Romæ.*

Alcmene. Jovis. et. magni. fortiſſima. proles
Tricoſus. ſubito. poſt. mea. fata. vocor.

NOT. Tricoſus eſt contentioſus, vel tricarum plenus, fallaciis refertus; ſed neſcio quid ſit hic.

4. *Puteolis.*

Herculi. Gilio. invicto. Sancto. Sacr. voto. ſuſcepto.
L. Craſſus. de. ſuo.

5. *Malacæ. Hiſpan.*

Quintus. Servilius. vulnere. Servatus. Herculi. Deo. invic.
Sing. æreum. ex voto. poſ. prope. Martem. argent. in.
magna. ara.

6. *Romæ.*

Hercules. invicte. Cautus. hoc. tuo. donu . . . . . .
Numini. Sancto. dicavit. Prætor. Urbis . . . . .
Cum. pia. ſolenne. mente. rite. feciſſet . . . . .
Tradidiſti. quod. Potitis. Evandreo . . . . .
Adminiſtrandum. quodannis. hic. ades . . . . .

NOT. Supple. Verſu. 1. m. libens. 2. Annius. 3. Tuum. 4. Seculo. 5. Votis favens., de Potitiis & Pinariis Herculis Sacerdotibus, vide Virgil. l. Æn. 8.



Digitized by Google

1. *Tibure.*

Herculi. Saxano. Sacrum. Ser. Sulpicius. Trophimus. ædem. Zothecam. culinam. pecunia. ſua. a. ſolo. reſtituit. idemque dedicavit. k. decemb. L.Turpilio Dextro.M.Mæcio. Ruſo. Cos.

Utachius. Ser. peragendum. curavit.

2. *Mediolani.*

Herculi. in Petra. Sacr.

C. Calviſius. Secundinus. VI. vir. Jun. Decur. item. Q. aram. V. S. L. M.

3. *.

Herculi. victori. pro. Salute. Imp. Cæſ.M.Opelii. Aurelii. Severi. Macrini. Aug. L. Jubentius. L. F. Ter. Severus. Aug. N. Diſpenſator.

4. *Tarracone.*

Templum. hoc. Sacrum. Her. . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . Auguſti. nomen. felix
Remaneat. Stirpis. ſuæ. lætetur . . . . . .
Parens. nam. quom. te. Cæſar. te. M. . . . .
Expoſce. Deum. cœloque. reperies . . . . . . .
Mundum. Reges. ſint. hei. tu. et. . . ſorte . . . .
Huic. imperent. negantque
Nos. felicibus. voteis. ſuis..
L. Aurelius. L. F. Pal. Ruſus. Primopilaris . . . . . XV.
militaris. Sec.
. . . . . . . Imp. Cæſaris.

5. *Viennæ Allobrog.*

D. D. Flaminica. Viennæ. tegulas. æneas. auratas. cum. carpuſculis. et. veſtituris baſium. et. Signa. Caſtoris. et. Pollucis. cum. equis. et. Signa. Herculis. et. Mercuri.

D. S. D.

1. *In*

*1. In agro Juliacenſi.*

Apollini . . . . . . . . . . . . . .
Rationatoris honore
uſurus ſecundum
Cornelius Verus Tacitus
erexit monumenti loco.

**N O T.** Tacitum Hiſtoricum nobiliſſimum Plinius appellat Equitem Romanum & Galliæ Belgicæ rationes procurantem vidit. Et Erichius. l. 1. c. 24. Chron. Juliac. Cornel. Tacitum Præfectum Imperat. in Belgio, fide hujus monumenti proculdubio adpellat.

*2. Romæ in ara vetere.*

Marti. Victori. Sacrum.
et. Dis. omnibus.
Ob Populi Romani devotionem
Singulis annis renovandam
in Parthicam. expedit.
Si quis hanc aram læſerit
Numina omnium Deorum
et Genium Populi Romani
iratum habeat.

**N O T.** Viderint, quæſo, maleferiati iſti homines qui Petrum, Paulum, Divos, Divaſque omnes, ad diras ſuas exequendas, cœlo deducunt, undenam iſtiuſmodi precationum formulas mutuati ſunt.

*Agro Brixienſi.*

Mercurio Maximo Conſervatori Orbis C. Silius Fundanus. C. Fil. Quir. XV. Vir. Sac. Fac. Statuam, et aram C. C. V. S. L. M.

**N O T.** Mercurius Mercatorum Deus, & quia Commercio Regionum mutuo, Orbis Conſervatio et grata hominum Societas pendet, ideo Mercurius Orbis Conſervator dici mereatur. XV. virorum officium erat libros Sibyllinos cuſtodire, ludoſque ſæcul. celebrare. Sac. Fac. Sacris faciundis. C C. neſcio quid.

1. Romæ.

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Apollini. Aug. Sacr.
Felix. Aug. Lib. Optio. et: Exactor aur. arg. æris. iter.
Signatores. Suppoſtores. Malleatores. Monetæ, Cæſ. N.
Dedicat. V. Kal. Feb. d. s. D. D.
L. Vipſtanio. Meſſalla }
M. Vergiliano. Pedone } Cos.

NOT. A.D. 115.

2. *Romæ.*

Apollini. Granno. et. Sanctæ
Sironæ. Sacrum

3. *Brettæ, ad amnem Sargetiam.*

Apollini. Granno. et. Sironiæ.
Dis. Præſentib. Q. Axius. Ælianus. V. E. Proc. Aug. C.

4. *Muſſelburgi, in Scotia.*

Apollini. Granno. Q. Lucius. Sabinianus. Procos. Aug.

NOT. Quis ſit Apollo Grannus, ego, cum M. Velſero. ignorare, non erubeſco.

5. *Aquileiæ.*

Apollini Beleno.

NOT. Belenus. Numen ἐπιχώριον, Locale, & Aquileienſibus familiare affirmat Reyneſius, & Apollinem Belenum hunc, eſſe Solem, cui manus dabo.

6. *Romæ.*

Imp. Cæſar. Divi. Fil. Aug. Pont. Maximus. Imp. XII.
Cos. XI. Trib. Pot. XIIII. Ægypto. in. poteſtatem. Populi. Romani. redact.
Soli. donum. dedit.

NOT. Ægyptus Provincia fact. circa. 29. annos, ant. J. C.

7. *Romæ, ſub Bacchi Simulachro.*

Pontificum. monitu. voto. ſuſcepto.

1. *Ferrariæ.*

Digitized by Google

1. *Ferrariæ.*

T. Vibius. Zoticus. VI. Vir. Auguſtal. Liberum. Patrem. cum. redimiculo. aurific. et. thyrſo. et. Cantharo. arg. p. II.s. teſtam. poni. juſſit.

2. *Rindenen in Suburbana via Clivenſi.*

Marti. Camulo. ob. ſalutem. Tiberi. Claudi. Cæſ. Cives. Remi. templum conſtituerunt

3. *Apud Iſaram flumen.*

Marti. Aug. Conſervatori. corporis. ſui. Mercurialis. Aug. N. V. ex juſſu numinis. ipſius. Sigillum. marmor eum. poſuit.

4. *Romæ.*

Deo. invicto. Marti. Sacrum. pro. Salute: D. N. Imp. Auguſti Divi. Juli. Fil. Pont. Max. Trib. pot. VII. Cos. IIII. Imp. . . . . P. P. Felici. Fundat. Pacis. Repub.. conſervat. S. P. Q. R.
Statuam. ex. ære . . . . . . ocai . . . . . . . .

5. *Lanuvii.*

Mavortio. Sacrum.
Hoc. Signum. a. Servo. tangi. nefas. eſt.

NOT. Servi ad ſtatuas Deorum & Imperatorum, quaſi ad aſyla fugiebant.

6. *In variis Inſcriptionibus, variis locis.*

Marti { Britovio. Campeſtri. Ciradino. Leucetio. Segomoni. Vincio: }

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Ardoinne. Camulo. Jovi. Merc. Herculi

NOT. i.e. Dianæ & Marti.

2. *Rhemis.*

Deo. Mercurio. et. Poſtuerte.
C. Antius. T. Fil. ex voto

3. *In variis Inſcript.*

Mercurio. Arcecio. Arverno. Cenſuali. Cœleſti Fatali.
Negotiatori. Red. Viaco.

4. *Agro Veronenſi.*

Sum. Deus. alatis. qui. cruribus. æthera. carpo:
Quem. peperit. ſummo. lucida. Maia. Jovi.

5. *Romæ.*

Αγλιϐωλω και Μαλαχβηλω Πατρωοις θεοις
Και το σιγνον αργυρουν συν παντι κοσμω ανεθηκε
Λ. Αυρ. Ηλιοδωρος Αντιοχου Αδριανος Παλμυρηνος
εκ των ιδιων υπερ σωτηριας αυτου και τ̄ συμϐιου και τ̄
τεκνων ετους Ζ Μ Φ Μηνος περιτιου

NOT. Aglibolum & Malachbelum Deos Syros eſſe, ex eo animadvertere licet quòd à viro Palmyreno Dii Patrii appellentur, Palmyra enim Syriæ urbs erat, quæ ab Adriano Imperatore reſtaurata, cives ſuos Hadrianopolitanos vocatos eſſe, teſte Stephano Byzantino, gaudebat: unde Heliodorus noſter Palmyrenus Hadrianus dicitur. Sed quid Aglibolus & Malachbelus ſint vel ſignificant incertum eſt. Apollo Belenus, Belus & Baal dicitur. Αιγλητὴς apud Heſych. Apollinis eſt epitheton. Et forſan dicatur Αιγ vel Αγλίϐολος, ἀπὸ τοῦ βάλλειν τὴν αἴγλην, ab emittendo fulgore. Malachbelus autem dicitur à Malach quod Regem, & Baal, quod Dominum apud Syros indicat, quaſi dicas Regem Dominum, unde in figuris (quas hic exprimere non potui) ejus capiti corona impoſita eſt. Et in cap. 7. Jeremiæ, Luna dicitur Regina Cœli. Denique poſt multas conjecturas, Jacobus Sponius

( Vir

Digitized by Google

( Vir Optimus, rerum antiquarum indagator curioſiſſimus, &, quod ſummæ laudis eſt, vir pientiſſimus, quippe cujus cor, animumque, diffregit effera, barbara, horrenda, & immanis ſuorum Perſecutio, Orbique literato Virum deſideratiſſimum, proh dolor! eripuit; ex quo & præcedentia deprompſi, & plurima quæ ſequentur adhuc depromam) Aglib. & Malachbelum, Solem & Lunam vel Lunum, eſſe credit, cui facile accedo. Et ad alia propero. Σιγνον. Signum, vox Romana pro Græca ἄγαλμα vel ἵδρυμα uſurpata, nec abſque ratione cum Romæ marmor eſſet poſitum. Anno DXLVII. Numerat more Syriaco, à Syriæ Regibus M. Alexandri poſteris, ſicque ab anno mortem ejus ſubſecuto. Scripta erat itaque hæc epigraphe A. C. 234. Poſteri enim Alexandri imperarunt annis 247. & deſierunt ante J. C. 66. quibus additis ad A. C. 234. prodibit numerus 547. Peritius Menſis Macedonicus Februario noſtro reſpondet.

1. *Tiburæ.*

Τη. Κυρια. Αρτεμιδι. ευ-
χην. εποιησεν. Γακκια.
Λυκιου. Θυγατηρ. Σεκ
ουνδινα. υπερ. αυτης. καὶ.
Ποστυμιλλης. Θυγατρος.

Τη. Κυρια. Αρτεμιδι ευ-
χην. εποιησεν Πακκια:
Σεκουνδινα υπερ σωτηριας.
Μαρκου. και. Φαδιλλης.

NOT. Arria Fadilla mater erat M. Anton. Pii. Julia. Fadilla ſoror.

2. *Placentiæ.*

Minervæ. Memori. Tullia. Superiana. reſtitutione. facta. Capillorum.

NOT. Quos morbo forſan aliquo amiſerat.

3. *Romæ.*

Simulacrum. Minervæ. abolendo. incendio. Tumultus. Civilis. igni. tecto. cadente. confractum. Anicius. Acilius. Aginatius. Fauſtus. V. C. et. inl. Præf. urbi. vice. Sacra. judice. VI. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*Non longe à Trebia.*

Minervæ: memori. Cælia. Juliana. indulgentia. medicinarum. ejus. infirmitate. gravi. liberata. D. P.

1. *Romæ.*

1. *Romæ.*

Θεα επηκοω Αρτεμιδι. Αυλιδι. Σωτειρι.
Αυρ. Ελπινεικη

NOT. Επηκοω. Propitiæ, exaudienti.

2. *In variis Inſcript:*

| | | |
|---|---|---|
| Auguſt. | | Cœleſti. |
| Compotenti. | | Lucif. Lunæ. |
| Lucinæ. invic. | Dianæ | Matri. |
| Nemorenſi. Veſtæ | | Opifer. Nemorenſi. |
| Valerianæ. | | Victrici. |

3. *Thermis ad Waradinum:*

: . : : : bi. Marmoreo. cæſam. de. monte. Dian: : : :
Regina. undarum, nympha. decus. nemorum.
: . . . io. damnaſti. perfecta. quem. prece. Baſſus:
Mœni. te. propter. mœnia. germiſaræ.

4. *Carinthiæ.*

Herculi. et. Eponæ. Aug. pro. Salute. Imp. Cæſ: M: Aur. Antonini. Pii. Fel. Invicti. : : . . :

NOT. Hic erat Elagabalus, omnium mortalium peſſimus.

5. *Romæ.*

Αντινοωι Συνθρονωι των εν Αιγυπτωι Θεων Μ. Ουλπιος. Απολλωνιος Προφητης

NOT. Hic erat Hadriani Aug. Amaſius, Ganymedes & deliciæ.

6. *Capuæ.*

Te. tibi. una. quæ. es. omnia. Dea. Iſis. Anius. Balbinus. V. C.

1. *Boiaria:*

1: *Boiaria:*

Iſidi. Myrionymæ: Feſtinus.

NOT. Quæ millia habet nomina.

2: *Patavii.*

Iſidi. Sacrum: ex. monit. ejus. D. D. L. Valerius. memor: VI. Vir. Aug. L. D. P.

3. *Romæ.*

Sæculo: felici. Phiſias: Sacerdos: Iſidis. Salutaris. conſecratio.
Pontificis: votis. annuant. Dii Romanæ. Reip: arcanaque. Urbis. Præſidia. annuant. quorum. nutu. Romano. imperio. Regna. ceſſere:

4: *Baſis marm. ex oppido S. Cannati Aquas Sextias, tranſlata:*

Μαρκου Αυρηλιω Σεουηρου
Αλεξανδρου Ευτυχους Ευσεβους
Σεβ. και Ιουλιας Μαμαιας
Σεβαστης Μετρος Σεβ.
ΔΙΙ Ηλιω Μεγαλω Σαραπιδι
Και τοις Συνναοις Θεοις.
Μ. Αυρηλιος Ηρων Νεωκορος του εν Πορτω Σαραπιδος
επι Λαργινιω Βειταλιωνι Αρχυπερετη και Καμεινευτη
και Αυρηλιω Φηβω και Σαλωνιω Οσιδοτω Ιεροφωνοις και Καμεινευταις χαριτι Ιεροδουλαια
ανεθεν επ αγαθω.

in latere Baſεως

Επ αγαθω επι Γερανιουερω.

NOT. Κάμινος (inquit Heſychius) μέρος τι τῆς νεώς. Caminus (vertit Sponius) pars quædam Templi: à qua dicti Camineutæ. Sed haud placet, forſan enim vertere debuerat, V. Cl: Caminus pars quædam navis. Vulcanus apud Lucianum dicitur Καμινευτὴς circa fornacem laborans. Et fortè hoc in loco, circa ignem, focos, araſque verſatus, ſignificet profectò neſcio quid ſit.

I.

Digitized by Google

1. *:

Θεοφιλος Θεοφιλου Αντιχετευς Μεληφορος την κονιασιν το υπαστοφοριου καὶ την γραφην των τετοιχων και της οροφης και την ελαιωσιν των θυρων και τους προμοχθους τους εν τοις τιχοις και τας επαυτοις σανιδας ανεθηκεν Σαραπιδι Ισιδι Ανουβιδι Αρποκρατε επι Ιερεος Σελευκου του Ανδρονικου Ραμνοσιου.

**NOT.** Hanc Epigraphen cum omnibus quibus ſcatet mendis exſcripſi; nec quicquid emendare auſus ſum, ſicut nec in cæteris, quod ſemel monendum duxi.

2: *Arculi in Italia.*

Romæ Deæ Sanctiſſimæ Cœleſti L. Paſquidius Feſtus Redemptor Operum Cæſaris quod adjutorio Rivom aquæ Claudæ Auguſtæ ſub monte Aefliano conſummavit Imp. Domitiano Cæſ. Aug. Germ. Coſ. VI. Non. Jul.

3. *Pompeiis:*

Imperio. Veneris. Fiſicæ
Jovi. O. M.
Antiſtia. Methe.
Antiſti. Primigeni.
Ex. D. D.

**NOT.** Antiſtia Methe Antiſti Primigeni Uxor (ita lege pro ex) Jovi Opt. Max. donum dedicat, imperio, i. e. juſſu Veneris Phyſicæ. Veriùs ſic, ex ardore & deſiderio concipiendæ è marito, & prolis generandæ. Venus enim phyſica dicta eſt, quia naturalibus *γεννητικοῖς μορίοις* utriuſque Sexus præeſſe putatur, quas partes *φύσιν* & naturam dicimus.

4. *Romæ ara ſubterranea.*

Conſus. Conſilio
Mars. Duellio
Lares. Comitio
Potentes.

**NOT.** Conſus idem cum Neptuno.

1.

1. *

Conſo. ad. aram. ſubterraneam. Deis. magicis . . . . . . cryptæ . . . . . ped. . . . . . defoſſæ. T. Magnetus. Capito. Parangar. . . . . Comitum. Sodalit. . . . . . onum

NOT. Ad hanc aram ſacrificabant Nonis Jul. Sacerdotes Publici. Kal. Septemb. Flamen Quirinalis.

2. *Romæ, ſub Veneris Simulacro.*

Sol. calet. igne. meo. flagrat. Neptunus. in. undis.
Penſa. dedi. Alcidæ. Bacchum. ſervire. coegi.
Quamvis. Liber. erat. feci. ſervire. Tonantem.
Quamvis. liber. erat. Martem. ſine. Marte. ſubegi.

3. *Romæ.*

Αφροδιτηι. Θεαι. παναγαθωι. και. Σωτειρι, και. ευκλειαι. ευεργετηι.
Οι. Μαγνηται. ανεθηκαν.

4. *Romæ in 2. Inſcript.*

Θεα. Αρτι : : : πασα.
ΔΙΙ. Πατρωωι. ϗ Αρτι ∴ πασα.

N O T. Αρτιμπασα. Venus Cœleſtis. Herodot. l. 9.

5. *In multis Inſcript.*

* Veneri. Cœleſti. Auguſtæ.
Invictæ. Cœleſti.
Erycinæ.
Felici. et. Joviæ. et. Placidæ. et. Victrici.

* NOT. Prima inſcriptio eſt, Druſillæ Caligulæ ſorori.

6. *Romæ.*

Imp. Cæſ. Divi. F. Auguſtus. Pontifex. Max. Imp. XIII. Cos. XI. Trib. pot. XV. ex. ſtipe. quam. Populus. Romanus. anno novo. Apſenti. contulit. Nerone. Claudio. Druſo. T. Quinctio. Criſpino. Coſ. Volcano.

NOT. Notandum eſt, in titulis & honoribus Imperatorum enumerandis, non ſemper annum notari, quo Conſul aliquis fuiſſet ; ſed



ſignificari,

Digitized by Google

ſignificari, quod toties Conſul fuiſſet, nec plures adhuc conſulatus iniiſſet. Sicut hoc in loco. Conſulatus XI. Augusti fuiſſet. A. U. 731. cum tamen Coſ. XI. dicitur, uſque ad annum U.748. inter XI. & XII. annorum ſeptendecim intervallo, ut Sueton. hæc dedicatio facta eſt. A.U.745. vel aræ vel ſtatuæ, ex ſtrenis quas contulerat Pop.Rom. dum abſens erat, bello Dalmatico occupatus.

1. *Romæ.*

M. Aur. Pacorus. Ædituus. Sanctæ. Veneris. in Saluſt. hortis.Spei. aram. cum.paemento. ſomnio. monitus. ſumtu. ſuo. D.D.

2. *Malacæ Hiſpan.*

Venerem. Aug. cum. Parergo. item phialam. argent. Æmil. Ruſt. F. item. tabulam. argen. M. Annius. Celcitan. teſt. ſuo. poſt. mortem. Æmiliæ. Artemiſiæ. Uxori. et. hæredi. ſuæ. poni. juſ.

Æmilia. Artemiſia. Tira. pos. eademque. de. ſuo. anulum. aur. gemma. meliore.

NOT. Veneris Auguſtæ Statuam cum parergo, i.e. cum appendice, corollario, aut quovis acceſſorio, qualibet aliâ re quæ ad ſtatuam exornandam faciebat, præter ipſam ſtatuam, vel imaginem.

3. *In Tranſylvania.*

Febri. Divæ. Febri.Sanctæ. Febri. magnæ. Camilla. Amata. pro. filio. male. affecto. P.

4. *In Hiſpania.*

Plutoni. Deo. in. loco. ſub. terra. cond. periculo. oceani. liber. aram. poſuit. Fab. Vicelianus. ex. voto.

5. *Ad villam Vizoſam, in Luſitania.*

Deo. Endovelico. præſtantiſſimi. et. præſentiſſimi. numinis. Sextus. Cocceius. Craterus. Honorinus. Eques. Romanus.ex voto.

NOT. Endovellicus, Endobolicus, Enobolicus, numen ἐγχώριον, Luſitanis proprium.

1. *In*

Digitized by Google

1. *In Marchia Badenſi.*

In. H. D. D. D. Neptuno. Contubernio. nautarum. Cornel. Aliquandus. d. s. d.

NOT. De ſuo dedit.

2. *Capuæ.*

Neptuno. Sacrum.

. . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . .

Votum in Siculo. freto. ſuſceptum. ſolvit.

3. *Romæ.*

Pro. ſalute. Juliæ. Veneriæ. filiæ. dulciſſimæ. Deliciæ. ſuæ. Tabellam. hanc. marm. cum. ſigno. Æſculapii. in. ſomno. admonitus. L. Valerius. Capito. æd. ann. . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

D. S. P. L. M. D. D. D.

NOT. De ſua pecunia lubens merito dat dicat ded.

4. *Romæ. Eruta baſis ex vicinia Thermarum Trajani.*

Τω Σωτηρι Ασκληπιω σωστρα
και Χαριστηρια Νικομηδης ο Ιατρος.
Ταν παιδος καλλισταν εικωζαν δε θεοιο
Παιανος κουρου Ματερι απ' αρκτονου
Δαιδαλλων Μεροπεσσιν εμησιο
Σειοβοηθε
Ευπαλαμου σοφιης μναμα και εσσομενοις
Θηκε δομου Νουσωντι κακων
Ζωαγρια Νικο
Μηδης και χειρων δειγμα παλαιγενεων.

NOT. Æſculapio Salvatori donaria pro Salute reſtitutâ, & gratiarum actione Nicomedes Medicus (offert) hanc pulcherrimam imaginem Pueri Dei Pæanis (Apollinis) filii Matris citò quæ peperit, adornans mortalibus effinxiſti Seioboethe (Sculptoris nomen) artificioſæ ſcientiæ tuæ monumentum etiam Poſteris. Poſuit autem Nicomedes ut eſſet ſimul liberationis pretium à malis morbis & manuum ſpe-

 cimen

cimen antiquarum. Ita vertit Cl. Sponius. Ego verò ita vertendos non admodum credo, ſed--·O Seioboet-he tu exornans feciſti pulcherrimam hanc imaginem Dei Pueri ( Æſculapii ſcilicet ) Apollinis filii, à matre recens nati, i. e. qualem mater nuper enixa eſt, infantem ſcilicet, ut videre eſt in altera inſcriptione.

*Ex altera parte, baſi.*

Τω Βασιλει Ασκληπιω σωστρα και
Χαριστηρια Νικομηδης Σμυρναιος Ιατρος.
Οιον εμαιωσαντο νεον τοκον Ειλειθυιαι
Εκ φλεγυου κουρης: Φοιβω ακειρεκομη
Τοιον τοι Παιαν Ασκληπιε Σειοβοηθος
Χειρος αγαλμ αγαθης τευξεν εαις πραπισιν
Νηω δεν τωδε ζωαγρια θηκεν ορασθαι
Πολλακι σαις βουλαις νουσων αλευαμενος
Σεσ θεραπων ευχης ολιγαν δοσιν οια θεοισιν
Ανδρες εφημεριοι των δε φερουσι χαριν.

NOT. Regi Æſculapio dona pro ſalute gatiarumque actione Nicomedes Smyrnæus medicus ( conſecrat )
Qualem obſtetricatæ ſunt recens natum Ilithyæ [qualem Obſtetrices novum partum in lucem tulerunt ] ex Phlegyæ filia ( i. e. Coronide, ut ait Hyginus ) Phœbo intonſo, talem tibi, ô Pæan Æſculapii ( i.e. Pæanis fili) Seioboethus ſtatuam manu eruditâ induſtriâ & cura ſua fecit. In hoc templo pro ſalutis mercede poſuit conſpiciendam Servus tuus ( Nicomedes ſcil. ) qui tuis conſiliis uſus ſæpe morbos expuli ( vel evitavi ) tenuę pro voto donum, qualia Diis viri mortales ( quaſi in diem viventes ) horum gratiâ offerunt. Legend. νεων verſu antepenultimo.

*Albæ Juliæ.*

Æeſculapio. et. Hygiæ. cæteriſque. Diis. Deabuſq. hujuſq.
loci. Salutaribus. C. Jul. Frontonianus. vet. ex. B. F. Cos. Leg.
V. M. P. redditis. ſibi. luminibus. grat. ag. ex. viſo. pro. ſe.
et. Caſpia. maxima. Conjug. et. Julia. Frontina. filia.
V. S. L. M.

NOT. i. e. Frontonianus Veteranus, unus ex Beneficiariis Conſulis, legionis quintæ Macedonicæ, Princeps, vel Primopilaris, pro redditis ſibi luminibus, ( Deo aliquo per ſomnium viſo, monente ) gratias Æſculapio & Sanitati agit, & votum ſolvit, lubenter, meritoque. Aliter hæc legi

Digitized by Google

legi poſſunt, hæc enim conjectanea tantum. Beneficiarii Conſulum, aliorumque magiſtratuum, dicuntur illi, qui illorum gratia, & beneficio, præmia, gradus, emolumenta, immunitateſque adepti ſunt, & fere erant οἱ ἐθελοντηδὸν στρατευόμενοι τῇ τῶν ὑπάτων χάριτι. *Volontiers.* ut Polybius.

1. *Romæ.*

Æſculapio. Sancto. L. Junius. Agathopus. et. Terentia. Ruſina. gratias. agentes. numini. tuo. D. D.

2. *Ad urbem Reggienſem in Provincia.*

Deo. Æſculapio. Val. Symphorus. et. Protis. Signum. Somni. æreum. torquem. aureum. ex. dracumculis. duobus. P. S. 7. Enchiridium. argent. P. S. anabolium. ob. inſignem. circa. ſe. numinis. ejus. effectum. V. S. L.

NOT. Characteres, & notulas, in hac, ſicut & in cæteris, omiſi, partim quod difficiles exſcriptu erant, partim ut lectoris ſumptibus expendendis conſulerem.

3. *Placiæ in Cæmet. Armeniorum.*

Αγαθηι Τυχηι
Γ. Πεσκεννιος Ονησιμος
Θεω υψιστω σωθεις ανεθηκα εκ μεγαλου κινδυνου μετα των ιδιων Νεικης ευχαριστηριον αναθειναι.

NOT. i. e. Bonæ Fortunæ. C. Peſcennius Oneſimus Deo altiſſimo conſecravi ereptus ex magno periculo poſt meorum victorum gratiarum actionis collocandum [ monumentum ] vertit Sponius. Sed forſan μετὰ τῶν ἰδίων vertendum eſt, per [ ſimul cum ſuis ] i. e. amici vel cognati ex eodem periculo erepti erant, vel [ cum propriis ſuis ] i. e. proprio ſumptu. Νείκης εὐχαριστήριον, donum gratulatorium pro victoria, i. e. pro periculo evitato.

4. *Alexiæ apud Heduos.*

Ti. Cl. Profeſſus. Niger. omnibus. honoribus apud Æduos. et. Lingonas. functus. Deo. Moritaſgo. porticum. teſtamento. poni. juſſit. ſuo. nomine. et. Juliæ. Virgulinæ. uxoris. et. Filiarum. Claudiæ. Profeſſæ. et. Julianæ. Virgulæ.

NOT. Moritaſgus erat unus ex antiquis Senonum apud Galliam Regibus, & à ſuis pro Deo habitus.



Digitized by Google

*Tabella marmorea, quæ putatur olim in Æſculapii templo ſtetiſſe, in ipſo marmore nulli erant accentus, ſed ſtudioſus quidam exſcriptor poſuit.*

1. Αὐταῖς ταῖς ἡμέραις Γαΐῳ τινὶ τυφλῷ ἐχρημάτισεν ἐλθεῖν ἐπ᾽ ἱερὸν Βῆμα καὶ προσκυνῆσαι εἶτα ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν καὶ θεῖναι τοὺς πέντε δακτύλους ἐπάνω τοῦ βήματος καὶ ἆραι τὴν χεῖρα καὶ ἐπιθεῖναι ἐπὶ τοὺς ἰδίους ὀφθαλμοὺς καὶ ὀρθὸν ἀνέβλεψε τοῦ δήμου παρεστῶτος καὶ συγχαιρομένου ὅτι ζῶσαι ἀρεταὶ ἐγένοντο ἐπὶ τοῦ Σεβαστοῦ ἡμῶν Ἀντωνείνου.

2. Λουκίῳ πλευρειτικῷ καὶ ἀφηλπισμένῳ ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπου ἐχρημάτισεν ὁ Θεος ἐλθεῖν καὶ ἐκ τοῦ τριβώμου ἆραι τέφραν καὶ μετ᾽ οἴνου ἀναφυράσαι καὶ ἐπιθεῖναι ἐπὶ τὸ πλευρὸν καὶ ἐσώθη καὶ δημοσία εὐχαρίστησεν τῷ Θεῷ καὶ ὁ δῆμος συνεχάρη αὐτῷ.

3. Αἷμα ἀναφέροντι Ἰουλιανῷ ἀφηλπισμένῳ ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπου ἐχρημάτισεν ὁ Θεὸς ἐλθεῖν καὶ ἐκ τοῦ τριβώμου ἆραι κόκκους στροβίλου [nucleos pini] καὶ φαγεῖν μετὰ μέλιτος ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας καὶ ἐσώθη καὶ ἐλθὼν δημοσία εὐχαρίστησεν ἔμπροσθεν τοῦ δήμου.

4. Οὐαλερίῳ Ἄπρῳ στρατιώτῃ τυφλῷ ἐχρημάτισεν ὁ Θεος ἐλθεῖν καὶ λαβεῖν αἷμα Ἀλεκτρυόνος λευκοῦ μετὰ μέλιτος καὶ κολλύριον συντρῖψαι καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐπιχρεῖσαι ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ἀνέβλεψεν καὶ ἐλήλυθεν, καὶ εὐχαρίστησεν δημοσία τῷ Θεῷ.

NOT. Maximè credibile eſt, hæc omnia falſa, et Paganis conficta eſſe, ut Chriſtianorum miraculis miracula quæ opponerent habere viderentur. Leg. forte lin. 6 ποσαι pro ζῶσαι. Tantæ Virtutes.

I. *Domburgi*

### 1. *Domburgi in Zelandia.*

Deæ. Nehalenniæ.
ob merces rite conſervatas
M. Secund. Silvanus
Negottor Cretarius
Britannicianus
V. S. L. M.

NOT. Lege Negotiator Cretarius, qui Cretam aliaque terrarum margarumque genera vendit. Et Britannicianus, quia in Britannia fodinæ cretariæ ſunt præcipue in colle cui Sorbiodunum ( ſive vetus Sarisburia ) inſidebat, de quo ita verſificator quidam Anglus,

*Eſt ibi defectus lymphæ, ſed copia Cretæ;*
*Sævit ibi ventus, ſed Philomela ſilet.*

Hodieque rupes Gallicis oppoſitæ è creta ſunt, variis nigræ ſilicis ordinibus *diſtinctæ*. Nehalennia erat numen *ἐπιχώριον* populorum circum Oceani æſtuaria habitantium, & mercimoniis lucroque Negotiatorum præfecta, ipſique Oceano, fluminibuſque advenis præſidens.

### 2. *Caſtro Hiſpan.*

P. Popil. Avitus. P. F. indulgentia. Pontifi. Iceditanor. locum. Sepul. accepi. ante. æd. Deæ. magnæ. Cybeles. quam. iratam. morte. ſenſi.

### 3. *Romæ.*

Voto. Suſcepto. Bonæ. Deæ. Aſtrapton. Cæſaris. villicus. ædiculum. aram. Septum. cluſum. vetuſtate. diruta. reſtituit.

NOT. Plurimæ Dearum Bonæ dicebantur, quænam earum hæc ſit non ſcio.

### 4. *Agro Firmano ad mare.*

Imp. Cæſ. D. Traj. Parthici. F. D. Nerv. Nep. Trajanus. Hadrianus. Aug. Pont. Max. Tr. Pot. XI. Coſ. III. munificentia. ſua. templum. Deæ. Cupræ. reſtituit.

NOT. A.D. 127. vel 128. Deam Cupram eandem cum Bona Dea, exiſtimat Reyneſius, quia Cuprum vel Cyprum Sabinis bonum eſt, teſte Varrone.



Digitized by Google

1. *Romæ.*

Numini. Domus Auguſtæ. et. Sancti. Silvani. Salutaris
Sacrum
Imp. Cæſ. Nervæ Trajani Optimi Princ. Germ. Dac. imagines argent. Paraſtaticas . cum ſuis ornamentis et. Regulis et Baſibus et concameratione ferrea.
C. Julius Nymphius. Dec. Annalis ſua pecunia ponendas curavit donumque dedit
in templo Sancti Silvani Salutaris quod eſt in hortis Aventinis et prædio ſuo
dedicavitque idibus Januariis. L. Vipſtano Meſſala. Q. Pedone Coſs.

NOT. Paraſtaticæ imagines ſunt, quæ in pronao templi Silvani, ad oſtii latera utrinque in Antis collocatæ erant: παραστάδες enim & παραστάται ſunt pilæ quadratæ lapideæ parietibus oſtiorum, vel columnarum lateribus adpactæ, quæ Latinis Antæ ſunt. Et quicquid his adfixum, adpenſum, inſtructumve fuit, παραστατικὸν & παρασταδικὸν propriè dicitur. Sicut προσταδικὸν & προστοικὸν, quicquid ante porticum ædis proximè conſpicuum, vel collocatum eſt. Ornamenta ſunt, quæcunque majoris cultus gratia circum ſtatuas aráſve ponuntur. Regulæ ſunt omnes ornamentorum partes illæ, quæ planæ ſunt & circumcurrunt, margini ſimiles; ſive verucula, quibus mediantibus προτομαὶ vel ſtatuæ lateribus & poſtico thecarum adpangi ſolent, ne nutent, proruantve, vel detrahi poſſent. Concameratio ferrea erat teſtudo ſive hemiſphærium ex ferreis laminis ductilibus factum, in anteriora devexum, & tanquam in earum tutelam ſurgens, imagines ſtatuaſque obumbrabat. Facta hæc inſcript. A. D. 115.

2. *Athenis ara quondam poſita erat, ſic inſcripta.*

Θεοις Ασιας και Ευρωπης
Και Λιβυης
Θεωι Αγνωστωι
και
Ξενωι.

NOT. Beatum Hieronymum, comment. in ep. ad Titum, c. 1. Secuti Scholiaſtæ quidam Philippides & Oecumenius, quam ille Latinam, hi Græcam dederunt. Recepta fuit ab omnibus, & communi conſenſu habita pro ea ipſa, quam D. Paulus ſibi viſam Athenis refert.

Actor.

Actor. cap. 17. v. 23. Sed durum eſt credere Apoſtolum non ſolum mutilaſſe continentiam inſcriptionis; ſed & in eâdem mutaſſe numerum, pro plurali Dis ignotis, quod habet Hieronymus, inferendo ſingularem Ἀγνώςῳ Θεῷ, quod crimen falſi, nec calumniam adverſariorum nec Judicum animadverſionem potuit effugere. Tertullianus in Apologet. dicit ſe invenire Diis ignotis aras proſtitutas, in Attica. Philoſtratus in Apollon. l. 2. Ἀθήνησι καὶ ἀγνώςων Θεῶν βωμοὶ ἵδρυνται. Et Pauſanias apud Eleos ἀγνώςων Θεῶν βωμὸν reperit, ſub Imperatore *Marco*. Sed hæc omnia in plurali numero; & nulla commoda ratio eſt, ut Apoſtolus, cum fortuitam inſcriptionem, in argumentum fidei artificioſe torqueret, ab eadem diſcederet aliudque proferre vellet, quam quod revera ſcriptum inveniſſet. Viſum eſt idem Lorino, in Comm. ad Acta, & Claud. Dauſqueio, l. 2. de S. Paul. Sanct. c. 2. Imò ipſa vocum inſcriptionis ſtructura, character etiam non eſt veteris illius Græciæ αὐτονόμου, cui propria imprimis ſimplicitas, & brevitas eſt: præcipue circa Sacra & leges. Veroſimile igitur, confictam eam eſſe primis Eccleſiæ ſæculis, pia quadam (ut Eraſmus loqui ſolet) vafricie, & hinc acceptam ſecularium literarum curioſiſſimo Hieronymo, qui ne Apoſtolus falſum dixiſſe videretur, ad id falſo veri ſpecie blandienti inſtrumento uti non abhorruit. Satis nota eſt infantis Eccleſiæ credulitas, cui ſæpiſſime illuſerunt ἐμβατεύοντες ἃ μὴ ἑωράκασιν, homines otio abutentes, & fanaticæ eruditionis ſuæ prodigi. Hæc & ejuſmodi plura Reyneſius. Quæ de Semone Sanco etiam profert, in argumento ſimili, legi omnino digna ſunt; & quicquid utilitatis voluptatiſve percipiet Lector de annotationibus noſtris, id magna ex parte Reyneſio acceptum feret.

1. *Vicentiæ.*

Plutoni. Summano. aliisq. Dis. Stygiis.

NOT. Patri Summano Romani nocturna fulmina tribuebant, ſicut diurna Jovi.

2. *Romæ.*

Sanco. Deo. Patr. Reatin.
Sacrum.

NOT. Patri Reatino, i.e. Reate culto.

3. *Romæ.*

Sancto. Sanco. Semoni. Deo. Fidio. Sacrum. Pecuria. Sacerdotum. Bibentalium. reciperatis. vectigalibus.

NOT. Hiſce Inſcriptionibus, nihil emendare vel mutare auſus ſum. Sed hinc manifeſtum eſt Juſtinum Martyrem errorem magnum erraſſe, dum Simoni Sancto Deo, pro Semoni Sanco Deo venditare voluit; ſed venia

donandus

Digitized by Google

donandus eſt vir ſanctiſſimus, qui incautè tantùm, & nihil doli excogitans hoc dixerit: non ita tamen alii, qui eidem errori patrocinantur hodie.

1. *Reate.*

Sanco. Fidio. Semo. Patri.
De. decuma. Victor. Tibei. Lucius. Mummius. donum. moribus. antiquis. pro. uſura. hoc. dare. ſemper. viſum. animo. ſuo. perfecit. tua. ope. rogans. te. cogendei. diſſolvendei. tu. ut. facilia. faxſeis. perficiaſq. decumam. ut. faciat. verae. rationis. proque. hoc. adque. alieis. donis. des. digna. merenti.

NOT. L. Mummius Achaicus (Coſſ. A. U. C. 608.) decimas ſpoliorum Corinthiacorum, aliorumque bonorum, quas pro more voverat, victor ſolvit.

2. *Romæ in Inſula Tiberina.*

Semoni. Sanco. Deo. Fidio. Sacrum. Sex. Pompeius. Sp. F. Col. Muſſianus. Quinquennalis. Decur. Bidentalis. donum. dedit.

3. *Mercuriæ Hiſpan.*

Caſtori. et. Polluci. Diis. magnis. Sulpitia. Q. Sulpitii. F. votum. ob. Filium. ſaluti. reſtitutum.

4. *Oſtiæ Saxo quadrato certaminis monument.*

Littoribus. noſtris. quoniam. certamina. lætum
Exhibuiſſe. juvat. Caſtor. venerandeque. Pollux
Munere. pro. tanto. faciem. certaminis. hujus.
Magna. Jovis. proles. veſtra. pro. ſede. locavi
Urbanis. Tatius. gaudens. me. faſcibus. auctum
Neptunoque. Patri. ludos. feciſſe. Sabinos.

5. *Romæ.*

Eſſe. putas. marmor. latet. hic. cum. Caſtore. Pollux
Munus. olorino. de. Jove. Læda. dedit.

1. *Brettæ.*

Digitized by Google

1. *Brettæ Tranſylvan.*

Spei. Virtuti. Victoriæ.
D. D. D.

Quarum. numine. proſperitas. et honor. Imp. Cæſ. Trajani. Succeſſu. felici. aucta. ſunt. Q. Axius. Ælianus. Proc. Numini. ejus. L. D. D. D.

2. *Ad Ulpiam Trajanam.*

M. Septimius. C. F.
Menti. Fideique. Deabus. præſentibus. ex. voto. S. P.

3. *Albæ Juliæ.*

Bono. Deo. Puero. Poſphoro.

4. *Wardaliæ in Cumbria.*

Deo. Sancto. Belatucadro. Aurel. Diatova. aram. ex. voto. poſuit. L: L. M. M.

5. *Antii.*

Fortunis. Antiatibus. M. Antonius. Rufus. Axius. Damaſco: S. D. D.

6. *Tibure.*

C. Julius. Polybi. Divi. Auguſti. Liberti. L. Anthus. ſaltum. Fortunæ. Opiferæ. reſtituit. pro. ſalute. Polybii. Liberalis. Patris.

7. *.

Fortunæ. Aug. Sac. pro. ſalute. itu. ac reditu. D. D. N. N. M. Aurel. Antonini. Pii. Aug. et. P. Septimii. Getæ. nobiliſſ. Cæſ. Civ. Batavi. Fratres. et. Amici. P. R. V. S. L. M.

8. *Romæ.*

Nymphis. Loci.
Bibe. lava. tace.

1. *Romæ.*

1. *Romæ.*

Nymphis. lymphiſq. Aug. Dulciſſimis. ob. reditum. aquarum. placide. proſilienſium. ab. Pop. Rom. diu. deſider. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
M. Sulpicius. Lepidus.. Cn. Octavius. Celſus. Curat. Op. Pub. D.S.I.P.C.

NOT. De ſuis impenſis poni curârunt.

2. *Romæ.*

Hujus. Nympha. loci. Sacri. cuſtodia. fontis
Dormio. dum. blandæ. ſentio. murmur. aquæ.
Parce. meum. quiſquis. tangis. cava. marmora. ſomnum.
Rumpere. ſive. bibas. ſive. lavere. tace.

NOT. De vetuſtate hujus epigraphes dubitari poteſt, de elegantia, minimè, effingi autem videtur ex præcedenti inſcriptione.

3. *Uticæ.*

Sex. Pompeius. I. cognomine. Pandus.
Quojus. et. hoc. Abavis. contigit. eſſe. ſolum.
Ædiculam. hanc. Nymphis. poſuit. quia. ſæpius. uſſus
Hoc. ſum. fonte. ſenex. tam. bene. quam. juvenis.

NOT. Leg. Verſ. 1. Sextus Pompeius Primus. Verſ. 3. uſus.

4. *Romæ.*

Undis. Cyaneis. donum. placavile. fecit
Contuccius. blandas. per. aquas. aram. venerandam.
Hinc. oritur. pergitque. fluens. deinde. occidet. in. ſe.
Ipai. mox. viridis. renovantibus. inclyta. Nymphis
Numine. fontigero. grates. ex. undique. ſolvens
Soſpes. cum. comites. præſtat. renovante. liquore.

NOT. Lege Verſ. 4. Ipſam.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

### 1. *Romæ in Saxo quodam.*

Hæc. area. intra. hanc. definitionem.
Cipporum. clauſa. verubus. et. ara.
quæ. eſt. inferius. dedicata. eſt. ex.
voto. ſuſcepto. quod. diu. erat. neglectum.
nec redditum. incendiorum. arcendorum.
cauſa. quando. urbs. per. novem. dies.
arſit. Neronianis. temporibus. et. hac.
lege. dedicata. eſt. Ne. cui. liceat. intra.
hos. terminos, ædificium. extruere.
manere. negotiari. arborem. ponere.
aliudve. quid. ſerere. et. ut. Prætor.
cui. hæc. Regio. ſorti. obvenerit.
litaturum. ſe. ſciat. aliuſve. quis.
Magiſtratus. Volcanalibus.
X. Kal. Sept. omnibus. annis.
Vitulo. Robio. et. verre.

NOT. Robum rubro colore, & quaſi rufum ſignificari ut bovem quoque Ruſtici appellant, manifeſtum eſt, inquit Paulus. Ego vitulum rufum hic intelligo. Suetonius dies 6. 7que noctes hac clade ſævitum ait; Tacitus ſex dies, ſed & ignem rediiſſe affirmat. Neſcio quando hæc epigraphe facta erat, ſed bella eſt, & omnibus numeris abſoluta, & ſæculum non inficetum ſapit. Bellorius poſt [ dedicata eſt ] addit [ Ab Imp. Cæſare Domitiano Aug. Germanico ] & inſcriptionem claudit cum [ arcendorum cauſa ] ſed continuata videtur & una, hæc inſcriptio. Quæ ſub Domitiano poſita eſt, ut modò didici.

### 2. *Romæ.*

Νηον μεν σιγαλοεντα Σαραπιδος υψιμεδοντος
Ηδ' αυτον χρυσου παμφανοωντα βολαις
'Στησαντο ξανθος τε Διοσκορος ηδε Κυριλλα
Ευνετις η μακαρων μηποτε ληθομενη
Καὶ δυο της αυτης γενετης ενα θεσμον εχοντες
Οισι μεμηλε κλυτης εργα Νεωκορης

2. *

1. *

Απολλωνιος. Διοσκουριδου. Νεαπολιτης. Ανουβιδι. υπερ. εαυτου. και. της. γυναικος. και. των. παιδιων. επι. Ιερεως. Σωσιωνος. του. Ευμενους. Οιναιου.

2. *Romæ.*

P. Acilius. Felix. D. D. Dia. Suriæ. cum. ſuis.

3. *Spoletii.*

Dis. Syris. C. Albicius. C. L. Reſtitutus.

4. *In variis Inſcriptionibus.*

Bacurdo: Sacrum.
Latobio. Aug. Sacr.
De. Aug. Andartæ.
Deæ. Nehæe.
Dii Synnavi.
Deo. Caute.
Lucus Sacer. Deæ. Satrianæ.
Matris. Auguſtis.
Matri. et. Patribus.
Matronis.
Diabus. Malviſis.
Fontis. aginees. genio.
Vi. Divinæ.
Genio. Numinis.
Jano. Portuno. atque. Marti.
Jano. Patri. Aug.
Parcis, Aug.
Fatis. Dibus. inferis.
Cuninæ Felici.
Dis. Paternis. Surgaſteo. Magno.
Laribus. auguſtis.
Lumiis.
Romæ. et. Aug. Cæſ. Divi. et. P. P.

1. *Neapoli.*

Digitized by Google

1. *Neapoli.*

P. Mævius. Eutychus. ædiculam. reſtituit. Sebetho.

2. *Albæ Juliæ.*

Priepo. Pantheo. P. P. Ælii. Urſio. et. Antonianus. Ædiles. Cl. Apul. dedicaverunt. Severo. et. Joviniano. Coſſ.

3. *Præneſte.*

Tu. quæ. Tarpeio. coleris. vicina. Tonanti
Votorum. vindex. ſemper. Fortuna. meorum
Accipe. quæ. pietas. ponit. tibi. dona. merenti
Effigiem. noſtri. conſervatura. Parentis
Cujus. ne. taceat. memorandum. littera. nomen.
Cæſius. hic. idemque. Titus. Primuſque. vocatur
Qui. largæ. Cereris. meſſes. fructuſque. renatos
Digerit. in. pretium. cui. conſtat. fama. fideſque.
Et. qui. divitias. vincit. pudor. ire. per. illos
Conſuetus. portus. cura. ſtudioque. Laboris.
Littora. qui. præſtant. feſſis. tutiſſima. nautis
Notus. in. Urbe. ſacra. notus. quoque. finibus. illis
Quos. Umber. Sulcare. ſolet. quos. Tuſcus. arator
Omnibus. hic. annis. votorum. more. ſuorum
Centenas. adicit. numero. creſcente. coronas
Fortunæ. ſimulacra. colens. et. Apollinis. aras.
Ægeriumque. Jovem. quorum. conſentit. in. illo
Majeſtas. longæ. promittens. tempora. vitæ
Accipe. Poſteritas. quod. per. tua. Sæcula. narres
Taurinus. cari. juſſus. pietate. Parentis.
Hoc. poſuit. donum. quod. nec. Sententia. mortis
Vincere. nec. poterit. fatorum. ſumma. poteſtas
Sed. populi. ſalvo. ſemper. rumore. manebit.

NOT. V. 9. aliter nectit pudor.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Τρυφων. τρυφων.
Ιθυφαλλωι. Κορυνηφορωι.
Κηποφυλακι. κλεπτομαστιγι.
Ευεργειας. και. ευδοκιας. χαριν.
Λαμψακιων, Κοιωνια.

2. *Carmen, quó (numinibus evocatis) Dictatores Imperatoreſque, quibus ſolis hoc erat licitum, Urbes exercituſque devovebant.*

Dis. Pater. Vejovis. manes. ſive. Vos. quo. alio. nomine. fas. eſt. nominare. ut. omnes. illam. Urbem. Karthaginem. exercitum. que. quem. ego. me. ſentio. dicere. fuga. formidine. terrore. que. compleatis. qui. que. adverſum. Legiones. exercitum. que. noſtrum. arma. tela. que. ferent. uti. vos. eum. exercitum. eos. hoſtes. eoſque. homines. urbes. agros. que. eorum. et. qui. in. his. locis. Regionibus. que. agris. urbibus. ve. habitant. abducatis. lumine. ſupero. privetis. exercitum. que. hoſtium. Urbes. agros. que. eorum. quos. me. ſentio. dicere. uti. vos. eas. urbes. agros. que. capita. ætates. que. eorum. devotas. conſecratasque. habeatis. illis. legibus. quibus. quando.que. ſunt. maxime. hoſtes. devoti. eos. que. ego. Vicarios. pro. me. fide. magiſtratu. que. meo. pro. Populo. Romano. exercitibus. legionibus. que. noſtris. do. devoveo. ut. me. meam. que. fidem. imperium. que. legiones. exercitum. que. noſtrum. qui. in. his. rebus. gerundis. ſunt. bene. ſalvos. Siritis eſſe. Si. hæc. ita. faxitis. ut. ego. ſciam. ſentiam. intelligam. que. tunc. quisquis. hoc. votum. faxit. ubi. ubi. faxit. recte. factum. eſto. ovibus. atris. tribus. Tellus. Mater. te. que. Jupiter. Obteſtor.

NOT. Cum Tellurem dicit, manibus terram tangit. cum Jovem dicit, manus ad cœlum tollit, inquit Macrobius, qui hæc exſcripſit ex libro rerum reconditarum Sammonici Severini, (qui à Caracallâ occiſus eſt in cœnis) qui ipſe Sammonicus in Furii cujuſdam libro vetuſtiſſimo hæc carmina reperiſſe profeſſus eſt. Et Macrobius, multa oppida

oppida & intra & extra Italiam, multoſque exercitus ita devotos, in priſcis annalibus, invenit, quem vide ſis l. 4. c. 9.

1. *Carmen, quo Dii Tutelares evocari ſolebant, cum Civitas oppugnatione cingitur.*

Si. Deus. ſi. Dea. eſt. cui. Popolus. Civitas. que. Karthaginienſis. eſt. in. tutela. Te. que. maxime. Ille. qui. Urbis. hujus. Popoli. que. tutelam. recepiſti. precor. venerorque. veniam. que. à. vobis. peto. ut. vos. Popolum. civitatem. que. Karthaginienſem. deſeratis. loca. templa. ſacra. urbem. que. eorum. relinquatis. abſque. his. abeatis. ei. que. Popolo. civitati. que. metum. formidinem. oblivionem. injiciatis. proditi. que. Romam. ad. me. meos. que. veniatis. noſtra. que. vobis. loca. templa. ſacra. Urbs. acceptior. probatior. que. ſit. mihi. que. Popoloque. Romano. militibus. que. meis. Præpoſiti. ſitis. ut. ſciamus. intelligamus. que. ſi. ita. feceritis. voveo. vobis. Templa. ludos. que. facturum.

2. *

Genio. Somn. L. Domitius. L. L. Argyrus. Lanarius. Domitia. L. L. Myrtale. S.P.D.D. dedic. k. Jan. L. Cejonio. Commodo. et. Sex. Vetuleno. Pompeiano. Coſſ.

3. *Nolæ.*

C. Catius. M. F. IIII. vir. Campum. publice. æquandum. curavit. Maceriem. et. Scholas. et. Solarium. ſemitam. d. s. p. f. c. Genio. Coloniæ. et. Colonorum. honoris. cauſa. quod. perpetuo. feliciter.

4. *Romæ, apud Arcum Imp. Severi.*

Genio. Exercitus. qui. extinguendis. ſæviſſimis. Latronibus. fide. et. devotione. Rom. expectat. et. votis. omnium. ſatisfecit.



Digitized by Google

1. *In agro Rythymino in Creta, ad radices montis Idæi, non longè à Pago Melidone dicto, introitu Speluncæ.*

Αρτεμις η Σαλλονιος

Ουρεσι Ταλλειοισιν ιδ' εμμενε Μαιαδος Ερμη
　Σπονδην και θυσιην δεξο φιλοφροσυνος
Ην σοι Σαλλονιος Μηνας λοιβαισι γεραιρει
　Κτησιος εξ οσιης ψυχικα δωρα διδους
Και πριν μεν ζωσης αλοχου φαος εισορεωσης
　Συν κεινη κατ' ετος σους εγεραιρε τοπους
Ανθ' ων δ' ενχερνισαι επετησιον ουκ απεδωκεν
　Συμβιου αγνοτατας τουδε καταφθιμενας
Αλγησας φρενα πολλα μαθων δ' οτι δει τα γε θεια
　Τιμαν διπλη σοι την δ' επορεν θυσιαν
Και συ δε παντοκρατωρ Εριουνιε τονδη φυλασσοις
　Ζωον οπως τιμα σον δι' ολου τεμενος

N O T. Sallonius Menas ſacra Mercurio annua, ob amiſſam uxorem ſuam Artemida intermiſſa, inſtaurat. Sed ubinam montes Tallæi ſint, ignoratur. - Verſ. 4. Κτησιας ἐξ ὁσίης: ex re ſanctâ, i.e. benè & honeſtè partâ; alia enim diis offerre eſſet nefas, & deos in partem furti vel rapinæ ſuæ vocare. Sed quid ſint ψυχικὰ δῶρα? an *pura dona*, qualia decerent animam ſanctam Deo ferre? an dona animalia, ſcilicet pro anima uxoris, ad gratiam Mercurii (qui animarum ad ſedes ſuas poſt mortem habetur Ductor) captandam? vel dona (ut dicam) vitalia, pro vita ſua conſervanda, ut ex Verſ. penult. videatur? Verſ. 7. Lege ἀνθ' ὧν δ' ἐγχρονίσας Cujus loco per totum annum immoratus. Verſ. 11. 'Εριούνιος· Valde utilis, Epitheton Mercurii apud Hom. Iliad. ω.

2. *Romæ.*

Genio. Jovii. Aug.
Jovia. Porticu. ejus. a. fundamentis. abſoluta. excultaque.
Ælius. Dionyſius. V.C. operi. faciundo.

N O T. Diocletianus ſe Jovium appellavit.

1. *Nemauſi.*

Digitized by Google

1: *Nemanſi.*

Deo. Nem. X. Titullus. Perſeus. horologium. et. cerulas. argenteas. II. T. P.

2. *Tradate oppidulo inſubrium.*

Votis omnibus Cœleſtibus Conſentientibus benemerentibusq. L. Parius Hermes

3. *Interamna in Umbria.*

Saluti. perpetuæ. Auguſtæ. Libertatique Publicæ. Pop. Romani. Genio. Municipi.
anno. poſt. Interamnam. conditam. DCCIIII. ad. Cn. Domitium. Ahenobarbum. : . . . . . : . . . . Cos.
Providentia. Ti. Cæſaris. Aug. nati. ad. æternitatem. Romani. nominis. ſublato. Hoſte. perniciosiſſimo. P. R.
Fauſtus Titius Liberalis VI. vir. Aug. iter. p. s. f. c.

NOT. Ahenobarbus cum Vitellio Nepote Coſ. erat anno Tiberii XVIII. Chriſti XXXII. Hic hoſtis perniciosiſ. erat Sejanus, anno præcedente Conſul occiſus.

4. *Sagunti in platea publica.*

Deo. Aureliano.

5. *Heroo ſive Sacello, Æneæ dicato, ad ripam Numici.*

Παλερς χθονιου ος ποταμου
Νομικιου ρευμα διεπει

Patri Deo Indigeti, qui Numici amnis undas temperat.

## 1. *Chalcedone, ex Wheeleri Itinerario.*

Ουρειον [1] επι πρεμνης τις οδηγητηρα καλειτω
Ζηνα [2] κατα προτονον ωνιστιον εκπετασας
[3] Επι κυανεας δινας δρομος ενθα Ποσειδων
Καμπυλον ειλισσει κυμα παρα ψαμαθοις
ειτε [4] Ειτα κατ Αιγαιαν ποντου πλακας ερευνων
τῳ Νεισθω τωι δε βαλων ψαιστα [5] παρα τω ξωανωι
[6] Οδε τον Ευαντη τον αει θεον Αντιπατρου παις
Στησε φιλων αγαθης συμβολον ευπλοιης.

### *Ex Sponii Schedis.*

. . . . . . . . . . [1] εκ πρυμνης . . . . . . . . καλειτω
[2] Κατα προτονων ιστιον . . . . .
ειτ' intel- [3] Εστ' επι . . . . . . . . δρομος
lecto εστι [4] Επεκατα γαιην ποντου πλακα νοστον ερευναι
(ειτε κατ' Αιγαιαν ποντου πλακα νοστον ερευνων
ξοανῳ . . . . . . . . . . . . παρα τω ανωι
ὡδε [6] Οδε τω ευαντητον,

Expoſitio Cl. Wheeleri fert, Evantem quendam Antipatri filium, ſecundâ navigatione uſum, ad Abrotanos [*videtur legiſſe κατ' Ἀβροτάνων* ] inſulaſque Cyaneas perveniſſe, & inde petentem reditum per Ægæum Mare, Pontumque, placentas Jovis Statuæ obtuliſſe, qui auram illi proſperam, felicis expeditionis indicium miſiſſet.

### *Ex Sponii Verſione.*

Ventum ſecundum quis ex puppi moderatorem vocabat
Jovem rudentibus velum expandens.
Eſt ſuper Cyaneis vorticibus curſus, ubi Neptunus
Curvos fluctus volvit prope arenoſa littora.
Tunc dixit (Neptunus) per Ægæum nuncredi tum paret
Huic appoſitis libamentis ſupernè
Ideo propitio ſemper Deo Antipatri filius
Collocavit libens felicis Symbolum Navigationis.

NOT.

Digitized by Google

NOT. Uterque vidit, exſcripſit, & explicuit, uno eodemque tempore. Sed non iiſdem oculis, eodemve animo & ſenſus; quis clariùs, quis feliciùs, non dico, hoc certum eſt, ex diverſâ utriuſque lectione, inſcriptionem correctiorem fieri, ſenſum clariorem elici poſſe.

---

# OPERUM PUBLICORUM:

*Inter quæ libet hic apponere Faſtos Kalendares, ex Tabula marmorea, Romæ, quales deſcripſit Ovidius, & Kalend. Ruſticum.*

## SEQUUNTUR

# FASTI KALENDARES.

Edm. Chishull ita vertit:

Urion expansis jam promtus navita velis
Ductorem ex alta puppe vocato Jovem;
Sive ad Cyaneas sit iter, qua mixtis arenis
Neptunus tumidam vertice curvat aquam;
Seu reditum Argoi vestigat in aequora Ponti;
Eja, eat, huic statuo reddere liba memor.
Hocce Philo, Antipatri proles, optabile numen
Hic posuit, faustae symbolon esse viae.
Plura vide in Miscell. Observ. Vol. III. Tom. 2. p. 205.

---

| | |
|---|---|
| A | K *Jan.* F |
| B | F |
| C | C |
| D | C |
| E | Non. F |
| F | F |
| G | C |
| H | C |
| A | Agon. |
| B | En. |
| C | Car. N P. |
| D | C |
| E | Eid. N P. |
| F | En. Dies vitios |
| G | Car. Ex S. C. |
| H | C |
| A | C |
| B | C |
| C | C |
| D | C |
| E | C |
| F | C |
| G | C |
| H | C |
| A | C |
| B | C |
| C | C |
| D | C |
| E | F |
| F | N |
| G | C |

N O T Æ.

F. *Faſtum diem ſignificat.*
C. *Comitialem.*
N. *Nefaſtum.*
N. P. *Atrum ſeu interciſum, quo Non Poteſt aliquid fieri, vel Non Placet.*
Agon. *Agonalia ſive Agonia.*
Car. *Carmentalia.*
En. *Endoterciſum, ſive interciſum.*

| | |
|---|---|
| H | K *Feb.* N |
| A | N |
| B | N |
| C | N |
| D | Non. |
| E | N |
| F | N |
| G | N |
| H | N |
| A | N |
| B | N |
| C | N |
| D | Eid. N P |
| E | N |
| F | Luper. N P |
| G | En |
| H | Quir. N P |
| A | C |
| B | C |
| C | C |
| D | Feral. F |
| E | C |
| F | Ter. N P |
| G | Regif. N |
| H | C |
| A | En. |
| B | Eq. N P |
| C | C |

N O T Æ.

Luper. *Lupercalia.*
Quir. *Quirinalia.*
Feral. *Ferales feriæ.*
Ter. *Terminalia.*
Regif. *Regifugium Sacrum.*
Eq. *Equiria.*

DK

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| D | K | *Mar.* N P |
| E | F | |
| F | C | |
| G | C | |
| H | C | Hoc die Caeſar Pont. Max. fact. eſt. |
| A | N P | |
| B | Non. F | |
| C | F | |
| D | C | |
| E | C | |
| F | C | |
| G | C | |
| H | En. | |
| A | Eq. N P. | |
| B | Eid. N P | |
| C | F | |
| D | Lib. N P | |
| E | C | |
| F | Quin. N. | |
| G | C | |
| H | C | |
| A | N | |
| B | Tubil. N. P | |
| C | Q. Rex. C. F. | |
| D | C | |
| E | C | |
| F | N P | Hoc die Caeſar Alexand. recepit. |
| G | C | |
| H | C | |
| A | C | |
| B | C | |

NOTÆ.

Lib. *Liberalia.*
Quinq. *Quinquatria.*
Tubil. *Tubiluſtrium.*
Q. Rex. C. F. *Quando Rex comitiavit, fas.*

| | | |
|---|---|---|
| C | K | *Apr.* N |
| D | C | |
| E | C | Ludi Matr. Magn. |
| F | C | |
| G | Non. Lud. | |
| H | N P Ludi | |
| A | N Ludi | |
| B | N Ludi | |
| C | N Ludi | |
| D | N Ludi in Circ. | |
| E | N | |
| F | N Ludi Cereri | |
| G | Eid. N P Ludi | |
| H | N Ludi | |
| A | Ford. N P Lud. | |
| B | N Ludi | |
| C | N Ludi | |
| D | N Ludi | |
| E | Cer. N. Ludi in Cir. | |
| F | N | |
| G | Par N P | |
| H | N | |
| A | Vin. N P | |
| B | C | |
| C | Rob. N P | |
| D | F | |
| E | C | |
| F | N P Ludi Flor. | |
| G | C Ludi | |
| H | C Ludi | |

NOTÆ.

Ford. *Fordicidia.*
*Parilia.*
Vin. *Vinalia ſcilicet Priora, de quibus Ovid.*
Flor. *Floralia.*
Rob. *Robigalia.*
Cer. *Cerealia.*



Digitized by Google

| | |
|---|---|
| A | K *Mai.* N |
| B | F Comp. |
| C | C |
| D | C |
| E | C |
| F | C |
| G | Non. N |
| H | F |
| A | Lem. N |
| B | C |
| C | Lem. N |
| D | N P Lud. Mart. in Circ. |
| E | Lem. N |
| F | C |
| G | Eid. N P |
| H | F |
| A | C |
| B | C |
| C | C |
| D | C |
| E | Agon N P |
| F | N |
| G | Tub. N P |
| H | Q. Rex. C. F. |
| A | C |
| B | C |
| C | C |
| D | C |
| E | C |
| F | C |
| G | C |

NOTÆ.

Comp. *Compitalia.*
Lem. *Lemuria de quibus Ovidius in menſe Maio.*
Lud. Mart. *Martis ſcilicet Victoris in Circo.*

| | |
|---|---|
| H | K *Jun.* N |
| A | F. Mart. Car. Monet. |
| B | C |
| C | C |
| D | Non. |
| E | N |
| F | N |
| | Menti |
| G | N in Capit. |
| H | Veſt. N |
| A | N Fer. Veſtae. |
| B | Matr. N. |
| C | N |
| D | Eid. N |
| E | N |
| F | Q. St. D. F. |
| G | C |
| H | C |
| A | C |
| B | C |
| C | C |
| D | C |
| E | C |
| F | C |
| G | C |
| H | C |
| A | C |
| B | C |
| C | C |
| D | F |
| E | C |

NOTÆ.

Mart. *Marti Sacrum.*
Car. *Carneæ Deæ Sacr.*
Monet. *Monetæ Junonis ædis dedicatio.*
Veſt. *Veſtæ Sacrum, & feriæ Veſtæ.*
Matr. *Matralia.*
Q. St. D. F. *Quando ſtercus delatum (ſcilicet ab æde Veſtæ) fas.*

| | |
|---|---|
| F | K. *Jul.* N. |
| G | N |
| H | N |
| A | N P |
| B | Po, *lif.* N P |
| C | N Ludi Apollin. |
| D | Non. N. Ludi |
| E | N Ludi |
| F | N Ludi |
| G | C Ludi |
| H | C Ludi |
| A | N P Ludi |
Auguſtus. [ toto Conſtan ] tius. orbe. recepto
Et. quod. nulla. tulit. tellus. nec. viderat. ætas
Condidit. ut. claris. exa[equ]et. dona triumfis
Hoc. decus. ornatum. Genitor. cognominis. urbis
Eſſe. volens. cæſa. Thebis. de. rupe. revellit

*Parte Orientali.*

Sed. gravior. Divum. tangebat. cura. vehendi
Quod. nullo. ingenio. niſuque. manuque. moveri.
Caucaſeam. molem. diſcurrens. fama. monebat
At. Dominus. Mundi. Conſtantius. omnia. fretus
Cedere. virtuti. terris. incedere. juſſit
Haut. partem. exiguam. montis. Pontoque. tumenti

*Parte Septentrionali.*

Credidit. et. placido. [ vexerunt æquora flu]ctu
Litus. ad. Heſperium [ Tiberi ] mirante. carinam
Interea. Romam. Ta[po]ro. vaſtante. Tyranno
Auguſti. jacuit. donum. ſtudiumque, locandi
Non. faſtu. ſpreti. ſed. quod. non. crederet. ullus
Tantæ. molis. opus. ſuperas. conſurgere, in. auras

*Parte*

Digitized by Google

*Parte Occidentali.*

Nunc. veluti. rurſus. ru[ſis] avulſa. metallis
Emicuit. pulſatque. polos. hæc. gloria. dudum
Auctori. ſervata. ſuo. cu[m] cæde. Tyranni
Redditur. atque. aditu. Ro[mæ] virtute reperto
Victor. ovans. urbiq[ue locat. ſublime ] tropæum.
Principis. et. munus. condi[gnis us]que. triumphis

NOT. Verſu 15. Taporo, lege Tapoto. Magnentius vocatus eſt Tapotus, quia apud Helenam Caſtrum Tapotorum, qui Cantabriæ populi ſunt, montibus Pyrenæis proximi, Conſtantem interfecit, 350. Hæc de Tapoto docuit Biragus illuſtriſſ. V. 6. Thebis. Ægyptiis.

1. *Decretum Deſiderii Regis Italiæ.*

Revocamus. Statuta. Regis. Aſtulfi. contra
Vetulonos. edita. ut. lacus. non. Tirenſium
Sed. Vetulonum. ſit. q2. lacus. magnus. ideo
Italiæ. q2. eorum. ager. prius. eſt. Italia
Dicta. ab. ibi. ſede. Itali. et. ut. ſuam
Longulam. non. Longubardulam. ſed
Cognomine. ſui. Ampliatoris. Tirreni
Terbum. vocent. et. ut. ſub. uno. muro
Cingant tria. oppida. Longulam. Vetuloniam
Tirrenam. Volturnam. dictam. Etruriam
Totamque. urbem. noſtra. adjeczone.
Viterbum. pronuncient. ut. de. Roda. et
Civita. Balneo. Regium. dici. juſſimus
Permittimus. pecuniis. imprimi. F. A. U. L.
Sed. amoveri. Herculem. et. poni. ſanctum
Laurentium. eorum. Patronum. ut. facit
Roma. et. Bononia. jubemus. quoq;
Reparari. Cortanientam. Dardanum
Aſſium. Foranum. Cornietum. Tuſcanellum
Nos. enim. non. ſumus. Tuſcie. Deſtructores
Ut. nos. apud. Gallos. accuſat. Adrianus
Papa. nam. in Tuſcia. ædificavimus. a
Fundamentis. vobis. quidem. Volturrenis

Calvellum.

Digitized by Google

Calvellum. vicum. Orchianum. Balneariam
Barbaranum. et. Gariofilum. Sentinatib⁹
Autem. Aſdonias. et. Rodacoſanum.
Volaterrȝ. Rodacomalum. lune. Sergianum
Petram. ſanctam. olim. fanum. Feronie
Focenſib⁹. ſanctos. Geminianum. et
Miniatem. Feſulanis. oppidum. Munionis
In. quod. vagos. ſparſos. Arinianos. et.
Palantes. Fluentinos. collegimus. rurſus
Plures. antiquas. nobiles. urbes
Ampliavimus. et. muris. cinximus. et
Nunc. iddem. agimus. circa. Lucam
Piſtorium. Aretium. Orbitum. et.
Etruriam. nunc. Viterbum. cujus
Nomen. aut. a. nobis. conſtituta. decreta
Siquis. violaverit. aut. capite. puniatur
Aut. ſtranguletur. laqueo. Hoc. itaqȝ. non
Eſt. Etruriam. deſtruere. ut. nos.
Arguit. Adrianus. qui. pacem. ultro.
A nobis. oblatam. reſpuit. Quare. tibi
Grimoalde. Præfecte. Viterbienſis
Precipimus. ut. quandiu. dubia. Pax
Perſeverat. jubeas. omnes. Tuſcie. milites
Paratos. eſſe. in. armis. et. commeatus
Ac. ſtipendia. ſine. avaritia. in. promptu
Habeas. ut. non. ſolum. occurrere. oſtibȝ
Sed. etiam. illos. invadere. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . Cives. non. gravabis. novis. exaczonibus
. . . . . . ex. Papia. venient .
Viterbienſes.

N O T. Non exſcripſi propter elegantiam, aut vetuſtatem, quippe quæ ſcripta eſt circa A. D. 773. ſed ut videat Lector, Deſiderium non ſolum in cauſâ fuiſſe malorum illorum omnium quæ per Italiam tunc temporis graſſabantur, ſed in partes etiam veniſſe, Paparum tyrannidis affectationem, mirum in modum indies ſuccreſcentem, quæ Reges Italiæ vicinos nimium potentes nequibat ferre.

I. *Infra*

1. *Infra Romam ad Tiberim.*

Typo Apollonio Inſtauratori mœnium noſtrorum. et Turſiæ ſanctiſſimæ Virginis ejus F.
Univerſus Populus Metellinorum. ob nimio amore æternum decus
ad memoriam dedit.

NOT. Sanctum dixere veteres, quicquid charum quicquid laudabile.

---

CÆSARUM

---

Digitized by Google

# CÆSARUM IMPERATORUM.

1. *Malphiæ in Apulia aut Calabria.*

Divo Julio.
Civit. Zmyrnaeorum.

2: *Auguſtæ Taurinorum.*

C. Jul. Cæſar. C. F. de. Galleis: et. Allobrogib. triumphavit.

3. *In vico Luc. in Provincia.*

Juſtitiæ. et. Clementiæ.
C. Cæſaris.

NOT. Dolendum certè eſt, quod inter tot mille epigraphas, quæ ſparſim ubique reperiuntur, ſex aut ſeptem tantùm (quorumque de ætate juſtè forſan ambigas) Divo Julio inſcriptas videre licet. Cum tamen Imperatorum omnium ſequentium virtutes & præclara geſta, vix, ac ne vix quidem, hujus ſinguli exæquent. Occiſus eſt A. U. 710. ante Chriſtum natum 43. ſecundum æram Dionyſiacam, quam (falſam licet) ſequimur.

4. *Cippus, juxta viam Aureliam antiquam.*

Pater Patriæ Imp. Cæſar Divi. F. Auguſtus Pontifex Maximus. Coſ. XII.
Deſignatus XIII. Tribun. Pot. XXIII.

NOT. Auguſtus erat Conſ. XII. A. U. C. 749. 750. & Coſ. XIII. Deſig. XIII. 751. ſecundum Sueton. qui Auguſtum tertium decimum conſulatum biennio poſt duodecimum ultrò petiiſſe ſcribit. Sed Trib. Pot. XXIII. non niſi Conſulatui XIII. A. U. C. 753. vel 754. convenit, ſecundum illuſtr. Comitem Mediobarbam Biragum.

I.

Digitized by Google

1.

Senatus. Populuſq. Romanus.
Imp. Cæſari. Divi. Juli. F. Coſ. V. deſign. VI. Imp. VII.
Rep. conſervata.

NOT. A. U. 725. ante C. J. 28.

2. *Romæ.*

Decretum.

Ædiculam. et. ſtatuas. has. hoſtiam. dedicationi. victimæ. natali. Aug. VIII. Kal. Octob. duæ. quæ. P. P. immolari: conſuetæ. ſunt. ad aram. quæ. numini. Aug. dedicata. eſt. VIIII. Kal. Octob. immoletur. item. natali. Tiberi. Cæſ. perpet. acturi. Decuriones. et. Pop. cenet. quam. impenſam. C. Caſcellio. Labeoni. in. perpet. pollicenti. gratiæ. agantur. munificentiæ. ejus. Eoq. natali. ut. quodannis. vitulus. immoletur. et. natalib. Aug. et. Tiberi. Cæſſ. priuſquam. ad. veſcendum. Decuriones. eant. thure. et. vino. Genii. eorum. invitentur.
Aram. Numini. Aug. pec. noſtra. ponendam. et. ludos. ex. idib. Aug. diebus. ſex. faciundos. curavimus.
Natali. Auguſtæ. mulſum. et. cruſtula. mulierib. vicanis. ad. Bonam. Deam. pec. dedimus.
Item. dedicatione. ſtatuarum. Cæſarum. et. Auguſtarum. mulſum. et. cruſtula. pecunia. noſtra. devotis. omnib. et. Populo. dedimus. perpetuoq. ejus. die. Dedicationis daturos. nos. teſtati. ſumus. quem. diem. quo. frequentior. quotannis. ſit. ſervabimus. VI. idus. Martias. quia. hac. Ti. Cæſ. Pont. Max. feliciſſime. creatus. eſt.

3. *Narbone.*

T. Statilio. Tauro. L. Caſſio. Longino. Coſſ. X. K. Octob. Numini. Auguſti. votum. ſuſceptum. a. plebe. Narbonenſium. in perpetuom.
Quod. bonum. fauſtum. felixq. ſit. Imp. Cæſari. Divi. F. Auguſto. P. P. Pont. Max. Trib. pot. XXXIIII. Con-

jugi.

Digitized by Google

jugi. liberis. gentiq. ejus. Senatui. Populoq. Romano. et. Colonis. incoliſque. C. I. P. N. M. qui. ſe. numini. ejus. in perpetuum. colendo. obligaverunt. Plebs. Narbonenſium. aram. Narbone. in. foro. poſuit. ad. quam. quotannis. VIIII. Kal. Octob. qua. die. eum. ſæculi. felicitas. orbi. terrarum. Rectorem. edidit. tres. equites. Romani. a. plebe. et. tres. libertini. hoſtias. ſingulas. immolent. et. colonis. et. incolis. ad. ſupplicandum. numini. ejus. thus. et. vinum. de. ſuo. ea. die. præſtent. et. VIII. Kal. Octob. thus. vinum. et. colonis. et. incolis. item. præſtent. K. quoq. Januar. thus. et. vinum. colonis. et. incolis. præſtent. VII. quoque. idus. Januar. qua. die. primum. imperium. orbis. terrarum. auſpicatus. eſt. thure. vino. ſupplicent. et. hoſtias. ſingul. immolent. et. colonis. incoliſque. thus. vinum. ea. die. præſtent. Et. pridie. Kal. Jun. quod. ea. die. T. Statilio. Tauro. M. Æmilio. Lepido. Cos. judicia. Plebis. Decurionibus. conjunxit. hoſtias. ſingul. immolent. et. thus. et. vinum. ad. ſupplicandum. numini. ejus. colonis. et. incolis. præſtent. Exque. iis. tribus. equitibus. Roma. Libertinis. unus.

I.

Narbonenſis. a. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Numinis. Auguſti. D. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
cavit.

Legibus. iis. q. i. s. s.

Numen. Cæſaris. Aug. P. P. quando. tibi. hodie. hanc. aram. dabo. dedicaboque. his. legibus. hisq. regionibus. dabo. dedicaboque. quas. hic. hodie. palam. dixero. uti. infimum. ſolum. hujuſq. aræ. titulorumque. eſt. ſiquis. tergere. ornare. reficere. volet. quod. beneficii. cauſa. fiat. jus. fasque. eſto. ſive. quis. hoſtia. ſacrum. faxit. qui. magmentum. nec. protollat. idcirco. tamen. probe. factum. eſto. Si. quis. huic. aræ. donum. dare. augereque. volet. liceto. eademque. lex. ei. dono. eſto. quæ. aræ. eſt.

Cæteræ. leges. huic. aræ. tituliſque. eædem. Sunto. quæ. ſunt. aræ. Dianæ. in. Aventino. hiſce. legibus. hisque regionibus. Sic. uti. dixi. hanc. tibi. aram. pro. Imp. Cæſare. Aug. P. P. Pontifice. Maximo. Trib. pot. XXXV.

Conjuge.

Digitized by Google

Conjuge. liberis. genteque. ejus. Senatu. Populoque R. Colonis. Incoliſque. Col. Jul. Patern. Narb. Mart. qui. ſe. numini. ejus. in. perpetuum. colendo. obligaverunt. doque. dedicoque. uti. ſies. volens. propitium.

NOT. Anno Ch. I. XI. Tauro & Lepido Coſſ. A. C. XII. Auguſti Trib. pot. XXXV. Germanico & Fonteio Capitone Coſſ.

1. *Salonæ, nunc Patavii.*

Lex. dedicationis. aræ. J. O. M. ſacræ. L. Ælio. Cæſare. Imp. P. Cælio. P. F. Balbino Vibullio. Coſſ. [137. *A. D.*] VII. Idus. Octob. Cn. Domitius. Valens. II. Vir. I. D. præeunte. C. Julio. Severo. Pontif. Legem. dixit. in. ea. quæ. verba. infra. ſcripta. ſunt.
Juppiter. Optime. Maxime. quandoque. tibi. hanc. aram. dabo. dedicaboq. ollis. legibus. olliſque. regionibus. dabo. dedicaboque. quas. hic. hodie. palam. dixero. ut. infimum. ſolum. hujus. aræ. eſt. ſi. quis. hic. hoſtia. ſacrum. faxit. quod. magmentum. nec. protollat. itcirco. tamen. probe. factum. eſto. Cæteræ leges. huic. aræ. eædem. ſunto. quæ. Aræ. Dianæ. ſunt. in Aventino. monte. dictæ. hiſce. legibus. hiſce. regionibus. ſicut. dixi. hanc. tibi. aram. Juppiter. Opt. Max. dico. dedicoque. uti. ſis. volens. propitius. mihi. Collegiſque. meis. Decurionib. Colonis. Incolis. Coloniæ. Martiæ. Juliae. Salonæ. Conjugib. liberisq. noſtris.

NOT. Hanc inſcriptionem priori adjunxi, ob illarum ſimilitudinem in omnibus conjunctiſſimam. Et profectò neceſſe eſt, ut Narbonenſes, ad idololatriam fœdiſſimam evadendam diſtinctionem, illam paratiſſimam duliæ & latreiæ, in partes ſuas, ad ſubſidium vocent. Magmentum, i. e. majus augmentum.

2. *In Hiſpaniis.*

Juliæ. Aug. Divi. F.
Matri. Ti. Cæſaris. Aug. Principis. et. Conſervatoris. et. Druſi. Cermanici.
M. Corn. Proculus. Pontifex. Cæſarum.

NOT. Hæc Julia (quæ Livia ante mariti exceſſum, dicta eſt) hîc dicitur, Auguſti Divi Filia, licèt erat uxor ejus, quia in familiam Juliam tranſivit

Digitized by Google

tranſivit, ut ait Lipſius, ego mallem legere, Juliæ. Auguſtæ. Divi. ( i. e, Julii Cæſ. ) Filiæ: quippe quæ uxor eſſet Auguſti Divi F. & Julium. honoris cauſa, Patrem ſuum eſſe vellet.

1. *Romæ.*

| | |
|---|---|
| C. Cæſari | L. Cæſari |
| Auguſti F | Auguſti F |
| Pontifici | Auguſti Coſ. |
| Coſ. Deſignato | Deſignato. |
| Principi | Principi |
| Juventutis | Juventutis |

NOT. A. U. 752. de his vide R. P. Norris.

2. *Arimini, in latere pontis cujuſdam.*

Imp. Cæſ. Divi. F. Aug. Pont. Max. Coſ. XIIII. Imp. XX. Trib. pot. XXXVIII. P. P.

*In altero latere.*

Ti. Cæſar. Auguſti. Fi Divi. Julii. N. Aug. Pont. Max. Coſ. III. Imp. VIII. Trib. pot. dedere.

NOT. Auguſtus tribunatum plebis ſumpſit primum A. U. C. 731. & mortuus eſt, A. U. 766. ergo ultra 36$^{m}$ & vel 37$^{m}$ trib. pot. non attigit, quid ergo nobis cum 38$^{a}$ ſicut in hac inſcriptione? falſa itaque eſt, ſicut etiam in XIV. ejuſdem Conſulatu numerando. Cum Suetonius, nummique omnes XIII$^{m}$ Conſulat. tantùm aſſecutum docent. Conſule Lector, ſuper his, & aliis, illuſtriſſ. & accuratiſſimum Dominum Biragum, in numiſmatibus Impp. Rom. nuper editis, quem ducem ſecutus ſum. Poſterior inſcriptio facta eſt, A. C. 21. inſcriptio Neapol. in Sponii Miſcell. quæ Conſulat. Aug. XIIII. edit vel ſpuria eſt vel falſò notata.

3. *Romæ.*

Oſſa. Ti. Cæſaris. Divi. Aug. F.
Pont. Max. Tr. Pot. XXXVIII. Imp. VIII. Coſ. V.

NOT. A. C. 37. quo mortuus eſt Tiberius 17. k. Apr.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ, vidit Petrarchus in arcu triumfali, inſcript: Neroni, Druſo, Germanico, Tib. Aug. Fratri.*

. . . . . . . . ad. divortia. Rheni
Pervaſi. hoſtiles. depopulatus. agros
Dum. tibi. Roma. decus. æternaque. ſudo. trophæa.
Iſter. pacatis. lenior. iret. aquis.

NOT. Hic erat Magnus Pater, majoris filii, Germanici. Obiit. A. U. 745. ann, ætat. 30. ipſe etiam Germanic. à Senat. dict.

2. *Ucletii in Hiſpan.*

Germanico. Cæſari. Ti. F. Auguſti. N. Divi. Pron. Coſ. L. Turellius. L. F. Geminus. æd. d. s. p.

NOT. Filius adoptivus Tiberii, Germanici Druſi Neronis naturalis.

3. *Romæ.*

Oſſa. Agrippinæ. F. M. Agrippæ. Divi. Aug. Neptis. Uxoris. Germanici. Cæſ. Matris. C. Cæſaris. Aug. Germanici. Principis.

NOT. Hæc erat filia Agrippæ & Juliæ Auguſti ex Scribonia filiæ: inedia voluntaria extincta eſt, A. C. 33.

4. *Ucletii.*

Druſo. Cæſari. Ti. F. Aug. N. Divi. Pron. L. Turellius. L. F. Geminus. æd. d. s. p.

NOT. Hic erat naturalis & legitimus Tiberii filius, veneno ſublatus à Livilla Uxore ſua, & Sejano Livillæ adultero, A. C. 23.

5. *Romæ.*

Oſſa. Neronis. Cæſ. Germanici. Cæſaris. F. Divi. Aug. Pron. Flamin. Auguſtalis, Quæſtoris.

NOT. Inedia extinctus in Pontia inſula circ. A. C. 29.



Digitized by Google

1. *Burgi in Helvetia, fragm.*

Imp. Cæſ. Caius. Pont. Max. Trib. Pot. P. P.

2. *.

Pro. ſalute. Ti. Claudi. Cæſ. Aug. Germanici. Pont. Max. Trib. pot. X. Imp. XIIX. Cos. IV. Deſign. V. Sign. argenti. P. X.
et. pro. ſalute. Neronis. Cæſ. F. Agrippinæ. Aug. Sign. arg. P. V. voto. ſuſcepto. viatores. et. Scribæ. Libr. et. Præf. Princeps. et. Latinus. Felix. ded.

NOT. A. C. 50. quo, Nero adoptatus, & Agrippina Auguſta dicitur, & Britanni ab Oſtorio victi. P. X. i. e. decem ponderibus.

3. *Ravennæ.*

Tib. Claudius. Druſi. F. Cæſ. Aug. Germ. Pont. Max. Trib. pot. II. Cos. deſign. III. Imp. III. P. P. dedit. ob. memoriam. Patris. ſui. Dec. VII. Collegii. Fabr. M. R. HS. M. N. liberalitate. donavit. ſub. conditione. ut. quotannis. Roſas. ad. monumentum. ejus. deferant. et. ibi. epulentur. duntaxat. in. V. id. Jul. quod. ſi. neglexerint. tunc. ad. VIII. ejuſdem. collegii. pertinere. debebit. condicione. ſupradicta.

NOT. Id eſt, Claudius Imp. dedit Decurionibus VII. Collegii Fabr. Municipii Ravennatis, Seſtertium millies numero, ut roſas annuatim ad Patris tumulum ornandum deferrent, & ad ibi epulandum. A. C. 42.

4. *In Ruinis pagi Marqueſiæ in Luſitan.*

Neroni. Claud. Caiſ. Aug. Pont. Max. Ob. Provinc. Latronib. et. his. qui. novam. generi. hum. ſuperſtition. inculcab. purgatam.

NOT. Suetonius in Nerone vocat Chriſtianos genus hominum ſuperſtitionis novæ, ac maleficæ. Sed nihilominus de hac inſcriptione dubitat Scalig. qui Piſvergæ in Hiſpania illam extare ait.

1. *Romæ*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Imaginum. domus. Aug. Cultoribus.
Signum. libertatis. reſtitutæ.
Ser. Galbæ. Imperatoris. Aug.
Curatores. anni. ſecundi.
C. T. P.
L. C. Z. &c--
Dedic. idib. Octob.
C. Bellico. Natale. et } Coſſ.
Scipione. Aſiatico } P. Corn.

NOT. Aliter Faſti Conſ. A. D. 125, 126.

2. *Romæ.*

A. Vitellius. L. F. Imperator. Coſ. Perpetuus.

3. *Romæ.*

Paci. æternæ. Domus. Imp. Veſpaſiani. Cæſaris. Aug. Liberorumque. ejus. Sacrum. Trib. Suc. Junior. dedic. XV. k. Dec. L. Ann. Baſſo. C. Cæcina. Pæto. Coſſ.

NOT. Tribus Succuſſana. Lecanius Baſſus Conſ. A. D. 64. Pætus A. D. 61. ante Veſpaſianum uterque.

4. *Romæ.*

Imp. Cæſ. Veſpaſiano. Aug. Pont. M. Tr. Pot. IIII. Coſ. VIII. deſign. VIIII. P. P. ſacrarum. ædium. Reſtitutori. et. rituum. antiquorum. Conſervatori. Sodales. Titii.

NOT. Sodales Titios inſtituit T. Tatius Sabinorum ſacris retinendis. Hæc inſcript. A. D. 78. anno ſequente moritur Veſp.

5. *Romæ.*

Imp. T. Cæſ. Divi. F. Veſpaſianus. Aug. Pont. Max. Trib. pot. X. Imp. XVII. P. P. Cenſor. Coſ. VIII. aquas. Claudiam. et. Anienem. perductas. a. Divo. Claudio. et. poſtea. a. Divo. Veſpaſiano. Patre. ſuo. urbi. reſtitutas. cum. a. capite. aquarum. a. ſolo. vetuſtate. dilapſæ. eſſent. nova. forma. reducendas. ſua. impenſa. curavit.

NOT. A. D. 81. quo moritur Imp. optimus.



Digitized by Google

1. *Interamnæ.*

Providentiæ. Titi. Cæſ. nati. ad. æternitatem. Romani. nominis. ſublato. hoſte. pernicioſiſſimo.

NOT. Neſcio quis hic hoſtis, niſi Cæcina, quem Titus interfecit, circa A. D. 77. Patre vivo.

2. *Ignoratur ubi ſteterit.*

Imp. Tito. Cæſ. Div. Veſpaſiani. F. Veſpaſiano. Aug. Pontif. maximo trib. pot. X. Imp. XVII. Coſ. VIII. P. P. Principi. ſuo. S. P. Q. R.
Quod. præceptis. Patris. conſiliiſque. et. auſpiciis. gentem. Judæorum. domuit. et. urbem. Hieroſolymam. omnib. ante. ſe. Ducibus. Regibus. gentibuſq. aut. fruſtra. petitam. aut. omnino. intentatam. delevit.

NOT. Ignoratur ubi ſteterit hæc inſcriptio; ſed in malo loco, ubicunque fuerit, ſtetiſſe certum eſt; nam ab inepto quopiam conficta eſt, & veræ antiquitatis omnino ignaro, quid enim cum ſæculo Flaviano, verba illi *Principi ſuo*? Nonne etiam Hieroſolymæ captæ erant, à Ptolemæo Lago, ab Antiocho Epiph.? nonne à Pompeio Mag. & deinde à Soſio Antonii Legato? profecto illud erat Religionis odium, ille gentis contemptus, ut *Judaici* cognomen nemo victor admiſerit.

3. *In tabulis Capitolinis.*

A. P. R. C. DCCCXLI.
Imp. Cæſare. Divi. Veſp. Filio. Domitiano. Auguſto. Germanico. Magiſtro. XV. vir.
Ex. S. C. Ludi. Sæculares. facti.

NOT. A. D. 88. nulla ratione habitâ, vel Auguſti Lud. Sæc. 737. vel Claudii, in anno 800.

4. *

Imp. Nerva. Cæſ. Aug. P. M. Tr. Pot. Coſ. III. Pater Patriæ.

NOT. A. D. 97. quo Trajanus adoptatur exeunte Oct. Nerva moritur ad 5. kal. Feb. anni ſequentis.

1. *In*

Digitized by Google

1. *In Piceno.*

Imp. Cæſ. D. Veſpaſiani. F. Domitianus. Aug. Pont. Max. Trib. pot. Imp. II. Coſ. VIII. Deſig. VIIII. P. P. ſalutem. dicit. IIII. viris. et. Decurionib. Faleriensium. ex. Piceno. Quid. conſtituerim. de Subſicivis. cognita cauſa inter vos et. Firmanos. ut notum haberetis huic Epiſtulæ ſubjici. juſſi P. Valerio. Patruino. . . . . Coſ. XIIII. kal. Aug. Imp. Cæſ. Divi. Veſpatiani. F. Domitianus. Aug. adhibitis utriuſq. ordinis Splendidis viris cognita cauſa inter Falerienſes et Firmanos pronunciavi quod ſcriptum eſt.

Et. vetuſtas litis quæ poſt tot annos retractatur a Firmanis adverſus Falerienſes vehementer me movet cum Poſſeſſorum ſecuritati vel minus multi anni ſufficere poſſint et Divi Auguſti diligentiſſimi et indulgentiſſimi erga Quartanos ſuos Principis epiſtula qua admonuit eos ut omnia Subſiciva ſua colligerent et venderent quos tam ſalubri admonitioni paruiſſe non dubito. Propter quæ Poſſeſſorum jus confirmo. Valete. D. XI. kal. Aug. in Albano agente curam T. Bovio Vero

Legatis { P. Bovio Sabino<br>P. Petronio Achille D. D. P.

NOT. Subſiciva ſunt portiunculæ agrorum, quæ in agris per Veteranos carptim dividendis, relictæ & ſubciſæ ſuperfuerant; quos Domitianus veteribus Poſſeſſoribus conceſſit, uti docet Sueton. in Domit. A. D. 82.

2. *Prope Antium.*

Sergiæ Lænatis. F. Plautillæ. Matri. Imp. Nervæ. Cæſaris. Aug.

3. *Romæ.*

S. P. Q. R.

Imp. Cæſari. T. Ælio. Hadriano. Antonino. Aug. Pio. P. P. Pontif. Max. Trib. pot. VI. Cos. III. Optimo. Maximoq. Principi. et. cum. ſumma benignitate. juſtiſſimo.

Ob. inſignem. erga. Cærimonias. Publicas curam. ac. Religionem.

NOT. A. D. 143.

1. *Romæ.*

Ἕκτον. ἐπ' εἰκοςῷ πλήσας ἔτος Ἀβγαρος ἔνθα
Ταρχύθη, μοιρῶν ὡς ἐπέκλωσε μίτος
Ὧι φθόνος ὡς ἄδικός τις ἀπέσβεσεν ἀρχόμενον φῶς
Λυπήσας τὸ γένος καὶ φιλίους ἑτάρους
Τύμβον δ' Ἀντωνεῖνος ἑῷ θέτο τοῦτον ἀδελφῷ
Οἷσιν ὁ πρὶν Βασιλεὺς Ἄβγαρος ἦν γενέτης.

2. *.

Junoni. Lucinæ.
Pro. ſalute. domus. Auguſtorum.
Imp. Cæſ. M. Aurel. Antonini. Aug. Armeniaci. Parthici. Maximi. Medici. et. Fauſtinæ. Aug. ejus. et. Imp. Cæſ. M. Aurel. Veri. Aug. Armeniaci. Parthici. Maximi. Medici. et. Lucillæ. Auguſtæ. ejus.
Liberorumque. eorum.
Fortunatus. Decurialium. Gerulorum Diſpenſator. aram. cum. baſe. conſecr.
Permiſſu.
Hæc. L. Rufi. curat. ædium. conſecravit. X. K. Sept. Ullio. Rudente. L. Fufidio. Pollione. Coſ.

NOT. Legitur aliter. Ræci, Rufi, cur, &c. & Servilio Pudente. A. D. 166.

3. *Anconæ, in arcu Trajani.*

Imp. Cæſari. Divi. Nervæ. Filio. Nervæ. Trajano. Optimo. Aug. Germanic. Dacic. Pont. Max. Trib. pot. XVIIII. Imp. VIII. Coſ. VI. P. P. Providentiſſimo Principi. S. P. Q. R.
Quod. acceſſum. Italiæ. hoc. etiam. addito. ex. pecunia. ſua. portu. tutiorem. navigantibus. reddiderit.

NOT. A. D. 115. quo anno Parthicus dictus.

1. Ad

Digitized by Google

1. *Ad latus utrumque ejuſdem arcus.*

Plotinæ. Aug. Divæ. Marcianæ.
Conjugi. Aug. Aug. Sorori. Aug

2. *In monte Pulciano columna publica.*

Imp. Cæſ. Divi. Trajani. Parthici. Fil. Divi. Nervæ. Nep. Trajanus. Hadrianus. Aug. Pont. Max. Tr. pot. VII. Coſ. III. viam. Caſſiam. vetuſtate. collabſam. a. Cluſinor. finibus. Florentiam. perduxit. mill. paſſ. XXCI.

NOT. A. D. 123.

3. *Auguſtæ Vindel.*

Matidiæ. Divæ. Matidiæ. Aug. Fil.
Divæ. Marcianæ. Aug. Nepti.
Divi. Trajani. abnepti.
Divæ. Sabinæ. Hadr. Aug. Sorori.

NOT. Marciana Trajani ſoror, filiam habuit Matidiam, quæ marito ſuo duas filias peperit, Sabinam Hadriani Aug. uxorem, & Matidiam noſtram, quæ Trajani abneptis minimè eſſe poteſt, niſi etiam Marcianæ abneptis quoque eſſet.

4. *Jaurini in Hungaria.*

Imp. Cæſ. Trajano. Hadriano. Aug. P. P. Tr. pot. XXI. Coſ. III. Imp. II.
L. Ælius. Cæſ. Fil. Tr. pot. Coſ. II. Procoſ. XV. vir. ſacris. faciund.

NOT. Hic ab Adriano adoptatus. A. D. 135, hanc inſcript. poſuit 137. extinctus eſt 138.

5. *Romæ.*

Imp. Cæſari. Divi. Hadriani. Aug. Filio. Div. Trajani. Parthici. Nep. D. Nervæ. Pron. Tito. Ælio. Hadriano. Antonino. Aug. Pio. Trib. pot. Coſ. deſign. II.
Scribæ. Armamentarii. poſuerunt.

NOT. 138.



Digitized by Google

### 1. *Romæ.*

Divo. Antonino. et. Divæ. Fauſtinæ.

NOT. Hæc erat Annia Galeria Fauſtina, Annii Veri filia, Lucii Ælii ſoror, mortua A. D. 140.

### 2. *Portalegræ Hiſpan*

Imp. Cæſ. L. Aurel. Vero. Aug. Divi. Antonini. F. Pont. Max. Tr. Pot. Coſ. II. P. P. Municip. Ammai.

NOT. Hic ſæpius dicitur L. Ælius Verus, & erat filius L. Ælii Cæſaris, ſed adoptatus ab Antonino Pio, & in partes imperii ab Aurelio Philoſ. vocatus, quas ſuſtinuit uſque ad A. D. 170. vel 169.

### 3. *

Fauſtinæ. Aug. Imp. Cæſ. T. Ælii. Hadriani. Antonini.
Aug. Pii. P. P. Tr. Pot. X. Imp. XI. Coſ. IIII. Filiæ.
M. Aureli. Cæſaris. Uxori.

### 4. *Auximi in Piceno.*

Imp. Cæſari. M. Aurelio. Antonino.
Aug. Pont. Max. Trib. pot. XVII. Cos. III.
Divi. Antonini. Pii. Fil.
Divi. Hadriani. Nepot.
Divi. Trajani. Parthici. Pronep.
Divi. Nervæ. Abnep.
Auximates publice.

NOT. A. D. 163. obiit 180. Imperator optimus qui Rempublicam beneficiis innumeris tota vita proſecutus erat, & nullâ unquam injuria affecerat, niſi cum hæredem Commodum reliquerit.

### 5. *Tarraconæ.*

Imp. Cæſ. P. Helvio. Pertinac.
Princip. Senatus. Pat. Patriæ. Coſ. II.

NOT. A. D. 193. ad Kal. Jan. Imperat. factus ad Kal. April. eodem anno occiſus eſt.

1. *Fraſcati.*

Digitized by Google

1. *Fraſcati.*

Imp. Cæſ. M. Aurelio Antonino Pio Felici Aug. Principi Juventutis Numini Præſenti Reſtitutori et Conſervatori ſemper vitæ adque Dignitatis ſuæ Devotiſſimus Numini ejus A. Æmilius. Macer Fauſtinia V. C.
Dedic. XVIII. Kal. ſeptem.
Catio Sabino et Cornelio Anulino Coſ.

NOT. A. C. 216. Mira ſanè & rara hæc adulatio, quâ Æmilius Macer Caracallæ *Numinis Præſentis* elogium tribuit, inquit Cl. Sponius. Mira ſanè & rara eſt, inquiunt Angli ſubruſtici & inficeti; ſed profecto non illa eſt raritas quam adeo admirentur Galli — adulandi gens prudentiſſima — ut canit Poeta quidam.

2. *Ardeæ.*

Imp. Cæſ. L. Septimius Severus Pius Felix. Pont. Max. Germ. Max. Trib. Pot. IIII. Imp. V. Coſ. Procoſ. P. P. et. M. Aurelius Antoninus Pius. Germ. Max. Dacicus. Max. Princeps. Juvent. Litus vicinum viæ Severianæ adſiduis maris adluentibus fluctibus ad Labem ruinæ labefactatum aggeribus marini operis in fundamentis ut periculum commeantibus abeſſet extrui curarunt.

3. *Brixiæ.*

Imp. Cæſari. Divi. M. Antonini. Pii. German. Sarmat. Filio. Div. Pii. Nepot. D. Hadrian. Pronep. D. Nervæ. Adnepot.
M. Aurelio Commodo. Antonino. Pio. Felici. Aug. Sarmat. German. Maximo. Britann. P. Max. Tr. Pot. XIIII. Imp. VIII. Coſ. V. P. P. Portiſſimo. Princ. M. Nonius. Artius. Mucianus.

NOT. Hæc Inſcrip. fact. A. D. 188. obiit. 192.

Digitized by Google

1. *Panormi.*

Imp. Cæſ. Septimio. Severo. Pio.
Pertinaci. Aug. Arab. Adiaben. Parth.
Max. Bont. Max. Trib. pot. VI. Imp. XI.
Coſ. II. P. P. Procoſ.
Imp. Cæſ. Div. M. Antonini. Pii. Germ.
Sarmatici. F.
Divi. Commodi. Fratri.
Divi. Antonini. Pii. Nepoti.
Divi. Hadriani. Pronepoti.
Divi. Trajani. Parthici. Abnep.
Divi. Nervæ. Adnepoti.
Indulgentiſſimo. et. Clementiſſimo.
Principi. Domino. noſtro.
Res. P. Panhormit. II. vir. Satyri. Donati. et. M. Mæci
Rufini. D. D. [ *a. d.* 199. ]

NOT. Perridicula quidem res! Severus Lepti oppido *Tripolitano* oriundus, & parentibus bonis & honeſtis prognatus, affines & conſanguineos hoſce Imperatores ſuos vendicat, quorum neminem vel gradu centeſimo attigiſſe certum eſt. Sed hoc pro more factum.

2. *Romæ.*

Imp. Cæſ. Imp. Cæſ. L. Septim. Severi. Pii. Pertinacis.
Aug. Arab. Adiaben.
Parthic. Maximi. fortiſſimi. feliciſſ. P. P. Filio.
M. Aurelio. Antonino. Pio. Felici. Aug. Trib. pot. III.
Procoſ.
Tibicines. Romani. qui. Sacris. Public. præſt. ſunt.

NOT. Tibicines, Sacerdotes, viri ſpecioſi, qui *publicè Sacra* faciunt, turbarum luſtrandarum gratiâ, ſicut docet Feſti fragmentum, & Siglæ. Q. S. P. P. S. illorum operam in ſacris faciendis adeo neceſſariam eſſe monent, ut niſi illi ſacris Publicis præſto ſint, Sacra peragi non poſſent.

Hic erat Baſſianus Caracalla.



Digitized by Google

1. *

Herculi. Defenſori. pro. reditu. et. itu. D. Clodii. Septimi. Alibini. Cæſaris. D. Clodius. D. L. Felix. Actor. Cæſ. N. D. D.

NOT. Numini dicatiſſimus, devotiſſimus.

2. *Martos, Hiſpan.*

Imp. Cæſ. Getæ. Severo. Aug.
Div. Sept. Severi. Pii. Pertinacis. Aug. Arab. Adiaben. Parth. Max. Pacatoris. Orbis. Filio. et. M. Aur. Antonini. Imp. Fratri.
Reſpub. Tuccitanorum. D. D. D.

NOT. Hic, à Fratre Anton. in Matris ſinu occiditur, A. D. 212. & ab eodem conſecratur.

3. *

M. Opeli. Antonini. Diadumeniani. Cæſ. Principis. Juventutis. C. Perpennianus. V. C. Præf. Urb.

NOT. Hic erat filius Opilii Macrini Aug. (qui occiderat Caracallam) qui cum Patre occiſus eſt, A. D. 218. Puer omnium ſpecioſiſſimus, & 16. ann. natus.

4. *Romæ.*

Serapi. Sacr.
Imp. Cæſ. M. Aurel. Antoninus Aug. Pius. Felix. Coſ. IIII. P. P. Dedic. idib. april. Imp. Cæſ. Anton. Pio. IIII. et. M. Aur. Alexandro. Coſs.

NOT. Hic erat Elagabalus, omnium bipedum ſpurciſſimus. Hoc anno 222. occiſus.

5. *

Imp. C. M. Aurelius. Severus. Alexander. Aug. Pont. Max. Tri. P. Coſ. Pater. Patriæ.

1. *Guadix.*

Digitized by Google

1. *Guadix Hiſp. Tarrac.*

Juliæ. Mammeæ. Aug. Matri. Imp. Cæſ. M. Aureli. Severi. Alexandri. Pii. Fel. Aug. M. Caſtrorum Col. Jul. gem. Accitana. devota. numini. majeſtatique. ejus.

N O T. Matres Caſtrorum dictæ erant Fauſtina Antonini, Julia Severi, Mammæa, & Victoria; quia in Caſtris militaribus multum verſabantur. Fauſtinam ſecum in æſtivis habuit Antoninus (inquit Capitolinus) ut Matrem Caſtrorum appellaret. Sed adulationis gratiâ, non ſolum Matres Caſtr. dictæ erant mulieres, ſed & Matres Senatus, & Matres Patriæ.

2. *Braccaræ.*

Imp. Cæſ. C. Julius. Verus. Maximinus. Pius. F. Aug. Germ. Max. Dac. Max.

N O T. De hoc, & filio ejus Maximo, dixi ſupra.

3. *Fori Seguſianorum.*

Imp. Cæſ. C. Jul. Vero Maximino Pio. Fel. Aug. Germanico. M. Dac. M. Sarm. Max. Pont. Max. Tr. Pot. III. Coſ. Procoſ. Pat. Pat. Optimo Maximo. Principi. N. et. G. Jul. Vero. Maximo. Germ. M. Nobil. Cæſ. Aug. N. Filio. A. P. Seg.

N O T. A. C. 237. uterque occiſus anno proxime ſequenti; neſcio quid ſit A. P.

4. *Vicetiæ.*

Imp. Cæſ. M. Antonio. Gordiano. Pio. Fel. Aug. P. P. Coſ. II. Procoſ. Trib. pot. V. Pont. Max.
Reſpub. ex. liberalitate. Mattidiarum. D. D.

N O T. A. D. 243. hic erat Gord. III.

Digitized by Google

1. *Lectorii in Gallia.*

Furiæ. Sabinæ. Tranquillinæ. ſanctiſſimæ. Aug. Conjugi. Domini. N. M. Antonii. Gordiani. Pii. Felicis. Invicti. Auguſti.
Decuriales. ædilium. Pleb. Cerialium. devoti. numini. majeſtatique. eorum.

2. *Granatæ.*

Flaviæ. Valeriæ. Tranquillinæ. Auguſtæ. Conjug. Imp. Cæſ. Gordi. Pii. Feli. Aug.
Ordo. milit. Flopiani. Illiberitani. Devotus. num. majeſtatique. ſumptu. publico. poſuit.

3. *Piſauri.*

M. Julio. Philippo. Pio. Fel. Aug. Pont. Max. Tri. Coſ. et. Coſ. deſig. P. P. Procoſ. Piſaur. publ.

NOT. A. D. 246.

4. *In Cumberlandia.*

Ob. Honorem. Philippi. Imperatoris. nobiliſſimi ſemp. Auguſti.
et. Philippi. Cæſaris. Nobiliſſimi.

NOT. Occiſus eſt Pater Veronæ, Filius Romæ menſe Auguſto, A. D. 249.

5. *Feltriæ.*

Imp. Cæſ. C. Meſſio. Quinto. Trajano. Decio. Pio. Foelici. Aug. Pont. Max. Trib. pot. III. Coſ. II. P. P. Procoſ.
Ordo. Feltr.

NOT. A. D. 251. quo, cum Filio ſuo occiſus eſt.

*Valentiæ.*

Digitized by Google

1. *Valentiæ.*

Gnææ. Seiæ. Herenniæ. Salluſtiæ. Barbiæ. Orbianæ. Aug. Conjugi. Domini. noſtri. Aug.
Valentini. Veterani. et. Veteres.

NOT. Uxor Decii prima. Secunpa, Heren. Etruſcilla.

2. *Ibidem.*

Quinto. Herennio. Etruſco. Meſſio. Decio. nobiliſſimo. Cæſ. Princ. Juventut.
Valent. Veterani. et. Veteres.

NOT. Fil. natu max. Decii cum Patre occiſus. 251.

3. *Ibidem.*

C. Valenti. Hoſtiliano. Meſſio. Quinto. Nobiliſſ. Cæſ. Pr. Juvent.
Valent. Veterani. et. Veteres.

NOT. Decii & Etruſcillæ fil. nat. min. Patre & Fratre interemptis, Auguſt. à Senatu renunciatur, ſed paulò poſt, peſte interiit Romæ, A. D. 251.

4. *

D. N. C. Æmiliano. fortiſſimo. Principi. Herculi. Conſervatori.
L. Virius. Paulinus. V C. Comes. Domeſticorum. Præf. Urb. D. N. M. Q. ejus.

NOT. Occiſis Gallo Trebon. & Voluſiano, Imperium tenuit Æmil. 3. aut 4. menſibus, ipſe à militibus ſuis interfectus. A. D. 253.

5. *Luſitan. Oſſonobæ.*

Imp. Cæſ. P. Licinio. Valeriano. P. F. Aug. Pont. Max. P. P. Tri. pot. III. Coſ.
Reſpub. Oſſon. ex. decreto. ord. devot. num. M. Q. ejus. D. D.

NOT. A. D. 256. Hic Valerianus apud Saporem Perſarum Reg. miſerabili ſervitute conſenuit, & tandem, cute à capite ad pedes detractâ, anno æt. ſuæ 77, & Chriſti, nat. 260. periit.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Imp. Cæſ. Vibii. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Galli. Auguſt. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
L. Junius. Validianus. Vir. Cl.
Præf. Urb. Stat. ex. ære.
. . . Volunt. Aug. Noſt.
Cum. baſ. ſua. marmor. IIIIII

NOT. Treboniani Galli, in Thermis Antoninianis.

2. *Romæ.*

Gallieno. Clementiſſimo. Principi. cujus. invicta. virtus. ſola. pietate. ſuperata. eſt. et. Saloninæ. Sanctiſſimæ. Aug. M. Aurel. Victor. dedicatiſſimus. n. m. q. eorum.

NOT. Profectò illa erat Gallieni pietas, ut cum omnes alii, Patris fatum miſerabile mœrentes deflerent, ipſe ſolus impio riſu ſolveretur.

3. *Corduba.*

D. N. Corneliæ. Saloninæ. Aug. Conjugi. D. N. Imp. Cæſ. P. Licini. Gallieni. Pii. Fel. et. invicti. Aug. Dacici. max. Germ. max. Trib. pot. IIII. Coſ. III. Imp. III. P. P. Procoſ. Provinciæ. Bæticæ. Devota. num. Maj. q. eorum.

3. *Nepete.*

P. Licinio. Salonino. Valeriano. Nob. Cæſ. Princ. Juven. Valeriani. Aug. Nepoti. Gallieni. et. Saloninæ. Aug. Filio. Mater. Pientiſſima.

NOT. Obiit 261.

4. *

Imp.
Qu. Julio. Filio.
Gallieni. Aug. et
Saloninæ. Aug.

Juliæ. Nobiliſſimæ
Puellæ. Fil. Gallieni
Aug. et. Saloninæ. Aug.

Ordo. Populuſq. Sueſſanus. Parentib. eorum. publice. privatimq. devoti.

1, *In*

Digitized by Google

## 1. *In Agro Mediolanenſi.*

Κλαύδιος Ἀυρεόλω μετὰ δήϊον ἄρεα Καῖσαρ
Τὰ κτέρεα, θνητῶν ὡς θέμις, ἐνδίδωσι:
Τῶ γ' αρ καὶ ζωήν· ἀλλ' οὐκ ἐθέλησε φέρειν μιν
Πᾶσιν ἐπιῤῥήτοις τοῦ στρατοῦ ἀντίβιον
Κεῖνος δὲ οἰκτίρμων καὶ σώματος ἔσχατ' ὀπίζων
Αὐρεόλου γέφυραν εἵσατο τήνδε ταφήν.

NOT. Aureolus unus ex triginta tyrannis, ab exercitu Illyriciano ſuo, Imperator renuntiatus, A. D. 260. Mediolani occiſus eſt, A. D. 268. apud eum Pontem, qui nunc (inquit Trebellius Pollio) Pons Aureoli nuncupatur, atque illic ut Tyrannus, ſepulcro humiliore donatus à Claudio, qui illum occidit, ſicut alii ſcribunt: alii autem illum interemtum dicunt, invito Claudio, ab exercitu; quibus ſuffragatur hoc epigramma, quod ab inſulſo quodam Grammatico tranſlatum inſulſè, habes apud Pollionem, ſed eleganter & concinnè verſum à Cl. Salmaſio hic apponam.

*Claudius Aureolo, poſt Martia prælia, Cæſar*
*Humana ut Lex eſt, debita juſta dedit:*
*Huic vitam & voluit: diris infenſa Tyrannis*
*Militis haud potuit mens generoſa pati.*
*Hinc pius, atque ſuo cineres dignatus honore*
*Aureoli pontem condidit & tumulum.*

## 2. *

Αγαθηι Τυχηι
Αυτοκρατορα. Καισαρα. Ποπλιον.
Λικινιον. Ιγνατιον. Γαλλιηνον.
Ευσεβη. Ευτυχη. Σεβαστον.

## 3. *Patavii.*

Imp. Egnati. Pii. Fel. Aug. Max. Tri. P. P. P. Cos. II. P.

NOT. Hunc Egnatium, Valeriani Aug. Filium, & Gallieni Fr. credit Reyneſius.

1. *Setabi.*

Digitized by Google

1. *Sætabi in Hiſpan.*

Imp. Cæſ. M. Aur. Claudio. Pio. Fel. invicto. Aug. Pont. Max. Trib. Pot. Cos. II. P. P. Procoſ. D. D.

NOT. Obiit Sirmii, A. D. 270.

2. *Romæ.*

Imp. Cæſ. L. Domitio. Aureliano: Pio. Fel. Invic. Aug. P. Max. Gothico Max. Germ. Max. Tr. Pot. V. Cos. deſig. III. Imp. III. P. P. Proc. Reſtitutori. Orbis, invictiſſimo. et. victorioſiſſimo. Principi. Furius. Orfitus. V. C. Præf. Urbi. Devot. num. m. q. ejus.
Dedic. kal. Feb.
Aureliano. Aug. III. et. Marcellino. Coſs.

NOT. Coſ. deſig. & Conſul factus eodem anno: 275. menſe Januario occiſus.

3. *Inter Oliſipon & Emeritam.*

Imp. Cæſ. M. Claudio. Tacito. Pio. F. Invicto. Aug. Pont. M. Tr. Pot. II. Coſ. P. P.

NOT. Periit vel morbo vel gladio, 275.

4. *Granatæ.*

Imp. Cæſ. M. Aur. Probo. Pio. Fel. Invic. Aug. Numini. Majeſt. q. devotus.
Ordo. Illiber. dedicatiſſimus. D. P.

5. *Romæ.*

Magno. et. invicto. Imp. Cæſ. M. Aur. Val. Diocletiano. Pio. Fel. Aug.
Baſilius Donatianus. V. E. Rationalis. D. N. M. Q. ejus.



Digitized by Google

1. *Tarracone.*

Fortiſſimo. atque. Clementiſſimo. Imp. Cæſ. M. Aurelio. Caro. Invicto. Aug. P. M. Tr. P. II. Coſ. II. P. P. Procos.
Victorioſiſſimo Principi. Juvent. M. Aurelio. Carino. Nobiliſſ. Cæſari. Coſ. Proocs.
Victoriſſimo. Principi. Juvent. M. Aur. Numeriano. Nobiliſſ. Cæſari. Procoſ.
M. Aur. Valentinianus. V. C. Leg. Augg. Pro. Pr. Provinciæ. Hiſpaniæ. citerioris. D. N. M. q. eorum.

NOT. Occubuit Carus 283. Carinus 285. Num. 284.

2. *

Numeriano. Cæſari.
Oratori. temporibus. ſuis. potentiſſimo.

3. *Romæ.*

Imp. Cæſ. C. Valerio. Diocletiano. Pio. Fel. Invic. Aug. Pont. Max. Britannic. Max. Germ. Max. Trib. pot. II. Coſ. II. P. P. Procoſ. Honorati. et. Decuriones. et. numerus. militum. caligatorum.

NOT. Omnes milites caligati incedebant, ſed per caligatos, gregarii fere intelliguntur, licèt hoc in loco honoratiores quidam eſſe videntur, A. D. 286.

4. *Patavii.*

Æterno. Imperatori. noſtro. Maximo. Optimoque. Principi. Aur. Val. Diocletiano. Pio. Fel. Inv. Aug. Pætus. Honoratus. . . . . Vir. Corrector. Italiæ. Num. ei. dicatiſſ.

5. *Romæ.*

M. Aurel. Val. Maximiano. invicto. Aug. Pont. Max. Imp. VIII. Coſ. III. P. P. P.

NOT. A. D. 292. Nummi Imp. VII Coſ. III.

1. *Romæ.*

1. *Romæ.*

Junoni Reginæ Sacrum
Pro Salute
D. N. Diocletian. Inclyti
Princip. Semp. Aug. Pinius
Paulus Secundus Vir. Clar.
Præf. Urb. Judex Sacrarum
Cognitionum. Volunt. Ejus.
Cur.

2. *Cluniæ in Hiſpan.*

Diocletian. Cæſ. Aug. Galerio. in. Oriente. adopt. Superſtitione. Chriſt. ubique. deleta. et. cultu. Deorum. propagato.

NOT. Ad Nicomediam adoptatus, Gal. Baluz.

3. *Ibid.*

Imp. Maximian. Hercul. Cæſ. Aug. Conſtantio. in. Occid. Cæſ. effecto. et. Imp. Reip. longe. et. late. aucto. Diocletiano. Principi. invicto. et. uno. temp. Collega. effecto.

NOT. Neſcio quomodo Baluzius ex Lactantio colligat hoc factum eſſe, A. D. 293. Biragus autem ex eodem, in A. D. 292. Kal. Mart. Priorem, hac in re, ducem ſequor.

NOT. In Italia, ad Mediolan. fortè adopt. Conſt. Bal.

4. *Ibid.*

Diocletianus. Jovius. et. Maximian. Herculeus. Cæſ. Augg. Amplificato. per. Orientem. et. Occidentem. Imp. Rom. et. nomine. Chriſtianorum. deleto. qui. Rempub. evertebant.

NOT. Si tanta tribus hiſce Inſcriptionibus quantam præ ſe ferunt, tribuenda eſt fides; Perſecutio Diocletiana citiùs commoveri debuit, quam A. D. 303. prima enim ſuadet, Chriſt. Superſtitionem, eodem ferè tempore deletam eſſe, quo Galerius Cæſar factus erat, quod erat A. D. 293. Secunda Inſcriptio, eodem tempore quo prima facta eſt.



Digitized by Google

Et cùm tertia, in eodem loco, eodem ſenſu, & iiſdem ferè verbis, poſita eſt, diverſo tempore factam non facilè credo. Sed non hoc dico,ad fidem Aureo illo Lactantii libro amoliendam,(propter quem totus terrarum orbis gratias maximas Doctiſſimo Baluzio in æternum debebit;) ſed potius aſtruendam; nam quæ in illo libro reperta ſunt, ut, de hac Inſcriptione multùm hæream, faciunt. Perſecutio enim mota eſt, A.D.303. Kal. Mart. continuata eſt per annos octo, uſque ad 311. at Diocletianus, & Maximianus Herc. purpuram depoſuere 305. nec illam unquam reſumeret Diocletianus; nec Auguſtus poſtea dici voluit. Ergo hæc Inſcriptio facta eſt, in anno 304. vel 305. & deletum eſt nomen Chriſtianum, in duobus annis; cum tamen ſex ſequentibus atrociſſima ſæviit perſecutio. Sed & hæc & alia doctorum judiciis permitto. Vivet in æternum nomen Chriſtianum, nec erit unquam,quod de Tyrannis ferocientibus & ſtolidis, Chriſti ſponſa metuat.

1. *Romæ.*

Magno. invicto. ac. ſuper. omnes. retro. Principes. Fortiſſimo. Imp. Cæſ. M. Aur. Maximiano. Pio. Fel. invicto. Aug. Coſ. III. P.P. Procoſ.
Septimius. Valentio. V. C. Aug. Præf. Præt. Com. V. V. D. N. M. Q. ejus.

2. *Tarracone.*

Imp. Cæſ. Mar. Aurel. Val. Maximiano. P. F. Imp. Aug. Pont. Max. Trib. pot. II. Coſ. II. Proconſ.
Poſtum. Lupercus. V. Perf. Præf. Prov. Hiſp. Citer. Devot. num. m. q. ejus.

NOT. A. D. 288. ſed erat Trib. p. III. IV.

3. *Romæ.*

Domino. noſtro. Piiſſimo. Diocletiano. invicto. Auguſto.
Aimilius. Victor. parat. D. N. M. Q. ejus.

4. *Apud Iſaram flu.*

Imp. Cæſ. Aug. Maximiano. P. F. Invicto.

1. *Fani*

Digitized by Google

1. *Fani Fortunæ in Piceno, columna rudi.*

Impp. Cæſſ. Valerio. Diocletiano. et. Aurel. Valerio. Maximiano. Piiſſ. Felicib. ſemper. Augg. et. Flavio. Valerio. Conſtantio. Galerio. Val. Maximiano. . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Rom. CXCI . . . .

2. *Conſtantiæ ad lacum Briganticum.*

Imp. Cæſ. C. Aure. Val. Diocletianus. Aug. Pont. Max. Sar. Max. Perſ. Max. Tr. pot. XI. Imp. X. Coſ. V. P. P. et. Imp. Cæſ. M. Aur. Val. Maxſimianus. Aug. Pont. Max. Sar. Max. Perſ. Max. Trib. p. X. Imp. VIII. Coſ. IIII. P. P. et. Impp. Fl. Val. Conſtantius. et. Gal. Val. Maximianus. Filii. Cæſs.
Murum. Vitudurenſem. a. Solo. inſtaurarunt. Cur. Aurelio. Proculo. V. C. Prov. Max. Seq.

NOT. A. D. 295.

3. *In Civ. Nepeſinorum in Feliſcis.*

D. N. C. Galerio. Maximino. Nob. Cæſ. Princip. Juv. R. P. Nepeſinorum.

NOT. De Maximino Daza, intelligo.

*Nolæ.*

D. N. Flavio. Valerio. Conſtantio.
Su. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Feliciſſ. ac. Beatiſſ. Cæſari.
Ordo. Populusq. Nolanus. D. N. M. Q. E.

NOT. Supra omnes retro Principes.



Digitized by Google

1. *

Αγαθη Τυχη

Φλαουιον Ουαλεριον Κωνσταντιον τον επιφανεστατον Καισαρα

η πολις η Ασωπειτων.

2. *Ravennæ.*

Propugnatori. Imperi. Romani. Fundato. quietis. publicæ. D. Fl. Conſtantino Maximo. Vict. ſemp. Aug. D. Claudi. Nepoti. Divi. Conſtanti. Filio.

Sertorius Sillanus. V. P. Præpoſitus. Fabricæ. Devot. n. m. q. ejus.

NOT. Claudius Imp. non verè erat Conſt. M. avus, ſed Conſtantii Chlori avunculus.

3. *Romæ.*

Magno. & Invict. Imp. Cæſ. C. Valer. Aurel. Conſtantino. Pio. Fel. Invicto. Aug. Pont. Max. Trib. pot. Coſ. III. P. P. Proc. D. N. Corpus Coriariorum. Magnariorum. Salaiariorum. Devot. n. m. q. ei.

Dedicata. Kal. Jan. D. D. N. N. Diocletiano. III. et. Maximiano. Coſſ. Curante. Theſſio. P. C. Coriariorum.

NOT. Quid ſit C. in verſ. primo, neſcio: in verſu ultimo lege Soleariorum. Sed monendus eſt Lector hanc dedicat. ad inſcript. non pertinere: Conſtantini enim Conſulat. III. incidit in A. D. 313. Diocletiani III. in A. D. 287.

4. *Viennæ Allobrog.*

Virtute. Fortiſſimo. et. Pietate. clementiſſimo. D. N. Flavio. Conſtantino. invictiſſimo. Maximo. P. P. invicto. Aug. Malſius. Apronianus. V. C. P. P. et. Flam. Viennæ. D. N. M. Q. ejus.

5. *Celeiæ.*

D. N. Fl. Conſtantino. Clementiſſimo. atq. vict. Aug. Martinianus. U. P. Præſes. Provinc. Norici. Mediterr. D. N. M. q. ejus.

1. *Altieri.*

1. *Altieri.*

D. N. Imp. Cæſ. Fl. Conſtantino. Maximo. P. F. Vict. Aug. Pont. Max. Tr. Po. XXIII. Imp. XXII. Conſ. VII. P. P. Proc. Humanarum rerum. Optimo. Princ. D. Conſtanti. Fil. Bono R. P. nato.

NOT. A. D. 328.

2. *Mazaræ in Sicilia.*

Clementiſſimo et Victorioſiſſimo. D. N. Flavio Valerio Conſtantino Maximo Pio Felici invicto Aug. Betitius Perpetuus. V. C. Corrector. Prov. Siciliæ Devotus Numini Majeſtatique ejus ſemper Dicatus.

3. *Thermis quæ hodie Sacca, Sicilia.*

Pro beatitudine temporum D D. N N. Conſtanti et Conſtantis. A A. V V. C C. Stationem à ſolo fecerunt Vitraſiùs Orfitus et Fl. Dulcitius V V. C C. Conſulares P. S. Inſtante Fl. Valeriano Ducenario Agente in Rebus. et P. P. Curſus Publici.

NOT. Statio, Stativa Præſidia ubi pars Exercitus conſedit. Orfitus Præfectus Urbe ſub Conſt. M. Dulcitius Tribunus & Notarius Imperialium juſſionum adverſus Donatiſtas. P. S. Provinciæ Siciliæ. Ducenario, i. e. Ducenteſimæ Collectore. P. P. Præpoſito.

4. *Panormi.*

Reſtitutori Libertatis ac Fundatori publicæ ſecuritatis D. N. L. Valeriano Licinio Pio Felici Invicto Aug. Domitius Latronianus. V. C. Corr. P. S. Devotus. N. M. ejus.

5. *Romæ.*

Imp. Cæſ. Fl. Conſtantino. Max. Triumfatori. Pio. Fel. Aug. P. P. Ob. res. bene. armis. conſiliisq. geſtas. et. Remp. Pacatam. S. P. Q. R.



Digitized by Google

1. *Inſcrip. Arcus Conſtant. in capite Viæ Appiæ, ad amphitheatrum.*

Imp. Cæſ. Fl. Conſtantino. Maximo. P. F. Auguſto.
S. P. Q. R.

| | | |
|---|---|---|
| [ *Sub Sacrificiis inſculptis.* ] Votis X. | Quod. inſtinctu. divinitatis. mentis. magnitudine. cum. exercitu. ſuo. tam. de. tyranno. quam. de. omni. ejus. Factione. | Sic X. |
| Votis XX. | Uno. tempore. juſtis. Rempublicam. ultus. eſt. armis. Arcum. Triumphis. inſignem. dicavit. | Sic XX. |

Liberatori Urbis. Fundatori Quietis.

N O T. Ob Romam liberatam à Tyrannide Maxentii, S. P. Q. R. arcum triumphalem erexit. Votis X. & XX, ut ſicut Quinquennalia, ſic Decennalia; & ſicut Decennalia, ſic Vicennalia, feliciter exigantur. Maxentius periit VI. Kal. Novemb. A. D. 312. 5. vel 6. anno. Imp. Conſt.

2. *Tarracone.*

Piiſſimo. Fortiſſimo. Feliciſſ. D. N. Conſtantino. Maximo. Victori. ſemp. Auguſto.
Badius. Macrinus. V. P P P. H. Tarrac. num. m. ei. ſemp. Devotiſſimus.

3. *Romæ.*

Domino. Conſtantino. Maximo. P. F. ac. Triumphat. ſemp. Aug. ob. amplificatam. toto. orbe. R. P. factis. conſultisque.
S. P. Q. R.
Dedicante. Anicio. Paulino. Jun. V. C. Conſ. Ord. Præf. Urb.

N O T. A. D. 334.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Roma.*

Reſtitutori. Publicæ. Libertatis. Defenſori. Urbis. Romæ. Communis. omnium. ſalutis. auctori. D. N. Imp. Fl. Val. Conſtantino. Pio. Fel. invicto. ſemp. Aug.
Codicarii. Nabicularii. Infernates. Devoti. num. maj. q. ejus.
Curante. Aur. Victorino. V. P. Præf. Annonæ.

2. *Romæ.*

Dominæ. noſtræ. Fl. Jul. Helenæ. Piiſſimæ. Aug. Genetrici. D. N. Conſtantini. M[illegible]. Vict. Clementiſſ. ſemp. Augusti. aviæ. Conſtantini. et. Conſtanti. Beatiſſimorum. ac. Florentiſſimorum. Principum.
Jul. Maximilianus. V. C. Comes. Pietati. ejus. ſemper. dicatiſſ.

NOT. Ante annum 319, vel 320. quo Conſtans natus eſt, cujus aliàs entio fieret.

3. *Neapoli.*

Piiſſimæ. ac. Venerabili. Dominæ. noſt. Helenæ. Auguſtæ. Matri. Dom. noſt. Victoris. ſemp. Aug. Conſtantini. et. Aviæ. Dominorum. noſt. Beatiſſim. Cæſarum.
Ordo. et. Pop. Neapolitanus.

4. *Ibid.*

Piiſſimæ. et. Clementiſſimæ. Dom. noſtræ. Matri. Domini. N. Victoris. ſemp. Aug. Conſtantini. et. Aviæ. Dominorum. noſt. Cæſarum. Beatorum. Uxori. Divi. Conſtantii.
Ordo. Neapolitanorum. et. Populus.

NOT. Alii Uxorem, alii Concubinam faciunt. Ego credo Uxorem fuiſſe, quid enim opus eſſet ut Concubinam repudiaret, quæ Theodoræ locum cederet? Sed repudiatam Helenam affirmant plurimi, licet illuſtr. Scaliger in Notis ad Euſebii Chron. contendit, Minervinam priorem Uxorem Conſtantii, repudiatam fuiſſe, ut Theodora Maximiana nuptum illi daretur. Sed quo ſucceſſu hæc profert Vir Max. viderint alii. Quod ex eodem ſequitur, certum eſt, Helenam noſtram vivente Chloro nunquam Auguſtam appellatam fuiſſe. Obiit A. D. 332.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Flavio. Valerio. Criſpo. Nobiliſſimo. Cæſ. Filio. Conſtantini. Maximi. adque. Invicti. ſemp. Aug. et. Nepoti. Divi. Conſtanti.
Ovinius. Gallicanus. V. C. Præf. Urb. et. Judex. Sacrarum. Cognitionum. Devotus. n. m. q. ejus.

NOT. Nobiliſſimus Juvenis Cæſ. factus. 316. quem Fauſta coverca deperibat, ſed cum fruſtra tentabat, illum apud Conſtantinum Patrem detulit, quaſi vim ſibi intuliſſe voluiſſet; hunc Pater malè credulus interfici juſſit, 326. hic erat Filius Minervinæ.

2. *Romæ.*

Dom. noſtro. Fl. Claudio. Conſtantino. fortiſſimo. hac. Beatiſſimo. Cæſ.
Fl. Urſatius. U. P. Tribunus. Cohortium. Urbanarum. X. XI. et. XII.
et. fori. Syari. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

NOT. Conſtant. Max. ex Helena natu Max. interfectus. 340. ætat. 25. apud Aquileiam inquit Eutropius.

3. *Spoletii.*

Fl. Conſtanti. Nobiliſſ. ac. Feliciſſ. Cæſari. Coll. Fabrum. . . . . Veneris.

NOT. Tertius C. M. Filius, poſtquam imperaſſet annos 13. Magnentio conſpirante occiſus erat, 350. 15. Kal. Feb. ætatis ſuæ 30. & Imperii 17. ut tradit Eutropius, alii aliter.

4. *Tarracone.*

Pio. adque. inclyto. D. N. Conſtantio. Nobiliſſ. ac. Fortiſſ. ac. Feliciſſimo. Cæſari. Badius. Macrinus. V. P. P. Prov. Hiſp. Tarrac. n. m. q. E. ſemp. Devotiſſ.



Digitized by Google

1. *Bononiæ.*

Liberatori. Urbis. et. Orbis. Romani. Reſtitutori. Libertatis. et. Reipubl. Conſervatori. militum. Provincialium. D. N. Magnentio. invicto. Principi.

NOT. Tyrannus crudeliſſimus ſeipſum confodit, A. D. 353.

2. *Romæ.*

Reſtitutori. Urbis. Romæ. atque. Orb. et. Extinctori. Peſtiferæ. Tyrannidis.
D. N. Fl. Jul. Conſtantio. Victori. ac. Triumphatori. ſemp. Auguſto.
Neratius. Cerealis. V. C. Præfect. Urbi. Vice. Sacra. judicans. D. N. M. Q. ejus.

NOT. 353. vel 354.

3. *Extra Mirabellam.*

Orbem. terræ. Rom. nomini. ſubjuganti. Dom. noſt. Fl. Conſtantio. Pio. Fel. Imp. Aug.
Aug. Annius. Antiochus. V. P. Corr. Mi. et. Al. Sen. Us.

4. *Romæ.*

Domino. noſtro. Cl. Juliano. Nobiliſſimo. ac. Fortiſſimo. Cæſ.
Memmius. Vitraſius. Orfitus. V. C. iterum. Præf. Urb. Judex. Sacr. Cognition. tertium. D. N. M. Q. ejus.

NOT. A. D. 355.

1. *.

Æterno. Principi. D. N. Fl. Claudio. Juliano. ubique. venerando. ſemp. Aug. Bono. Reip. nato.
Ordo. Poſſeſſoreſque.

In

Digitized by Google

1. *In Foro Popilii.*

Claudio. Juliano. Victori. ac. Triumphatori. ſemp. Aug. Domino. Orbis. terrarum. B. R. P. nato.

2. *In Oeniponte.*

Imp. Cæſ. Dno. Fl. Cla. Juliano. Pio. Fel. Aug. Pont. Max. Trib. P. P. P. Imp. VIII. Cons. III. Parenti.

NOT. A. D. 362.

3. *.

Imp. Cæſari. Dn. Fl. Cl. Juliano. P. F. Victori. ac. Triumphat. ſemp. Aug. P. M. Imp. VII. Cons. III. bono. Reip. nato. Patri. Patriæ. Proconss.

Hortante. beatitudine. temporum. D. D. D. N. N. N. Gratiani. Valentiniani. et. Theodoſii. Auggg. Statuam. in. Capitolio. diu. jacentem. in. celeberrimo. fori. loco. conſtitui. juſſit. Val. Palladius. V. C. Conſ. Venet. et. Hiſt.

NOT. Neſcio quo anno, ſed neceſſe eſt, ut ſit intra 379, quo Theodoſius Aug. dictus eſt, & 383 quo Gratianus Aug. occiſus eſt.

4. *Aſulæ.*

Div. Fl. Joviano. Triumphatori. ſemper. Aug.

NOT. 363. extinctus eſt. 364. ad XI. Kal. Mart.

5. *Romæ.*

Legum. Domino. Romanarum. Juſtitiæ. æquitatisq. Rectori. Domitori. gentium. Barbararum. Conſervatori. Libertatis. D. N. Fl. Valentiniano. fortiſſimo.. invictiſſimoque Principi. ſemp. Aug. Fl. Maximus. V. P. Præf. Vig.
D. N. M. Q. ejus.

NOT. Vir Perfectiſſimus, Præfect. Vigilum qui ſub Præf. Urb. tranquillitati Urbis nocte vigil ſtudebat. Spectabilis dictus, propriè loquendo.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Victoriis. triumfisq. magnifico. D. N. Valentiniano. inclyto. Principi. ſemp. Aug. Rufius. Voluſianus. V. C. Præf. Urb. iterum. Judex. Sacrar. cognitionum. clementiæ. ejus. dedicatus.

2. *Romæ.*

Extinctori. Tyrannorum. ac. Publicæ. Securitat. Auctori. D. N. Valentiniano. Perpetuo. ac. Felici. ſemp. Auguſto. Cejonius. Rufius. Albinus. V. C. Præf. Urb. iterum. vice. Sacra. Jud. D. N. M. Q. ejus.

NOT. Hic ſubitâ irâ accenſus moritur. 375.

3. *Coloniolæ in Agro Veronenſi.*

D. D. N. N. Fl. Valentiniano. et. Fl. Valenti. Divinis. Fratribus. ſemp. Augg.

4. *Circa Brixiam.*

D. D. N. N. Flavio. Valentiniano. et. Fl. Valenti. divinis. Fratrib. et. ſemp. Augg. Devota. Venetia. conlocavit. D. D. D. N. N. N. Valentiniano. Valenti. et. Gratiano. Perpetuis. Piis. Felicibus. ſemp. Auguſtis.

NOT. Gratian. Aug. dict. 367.

5. *Romæ.*

Imp. Cæſ. Fl. Valenti. Pio. Felici. Victori. ac. Triumph. ſemp. Aug. Pont. Max. Trib. pot. III. Imp. IV. Conſ. II. P. P.
Coh. III. . . . Pr. . . . . D. N. M. q. ej.

NOT. A. D. 368. ſed Tr. pot. IV. V. Valens cum Gotthis confligens, circa Nicem vincitur, & in Tugurium fugiens vivus ab iiſdem exuritur, A. D. 378.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1: *Romæ.*

Salvis DDD. NNN. Gratiano Valentiniano et Theodoſio Victoribus ſemper Auguſtis Valerius Anthidius V.C. A U. Præf. Præt. Stabulum ne animalia curſus Pulici longi itineris Labore diutiùs deperirent Providit conſtituit ædificavit adque dedicavit Judix meis
Curante Fl. Aſterio Deputato.

NOT. Intra ann. 379. quo Theodoſius Auguſtus renuntiatur, et 383. quo Gratianus occiſus eſt. *Judix meis* ſorte mendum pro IV. IDUS Maii.

2. *Niſibi. in Aſia prope Pontem.*

Juſtino Imperatori Dilectiſſimo
Exercitus ejus Orientis Gentem
Barbaram e Curru Statuario
Cautionem ad gloriam
Conſtruxit.

NOT. Oedipo opus eſt.

3. *Romanellæ.*

✝ Salvis Domino noſtro Zenone
Auguſto etGlorioſiſſimo Rege
Theoderico Valentiniani V.C.
et. Jul. Ex. Com. Domeſtico
Sacri Palatii
in Atrio Libertatis. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Quæ vetuſtate. . , . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . , . . .
ve confec. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

4. *.

Domino. noſtro. Fl. Theodoſio. Auguſto.
Faltonius. Probus. Alypius. V.C. Præf. Urb.

NOT. 391. Obiit Theod. 395.

1. *In*

Digitized by Google

1. *In Caſtello di Falerone.*

✝. In Dī Nomī VVivante
Domino noſtro Deſiderio
. . . . imo Excell. Rege anno Pietatis
. . . Vg. in Dī Nom̄. Terzodecimo
gentis Languobardorum benigne
Regnante Domino noſtro. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Elchis Filio ejus anno feliciſſimi
Regni ejus XPI. Nom̄. Undecimo
Seo tempori P. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Tas buni Civitati Firmane Menſe
Januario Indictione Octava in
hunc arca voluet feci pro ſe
Suique omnium

2. *Romæ.*

Fl. Gratianus. Pius. Felix. Maxim. Vict.ac. Triumphator. ſemp. Aug. Pont. Max. Germanic. Max. Alaman. Max. Franc. Max. Goth. Max. Trib. pot. VI. Imp. II. Coſ. prim. P. P. P.

NOT. 369. Occiſus eſt 383.

3. *Canuſiii.*

Inclytæ venerandæq. memoriæ. Viro. Flavio. Theodoſio. Genitori. Dom. noſtri.. invictiſſimi. perennisq. Principis. Theodoſii Perpetui Auguſti cujus virtute felicitate juſtitia propagatus terrarum orbis eſt & retentus. Statuam equeſtrem ſubauratam Apuli & Calabri pro voto et devotione poſuerunt. Curante ac perficiente Flavio Sexino Viro Perfectiſſimo. Correctore Apuliæ et Calabriæ.

NOT. Lege Sexione, vel Sextione. Hujus viri fortiſſimi cædem, quam Gratianus, malo ductus conſilio, admiſerat, honore filii compenſavit, & Auguſtum illum dixit 379. Valeſius in Marcell. Alii rem narrant longè aliter.

1 *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

. . : . ierum. Principum. Clementiam.
. . . . ctitudinem. munificentiam.
Supergreſſo. D. N. Fl. Theodoſio. Pio. Victori. ſemp. Aug.
Sex. Aur. Victor. V. C. Urbi. Præf. Judex. Sac. cogn. D. N. M. Q. ejus.

2. *Romæ.*

D. N. Fl. Arcadio. Pio. Felici. Victori. ac. Triumfatori. ſemp. Aug.
Cecina. Decius. Albinus. V. C. Præf. Urb. vice. Sacra. Jud. Devot. N. M. q. ejus.

3. *Romæ.*

Imperatoribus. invictiſſ. Feliciſſimisq. D. D. N. N. Arcadio. et. Honorio. Fratribus. S. P. Q. R. vindicata. Rebellione. et. Africæ. reſtitutione. lætus.

NOT. Gildo Africam occupat 396. Occiſus eſt 398, & Africa recepta eſt.

4. *Romæ.*

Imppp. Clementiſſ. Feliciſſ. toto. orbe. Victorib. Arcadio. Honorio. et. Theodoſio. Auggg.
Ad. perenne. . . . . . : . m. Triumf. quod. . . . .
. . . arum. nationum. in. omne. ævum. . . . .
. . . : . cere. . . . . . . . . . . . . . . . . .
arcum. ſimulacris. eorum. triumfisq. decor. . . . totius. operis. ſplendor.

S. P. Q. R.

NOT. Arcad. mortuus eſt 408. Kal. Mart. Honor. Aug. dictus 393. moritur 423. Theodoſ. Arcadii & Eudoxiæ fil. in cunis Aug. dictus eſt, 402. obiit 450. Ergo hæc Inſcriptio facta eſt inter 402. & 408.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ:*

Salvis. D. D. Honorio. et. Theodoſio. P. P. F. F. ſemper. Augg.
Cæcina. Decius. Acinatius. Albinus. V. C. Præf. Urbis.
facto. a. ſe. adjecit. ornavit.
Dedicata. Pridie. nonas. Novembreis.
Ruſt. . . . il. . . . . . Linio. Coſ.

NOT. Hæ Literæ nec initiales, nec mediæ, nec finales ſunt nominum ullorum Conſulum ab anno 402. ad 423. ergo ſuffecti erant, ſi unquam omnino Conſules eſſent.

2. *Tulli Hoſtilii, Romanorum Regis tertii, fulmine perempti Hiſtoria, ex Marmore antiquiſſimo, diu obliterato, & à Joh. Bapt. Ferretio, Veronæ reperto, in D. Nazarii, A. D. 1671.*

Aethereo. fretus. qz. dolo. furto. qz. Promethi
Numa. illaeſus. obit. Tullus. at. ipſe. perit.

NOT. Audi Livium de Tullo Hoſtilio. Ipſum Regem tradunt volventem Commentarios Numæ, cum ibi quædam occulta ſolemnia ſacrificia Jovi Elicio facta inveniſſet, operatum his Sacris ſe abdidiſſe: ſed non ritè initum aut curatum id ſacrum eſſe: nec ſolùm nullam ei oblatam Cœleſtium ſpeciem ſed ira Jovis ſollicitati prava relligione, fulmine ictum cum domo conflagraſſe. Ex hac Hiſtoria, hos Verſus confictos & marmori inſculptos credo. Livio enim ipſo antiquiores ut credam, adducar nunquam, & fortè recentiores multò ſunt. qz. pro que, inuſitatam eſſe notam, obſervavit Ferretius rectiſſimé.



Digitized by Google

# Sacerdotum, & Miniſtrorum Sacrorum; Magiſtratuum Majorum Minorumque & Honoratorum; Militum & Privatorum, aliorumque multorum, &c.

1. *Inter Baias & Anverſam.*

SEX.. Valerius. Mercuralis. Augur. T. Labieno. Feſtino. alumno. dulciſ.
Vix. an. XVI. horis. XVIII. S. Hunc. a. Diis. ſenectutis. meæ. ſervatum. ſpem: delitiasque. vorax. apſtulit. Orcus. Opto. ſi. quid. oblectaneum. apud: manes. eſt. pro. nequitiis. jociſque. quibus. coevos. capiens. me. oblectare. ſolebat. inſontem. animulam. reficiant. in H. S. ſive. ſervus. ſive. libert. ſive. liber. inferatur. nemo. ſecus. qui. fecerit. mitem. Iſidem. iratam. ſentiat. et. ſuorum. oſſa. eruta. atque. diſperſa. videat.

NOT. H. S. Hoc Sepulcro.

2. *Romæ.*

Fl. Publiciæ. V. V. max. merito. ſanctiſſimæ. quæ. rite. et. pervigili. adminiſtratione. omnes. gradus. laude. cumulata. Sacra. ſua. venerata. vivit. ut. ſæculari. ætate. adſit. et. in. futuro. perſeveret.
Q. Terentius. Rufus. et. Cænia. veriſſima. Parentes.. Terentiæ. Rufillæ. V. V. cujus. multi. temporis. bonitatem. et. humanitatem. ejus. circa. ſe. in. brevi. ſenſerunt.

*In altero latere Baſis.*

Dedica. . . . . . . . . D. D. N. N. Vale. : : : :
Gallien. . . . . . . . .

NOT. Videntur mihi duæ diverſæ Inſcript.

1. *Romæ*

Digitized by Google

3. *Romæ.*

Κηρυξ καὶ ταφος ειμι Βερτυ πατρος Αρχεχορειο
Ευτυχους αγαζον κηεαμινυνθαδιον
Ος θνητοις ψυχην πεισας επι σωμασιν ελθειν
Την αυτου μελεος ουκ ανεπεισε μενειν.

2. *Romæ.*

Coeliæ.Concordiæ. virgini. Veſtali.maximæ. Fabia. Paulina. C. F. Statuam. faciendam. collocandamque. curavit. cum. propter. egregiam. ejus. pudicitiam. inſignemque. circa. cultum. divinum. ſanctitatem. tum. quod. Hæc. prior. ejus. Viro. Vettio. Agorio. Prætextato. V. C. omnia. ſingulari. dignoque. ejus. ab. hujusmodi. virginibus. et. ſacerdotibus. coli. ſtatuam. collocarat.

3. *Beneventi.*

Fabiæ. Aconiæ. Paulinæ. C. F. Filiæ. Aconis. Catulini. V. C. Expræf. et. Conſulis.Ordin. Uxori. Vetti. Prætextati. V. C. Præſ. et. Conſulis. deſign. ſacratæ. apud. Eleuſinam. Deo. Baccho. Cereri. et. Coræ. ſacratæ. apud. Laernam. Deo. Libero. et. Cereri. et. Coræ. ſacratæ. apud. Ægynam. Deabus. Taurobolitæ. Iſiacæ. Hierofantriæ. Deæ. Hecatæ. Græco. ſacratæ. Deæ. Cereris.

N O T. Cora eſt Proſerpina, quæ Græcè Κόρη.

4. *Romæ.*

Cloeliæ. Claudianæ. V. V. max. Religioſiſſimæ. benigniſſimæq. cujus. ritus. et. plenam. ſacrorum. erga. Deos. adminiſtrationem. urbis. æternæ. laudibus. ſenatus. comprobat. Octavia. Honorata. V. V. divinis. ejus. admonitionibus. ſemper. provocata.
Collocata. XII. kal. Apr. C. Aufidio. Attico. et. C. Aſinio. Prætextato. Coſ.

N O T. A. D. 242.



Digitized by Google

1. *Romæ.*

Cæliæ. Claudianæ. V. V. max. a. diis. electa. merito. ſibi. talem. antiſtitem. numen. Veſtæ. reſervare. voluit. Cælia. Nerviana. ſoror. una. cum. Pierio. conjuge. ac. liberis. ſuis. orantes. ut. per. tot. ſecula. facere. dii. permittant.

2. *Inter Baias & Anverſam.*

D. M. S.

L. Aſconio. Epitynchano. ſodali. Titi. Vix. ann. XIIII. Men. VI. d. XII. et. Liviae. Ruffinae. Vxori. ejus. caſtiſs. Vix. ann. LXXII. Mens. VIII. D. VI. Quae. adfecta. cineribus. conjugis. adeo. fuit. ut. ad. ſecundum. nullo. unquam. tempore. tranſire. voluerit. Quanvis. diu. ſupervive-ret. et aetas. poſceret. et. valida. natura. virilem. quem. ſemper. ſervavit. animum. fidemque pudicitiae. aequali. mutare. compelleret. et. ne. brevem. Domeſticam. pugnam. credas. poſt maritum. Vix. ann. L. M. VIIII. Q. Aſconius. Epitynchanus. Fil. Parentibus. Opt. et. ſibi. fecit.

NOT. Hanc Inſcriptionem ſuſpectam habet Cl. Gruterus, & quamvis rationes ſuas non adduxit, habuit tamen. Quid ſi nimis elegans, polita, & nimis abſoluta videatur? Profectò licèt veteres ingenio planè divino pollebant, elegantias tamen nimias, nimias laudes & numeros pluſquam perfectos ſemper conſultò fugiebant, & in Inſcriptionibus, brevitati non obſcuræ ſtudebant ſemper.

3. *

Cloeliæ. Claudianæ. V. V. max. ſanctiſſ. ac. ſuper. omnes. retro. maximas. Religioſiſſimæ. cujus. ſanctimonia, a. cunctis. prædicatur. nunc. certe. pertinet. eſſe. te. talem. cujus. laudem numen. quoque. Veſtæ. honoravit.
Fl. Euchariſtius. ſeptem. Epictetus. et. Aur. Optatus. Sac. Sanctæ. Veſtæ. V. S. S. L. S. D. exprim.
Dedicata. k. Mart. M. Jun. Maximo II. et. Vettio. Aquilino. Coſſ.
Curante. Fl. Marciano.

NOT.

Digitized by Google

**NOT.** Siglæ. Votum ſuſceptum ſolvit libens Sacerdos Deæ ex primis. Faſti Conſ. ponunt Vectium Aquilinum Coſ. A. D. 249. ſed Collegam ei dant. Fulv. Æmilianum II. Error. Vide Relandi Faſtos ad an. 286.

1. *Extra Tarraconem.*

D. M.

C. Avidio. Aprimulo. Sacerdoti. Cœleſtis. Incomparabili. Religionis.
C. Avidius. Vitalis. Patri.

2. *Brixiæ:*

Cæliæ. Paternæ. Matri. Synagogæ. Brixianorum.

3. *Metis.*

M. Antonius. Martialis. Pontif. Cur. VI. vir. Sacror. Erebi.

4. *Aventici.*

Julia. Alpinula. hic. jaceo. infelicis. Patris. infelix. Proles. Deæ. Avent. Sacerd. Exorare. Patris. necem. non. potui. male. mori. in fatis. illi. erat. Vixi. annos. XXIII.

5. *Pergame.*

Tullia. M. F. viva. fecit. ſibi. et. ſuis. M. Tullio. M. F. Cor. Cratippo. Fratri. ſuo. Sacerdoti. Romæ. et. Salutis.

**NOT.** Romam Deam eſſe notabis Lector.

6. *Romæ.*

C. Jocundo. C. F. Exq. qui. XII. annos vixit. et. ſepties. ſpectantibus. Impp. Ser. Galba. Othone. Vitellio. et. Populo. R. ſaltavit. cantavit. et. placuit. Pro. jocis. quibus. cunctos. oblectabat. ſi. quid. oblectamenti. apud. vos. eſt. Manes. inſontem. reficite. animulam. Fauſtus. nunc. Infauſtus. Pater. Filio. et. ſibi. fecit.



Digitized by Google

1. *In Tranſilvania.*

Dis. Manibus.

Memoriæ. C. Reguli. moribus. decore. natalibus. DD. Hyacintho. vel. Narciſſo. comparandi. Qui vixit an. XII. M. III. ter. in. publico. ſpectant. S. P. Q. Trajanen. quater. in. curia. ſpectante. Imp. M. Antonini. Procoſ. ſaltavit. cantavit. jocis. omnes, oblectavit. cunctis. placuit. Felix. Regulus. Pater. infelix. animæ. innocentiſſimæ L. H. L. D.

NOT. Locum hunc liberum dedit, vel datum.

2. *Hiſconii, nunc Elguaſto.*

L. Valerio. L. F. Pudenti.

Hic. cum. eſſet. annorum. XIII. Romæ. certamine Jovis. Capitolini. luſtro. ſexto. claritate. ingenii. coronatus. eſt. inter. Poetas. Latinos. et. omnibus. ſententiis. Judicum. Huic. plebes. univerſa. Hiſconienſium. ſtatuam. ære. collato. decrevit. Curat. R. P. | A. D. 106.

NOT. Agon quinquennale & luſtrum hoc in loco idem ſonant.

3. *Neapoli.*

Ενθαδε. την. ιεραν. κεφαλην. κατα. γαια. καλυπτει. Ανδρων. Ηρωων. κοσμητορα. θειον. Αλκειβιαδην.

Αυρηλ. Αταλαντη. ιδιω. πατρωνι. καλως. Βιωσαντι. εποιησεν.

4. *Romæ.*

Hic. conſecrata. eſt. Sex. Æli. Terti. Conjunx. Sergia. Syntiche. Sergi. Pauli. quondam. Præf. urbi. Alumni. Chryſyppi. alumna. fecerunt. Ælii. Tertius. et. Coma. incomparabili, Feminæ,

1. *Arimini,*

Digitized by Google

1. *Arimini.*

Lepidiæ. L. F. Proculæ. Sacerdoti. Divæ. Fauſtinæ. Aug. et. Divæ. Matidiæ. Aug. D. D. P. pecunia. ab. ea. remiſſa.

2. *Via Tiburtina.*

Habe. Marce. dulcis. anima: Adjut. Proc. Summi. Choragii. Marcus. Piiſſimo. Patri. . . . . . .

NOT. Habe, i. e. Ave.

3. *Riburgi in Iſtria.*

Conſtantius Munerarius. Gladiatoribus. ſuis. propter. favorem. muneris. munus. ſepulchrum. dedit. Decorato. Retiario. qui. peremit. Cæruleum. et. peremptus. decidit. extincxit. rudis. utroſque. protegit. rogus. Decoratus. ſecutor. pugnarum. VIIII. Valerae. uxſori. dolore. privum. reliquit.

4. *Romæ.*

D. M.

M. Ulpi. Felicis. Mirmillonis. Veterani. Vixit. ann XXXXV.

Natione. Tunger.

5. *Romæ.*

In. Eburnea teſſera, quæ edito ſpectaculo, dabatur Gladiatori, qui in eo ſpectatus erat.
Philargyrus. Lucili. Sp. ad VIII. id. apr. Cn. Po. . . ,
M. Ga. . . . . . . . . .

NOT. Pompeio & M. Craſſo. Coſs. ant. Ch. 54.

6. *Meſſanæ.*

Flamma. ſic. vix. ann. XXX. pugnat. XXXIII. vicit. XXI. ſtans. VIIII. Mis. IIII. natione. Srus. Hui. Delicatu. Cœarmio. merenti. fecit.



Digitized by Google

1. *Extra Tarraconem, baſi ſtatuæ.*

D. M.

Factionis. Venetæ. Fuſco. ſacravimus. aram.
De. noſtro. certi. ſtudioſi. et. bene. amantes.
Ut. ſcirent. cuncti. monimentum. et. pignus. amoris.
Integra. fama. tibi. laudem. curſus. meruiſti.
Certaſti. multis. nullum. Pauper. timuiſti.
Invidiam. paſſus. ſemper. fortis. tacuiſti.
Pulchre. vixiſti. fato. mortalis. obiſti.
Quiſquis. homo. es. quæres. talem. ſubſiſte. viator.
Perlege. ſi. memor. es. ſi. noſti. quis fuerit. vir.
Fortunam. metuant.. omnes. dices. tamen. unum.
Fuſcus. habet. titulos. mortis. habet. tumulum.
Contegit. oſſa. lapis. bene. habet. Fortuna. valebis.
Fudimus. inſonti. lacrimas. nunc. vina. precamur.
Ut. jaceas. placide. nemo. tui. ſimilis.

*Tovs. Σovs. Αγωνας: Αιων. λαληϲει.*

2.

L. Licinius. Dentatus. Tr. Pl. CXX. præliatus. Octies. ex. provocatione. Victor. XLV. cicatricibus. adverſo. corpore. inſignis. nulla in tergo. Idem. ſpolia. cepit. XLIV. donatus. haſtis pur. XVIII. phaleris. XXV. torquibus. III. et. LXX. armillis CLX. coronis. XXXV. civicis. XIII. aureis. VIII. mural. III. obſidional. I. fiſco æris X. captivis XX. Imperatores VIII. ipſius maxime opera triumphanſecutus.

NOT. Hæc ex Plinio & Gellio excerpta ſunt, Tr. Pl. A. U. C. 299.

3. *Romæ.*

C. Stiminius Heracla Sortilegus ab Venere Erucina et Julia Melanthis Parentes Mercuriali F. Pientiſs. fecerunt. Vix. ann. XIV. M. III. D. XX.

NOT. Sortilegi erant Templorum Miniſtri ſortibus legendis deſtinati, ut iis qui eventum aliquem ſciſcitabantur reſponderent: hic Stiminius ædis Veneris Erycinæ miniſter erat.

1. *Tarracone.*

Digitized by Google

1. *Tarracone.*

D. M.

Eutycheti. Aurig. ann. XXII. Fl. Rufinus. et. ſemp. Diofanus. Servo. Ben. mer. fec.

Hoc. rudis. Aurigæ. requieſcunt. oſſa. ſepulchro.
Nec. tamen. ignari. flectere. lora. manu.
Jam. qui. quadrijugos. auderem. ſcandere. currus.
Et. tamen. a. bijugis. non. removerer. equis.
Invidere. meis. annis. crudelia. fata.
Fata. quibus. nequeas. oppoſuiſſe, manus.
Nec. mihi. conceſſa. eſt. morituro. gloria. Circi.
Donaret. lacrimas. ne. pia. turba. mihi.
Uſſere. ardentes. intus. mea. viſcera. morbi.
Vincere. quos. medicæ. non. potuere. manus.
Sparge. precor. flores. ſupra. mea. buſta. viator.
Faviſti. vivo. forſitan. ipſe. mihi.

2. *Romæ.*

Julia. Procilla. vix. ann. XIX.
Amaranthus. Cæſaris. æditiuus.
Ab. Concordia. Conjugi. bene. meritæ. poſuit.

Hunc. tibi. perpetuo. titulum. gratiſſima. Conjunx.
Corporis. extincti. dedicat. ipſa. fides.
Vixiſti. mecum. Juvenis. caroſque. per. annos.
Quos. vita. exegi. dulciter. ipſe. mea.
Opto. ſiqua. fides. remanet. Telluris. amicæ.
Sit. tibi. perpetuo. terra. levis. tumulo.

3. *Romæ.*

Dis. M.

L. Vettio. Syntropho. Religioſo. a. matre. magna. Capillato. Vettia. amor. de. ſuo. fecit. Poſteriſque. eorum.

NOT. Capillatus. bene comatus, ſicut M. Matris cultores Galli eſſe ſolebant.

1. *Romæ.*

### 1. *Romæ Ara.*

Somno. Oreſtilla. Filia. Fatis. + Fatis. Cæcil. Ferox. Filius Q. Cæcilio. Feroci. Kalatori. Sacerdotii. Titialium. Studioſo. Eloquentiæ. Vixit. ann. XV. mens. I. dieb. XXIIII. Filio. Optimo. ac. Reverentiſſimo. M. Gavius. Charinus.

NOT. Kalatores ſunt miniſtri, & præcones Sacerdotum, & Collegiorum Sacrorum.

### 2. *Vaticano, ultra prata.*

Q. Cæcilio. Apollinari. Fanatico. de. æde. Bellonæ. Pulvin. cujus. monito. haſta. in æde. Bellona. in. luco. dicata. eſt. Firmia. Tyche. Conjugi. ſuo. B. M. ſibi, Poſt. q. ſuis. fecit. et. Firmiæ. Eureſini. lib. b. m. Vix. A. XXXIX. M. V. D. XXII.

NOT. Fanaticus Miniſter adſcriptus fano, vel etiam Sacerdos circa fanum verſans, & ſubinde ἐνθουσιασθεὶς, reſponſa reddens, & Vaticinans, & in gloſſis Philoxeni legere eſt Fanaticus ἱεροπόλος, ἱερόδουλος. Sumitur etiam pro furioſo & inſano, quia divino quodam furore corripi videbantur oracula edituri.

### 3. *Polæ in Iſtria.*

Viatores. Cives. Optumi. vel. Advenæ
Sive. bini. ſive. ſinguli. inceditis
Sive. turmatim. quod. magis. erit. gratiæ
Siſtite. obfirmate. greſſum. nec. miremini
Si moriamini. aliquantiſper
Dicaculus. equidem. fui. ſuccinctus
Sermo. dari. vobis. non. poteſt
Juvat. vobiſcum. eſſe. ac. ab. ore. meo
Pendulos. detinere. ut. juvit. ſemper
Saxum. hoc. vos. vocat. quid. inquam.
Vivus. aſſuevi. prudens. imprudens
Mortuus. item. vos. fallo. nam. non
Vos. vocat. quod. vacat. ore. verum
Is. quojus. cinis. hic. latet. olim

Quom

Digitized by Google

Quom: potuit. nunc. huc. vos. vocare
Voluit. valuitq. hoc. hæc. olim
Sua. voluntas. volentes. vos. legere
Hoc. ſcriptum. vah. quid. loquor
Immo. ſculptum. quam. ægre. veritas
Adhuc. ſe. mecum. conciliat. nam
Neque. hic. atramentum. vel. papyrus
Aut. membrana. ulla. adhuc.
Sed. malleolo. et. celte. literatus
Silex. ſilens. adhuc. quid. hic. latet
Late. quod. ego. efferri. et. effari
Geſtio. Sertius. Polenſis. Paraſitus
Hiſtrio. veſter. feſtiviſſimus
Heic. cubo. hoc. unum. quidem
Tandem. ſponte. dictum. verum. eſt
Si. quis. dubitat. hancine. olfaciat
Humum. olet. temetum. et. florem
Vini. veteris. quo. ſatur. ſatis
Iuvenis. hauſi. at. ſi vexi. vitam
Tam. vobis. gratam. quam. notam
Urbi. et. Orbi. non. minus. munus
Hoc. a. vobis. impetrem. oportet.
Adeſte. mihi. et. Favete.
Edictoque. huic. vos. ſubſcribite
Et. obſignate. Si Quis
Sibi. veſicam. onuſtam. ſenſerit
Domum. ſuam. onus. hoc. reportet
In. Cloacam. ſi. vero. feſtinus. fuerit.
Citerior. vel. ulterior. hoc. loco.
Pro. Religione. ſe. evacuet.
Qui. non. paruerit. hæc. multa. illi. eſto
Teſte. altero. ut. careat.
Canes. quoque. cæſi. fuſtibus
Et. Saxis. edictum. hoc. ſentiant.
Affuiſtis. faviſtis. et. obſignaſtis
Teneo. quomodo. riſum. dare. vobis. ſitio
Hui. ſentio. dictum. volui. eſſe
Sed. quid. hoc. eſt. quod. tam. familiariter

Iſthuc.

Digitized by Google

Iſthuc. procedit. veritas. hac. profecto
Contagione. mei. ſitit. ipſa. quoque
Et. mihi.ſupparaſitatur
Quæ. ultro. potum. invocata. advenit
Nunc. ſi. Urbani. perhiberi. vultis
Et. Veritati. ſupparaſitanti
Et. arenti. meo. cineri. Cantharo
Piaculum. vinarium. feſtinate
Poſt. valete. abite. in rem. veſtram
Viatores. Optumi. his. nugis. ambagibus
Condonate. Poſtumis.

NOT. Nomen erat Sergius.

1. *Romæ.*

Laudatus. Populo. ſolitus. mandata referre
Adlectus. Scænæ. Paraſitus. Apollinis. idem
Multarum. in mimis. ſaltantibus. utilis. actor.

2. *Saſſinæ in Flaminia Ara quadrata:*

D. M.

Cetraniæ. P. F. Severinæ. Sacerdoti. Divæ. Marcian.
T. Bæbius. Gemellinus. Auguſt. Conjugi. ſanctiſſ.

[ *In ſiniſtro Latere.* ]

Caput. ex. Teſtamento. Cetraniæ. Severinæ. Collegis. Dendrophororum. Fabrorum. Centonariorum. Munic. Saſſi. HS. Sena. millia. N. dari. volo. fideique. veſtræ. Collegiali. committo. uti. ex. redditu. HS. quatern. m. n. omnibus. annis. prid. Idus. Jun. die. natalis. mei. oleum. ſingulis. vobis. dividatur. et. ex. reditu. HS. binum. millium. N. manes. meos. colatis. hoc. ut. ita. faciatis. fidei veſtræ. committo.

1. *Agro.*

Digitized by Google

1. *Agro Comenſi.*

L. Cæcilius. L. F. Cilo. IIII. vir. a. P. qui. teſtamento. ſuo. H S. N. XXX. Municipibus. Comenſibus. legavit. quorum. reditu. quotannis. per Neptunalia. oleum. in. campo. et. in. thermis.. et. balineis. omnibus. quæ, ſunt. Comi. Populo. præberetur. T. F. J. et. L. Cæcilio. L. F. Valenti. et. L. Cæcilio. et. F. Secundo. et. Lutulæ. Picti. Contubernali. Ætas. properavit. faciendum. fuit. noli. plangere. Mater. Mater. rogat. quamprimum. ducatis. ſe. ad. vos.

NOT. Duæ ſunt inſcriptiones proculdubió.

2. *Romæ.*

Acilio. Glabrioni. Sabidio. V. C. et. omnibus. ¦meritis. inluſtri. Legato. in. Provincia. Achaiæ. Conſulari. Campaniæ. Vicario. per. Gallias. VII. Provinciarum. Sacri. auditorii. Cognitori.
Fori. hujuſce. inventori. et. conditori. Primo. Patri. Reverentiſſimo.
Anicius. Acilius. Glabrio. V. C. Loci. Ornator. togatam. ſtatuam. offerens. piæ. non. minus. quam. devotæ. mentis. religione. ponendam. erigendamque. curavit.

NOT. An. Acil. Glabrio. A. D. 425. erat Præf. U.

3. *Romæ.*

T. Anchario. T. F. Pal. Priſco. Æd. Quæſt. I. Vir. Quæſt. Aliment. huic. primo. II. vir. Biga. poſita. ob. eximias. liberalitates. et. abundantiſſimas. ſine. exemplo. largitiones. et. quod. ex. indulgentia. Aug. octies. Spectaculum. . . . . Gladiator. ediderit. amplius. ludos. florales. ob. hæc. merita. Pleps. Urbana. . . . . . . . cujus. dedicatione. T. Ancharius. Priſc. Fil. Ædil. Quæſtor. adſedente. Patre. Gladiatorum. paria. XXX. adjecta. venatione. . . . . . . . legitima. edidit. D. D. D. D.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

C. Poblicio. L. F. Bibulo. æd. Pleb. Honoris. virtutiſque. cauſſa. Senatus. conſulto. Populique. juſſu. Locus. monumenti. quo. ipſe. Poſtereique. ejus. inferrentur. publice. datus. eſt.

2. *Romæ.*

Æmilio. Paulo. Papiniano. Præ. Præt. Jur. Cons. Qui. vixit. annos. XXXVI. M. IIII. D. X. Hoſtilius. Papinianus. Eugenia. Gracilis. turbato. ordine. in. Senio. heu. Parentes. infeliciſſ. Filio. Optimo. P. M. fecerunt.

NOT. P. M. hoc in loco poſt mortem, ſignif. Caracalla Papinianum, juris azylum, & doctrinæ legalis theſaurum quod Parricidium (Getæ mortem) excuſare noluiſſet, occidit. Sed an hic noſter erat, videant J. C. certe ille erat Pr. Præt. occiſus. A. D. 212.

3. *Arimini.*

M. Ælio. Aurelio. Theoni. Aug. Juridico. de. infinito. per. Flam. et. Umbriam. Picenum. Sodali. Hadrianali. Prætori. Tribun Plebis. adlecto. inter. Queſtorios. Trib. militum. Laticlavio. Leg. XI. Claud. Item. Trib. milit. Laticl. leg. XII. Fulminat. Decemvir. ſtlitibus. judicandis. ob. ſingularem. abſtinentiam. induſtriamque. exhibitæ. Judicat. Ordo. Ariminenſium. Patrono.

4. *Romæ.*

Anicii. Jun.

Anicio. Paulino. Jun. C. V. Pro. Coſ. Aſiæ. et. Helleſponti. Conſ. Ordinario. Præf. Urbi. vice. ſacra. judicanti. ob. meritum. nobilitatis. eloquii. Juſtitiæ. atque. cenſuræ. quibus. privatim. ac. publice. clarus eſt. petitu. P. Rom. teſtimonio. Senatus. judicio. D D. N. N. Triumphatoris. Aug. Cæſarumque. Florentium. Statuam ſecundam. auro. ſuperfuſam. locari. ſumptu. publico. placuit.

NOT. Conſ erat, ſub Conſt. Max. A. D. 334.



Digitized by Google

### 1. *Romæ.*

Honori. Ammio. Manio. Cæſonio. Nicomacho. Anicio. Paulino. V. C. Conſ. Ordinario. Pr. Urb. Judici. Sacr. Cognit. Conſ. Prov. Aſiæ. et. Helleſponti. vice. Sacra judicanti. Legato. Kariaceni. Sup. Proconſ. Africe. Anicio. Juliano. Patre. ſuo. cujus. providentia. adque. eutilitas. et. integritas. Reip. Corpori. Corariorum. inſulas. ad. priſtinum. Statum. ſuum. ſecundum. leges. Principum. priorum. Impp. vel. Septimi Severi. et. M. Aur. Antonini. reſtaurari. adque. adornari. pet. vicinum. ea. ſua. providit. in. mera. memoria. adque. in. omnia. juſtitia. ſua. Corpus. Corariorum. Patrono. Digno. ſtatuerunt.

NOT. Proculdubio, ipſi Coriarii hanc epigraphen compoſuerunt, lævam adeò & Latinam.

### 2. *Aquileiæ.*

Anicia. P. L. Glycera. fui.
Dixi. de Vitâ. meâ. ſatis.
Tui. Probata.
Quæ. Viro. placui. bono. qui. me. ab. imo. ordine. ad. ſummum. perduxit. honorem.

### 3. *Romæ.*

L. Aurelio. L. Fil. Quir. Gallo. Coſ. Præf. ærario. Saturni. Præf. frumenti. dandi. Procoſ. Provinciæ. Narbonenſis. Legato. Aug. Leg. III. Gallic. Curatori. Viæ. Clodiæ. Anniæ. Caſſiæ. Ciminiæ. et. novæ. Trajanæ. Legato. Provinc. Africæ. Pr. Tr. Pl. Quæſt. Provinc. Aſiæ. M. Æmil. Alcima. Amicus.

### 4: *Romæ.*

Θ. K.

Αυρηλιος. Πακορος. Βασιλευς. μεγαλης. Αρμενιας. ηγορασα. σαρκοφαγον. Αυρ. Μεριθατι. αδελφω. γλυκυτατω. Ζησαντι, συν. εμοι. ετη Νς. Μν. Β. 56. menſ. 2.

*Arimini.*

Digitized by Google

1. *Arimini.*

C. Cornelio. C. F. Quirin. Felici. Thrallo. Jurid. per. Flam. et. Umbr. C. V. Leg. Prov. Achaiæ. Præt. Tr. Pl. Quæſt. Provinc. Sicil. Patrono. Coloniæ. Vicani. Vicorum. VII. et. Colleg. Fab. Cent. Dendr. Urb. Juridicatus. ejus. ob. eximiam. moderationem. et. in. ſterilitate. annonæ. laborioſam. erga. ipſos. fidem. et. induſtriam. ut. et. civibus. annona. ſupereſſet. et. vicinis. civitatibus. ſubveniretur.
L. D. D. D.

2. *Arimini.*

C. Fæſellio. C. F. An. Rufioni. Equ. Publ. Cur. Reip. Forodr. Patr. Col. Arim. itemq. Vicanorum. Vicorum. VII. et. Coll. Fabr. et. Cent. Optimo. et. Rariſſimo. Civi. quod. liberalitates. in. Patriam. Civeſque. a. majoribus. ſuis. tributas. exemplis. ſuis. ſuperaverit. dum. et. annonæ. Populi. inter. cetear. beneficia. ſæpe. ſubvenit. et. præterea. ſingulis. vicis. munificentia. ſua. SS. XX. N. ad. emptionem. poſſeſſionis. cujus. de reditu. die. natalis. ſui. ſportular. diviſio. ſemper. celebraretur. largitus. ſit. ob. cujus. dedicationem. S.S. N. IIII. Vicanis. diviſit.
Vicani. Vici. Dianenſis. poſuere.

NOT. Forodr. fortè Forodruentinæ.

3. *Nolæ.*

Pollio. Julio. Clementiano. ſubventori. Civium. neceſſitatis. aurariæ. Defenſori. libertatis. Rodonatori. viæ. Populi. omnium. munerum. Recreatori. Univerſa. Regio. Romana. ſtatuam. collocavit.
Curante. Cl. Plotiano.

4. *Gortynæ.*

Digitized by Google

1. *Gortynæ*

Εςπερίης. πασης. χθονος. οβριμον. Ιθυντηρα.
Μαρκελλον. ο. θρασυς. μαρψε. μορος. ταμιην.
Ελλαδος. αγλαον. ερνος. ος. ευδοκιην. κικλαδων γης.
Κυφιζων. πολιας. θηκεν. ελαφροτερας.
Τυνεκα. και. προθυροισι Δικης. επιμαρτυρα. θεσμων.
Βυλη. και Πυρρον. θηκεν. εφημοσυνη.

2. *Mutinæ.*

M. C. D. Fauſtini.
M. C. D. Laudiciæ.

L. Nonius. Verus. V. C. Bis. Corrector. Apuliæ. et. Calabriæ. Venetiarum. et. Hiſtriæ. Comes. Patronus. Mutinenſium. Aquilegien. Brixianorum. et. univerſarum. Urbium. Apuliæ. Calabriæque. Viniciæ. C. Filiæ. Ceciliani. P. U. bis. Ration. Urbis. Romæ. Africæ. Præſ. Luſitaniæ. Corr. Apul. et. Calab. Vic. Præf. per. Italiam. Laudiciæ. Conjugi. ſanctiſſimæ. ac. benigniſſimæ. cujus. vita. morum. ſtudiorumq. laudibus. et. univerſis. virtutum. animi. et. corp. tam. clara. extitit. ut. admirabilia. veteris. vetuſtatis. exempla. ſuperavit. quo. merito. omniumq. judicio. ſingular. præconio. matronarum. decus. ornamentumq. eſt. habita.

3. *Gortynæ.*

Εικονα τηνδ᾽. εσαθρει. πελεται δε τυ Αγνυπαρχυ.
Ες. κρηταων. πολιν. ην. μυνος εθηκε νεην.
Αγχιθυρος δ᾽. εστηκα Δικης πελας. ειμι. κριτης γαρ.
Ηπιος ιθυδικοις. τοις. αδικοισι. δεος.
Στησε. δε καλλεινικος. ευνης δογμασι Νησου.
Γαιης. Ιλλυριδος. δωπερ. Ηελιον.



Digitized by Google

### 1. *Neapoli.*

Τον. πασης. αρετης. ηδημονα. φωτα. φιλιππον,
Πρεσβυν. κ. Αονιας. εντεραμενον. Σοφιης.
Αυσονιων. υπατον. πατερα. κλυτον. Αντιγονοιο.
Θρεψε. Μακηδονιη. δεξατο. δ. αιπολιη.

### 2. *E Delo, hodie Venetiis extat.*

Εικονα. συ. πολυκλεις. ανεστασαν. τανδε. πολιται.
Θηκαν Ομμελετης. δου. μεγαρειος. χερνος.
Εν. βυλαις μεν. Αριστον. αγωσι. δε. τοις περι. πατρας.
Αλκιμον. ενδε. βιωι. Σωφρονα. δερκομενοι.

### 3. *Regii.*

Imp. Cæſ. M. Aurelio. Antonino. Aug. Pio. Felice. VI.
M. Petronio. Septimiano. Cos.
X. Kal. Apr. in. Templo. Collegi. Fabrum. et. Centonariorum. Regienſium.
Quod. referentibus. P. Sænio. Marcellino. et. C. Aufidio. Dialogo. Quæſtoribus. V. F.
IV. Silium. Julianum. virum. et. vita. et. modeſtia. et. ingenita. verecundia. ornatum. & liberalem. oportere. Collegi. noſtri. Patronum. cooptari. ut. ſit. cæteris. exemplo.
Judici. noſtri. teſtimonium.
Q. F. P. D. E. R. I. C.
Salubri. conſilio. tam. honeſta. relatione. à. Quæſtoribus. et. Magiſtris. Collegi. noſtri. factam. et. ſinguli. & univerſi. ſentimus. et. ideo. excuſandam. potius. honeſto. viro. Juliano. hujus. tardæ. cogitationis. noſtræ. neceſſitat. petendumque. ab. eo. libenter. ſuſcipiat. Collegi. N. Patronal. honorem. tabulamque. æream. cum. inſcriptione. hujus. decre. N. domo. ejus. poni. cenſuerunt.

NOT. Sub Commodo, A. D. 191.
Siglæ. Quid fieri placeret de ea re ita cenſuere.

1. *Romæ*;

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Vettio. Agorio. Prætextato. V. C.
Pontifici. Veſtæ. Pontifici. Soli. Quindecimviro. Auguri. Tauroboliato. Curiali. Neocoro. Hierofantæ. Pat. Sacrorum. Quæſtori. Candidato. Prætori. Urbano. Correctori. Tuſciæ. et. Umbriæ. Conſulari. Luſitaniæ. Proconſuli. Achaiæ. Præfecto. Urbi. Præf. Præt. II. Italiæ. et. Illyrici. Cons. Deſign.
Dedicata. kal. Feb. D. N. Fl. Valentiniano. Aug. III. et. Eutropio. Conſs.

NOT. A. D. 387.

2. *Arimini.*

M. Vettio, M. F. An. Valenti. Mil. Coh. VIII. Pr. Benef. Præf. Pr. donato. donis. Bello. Britann. torquibus. armillis. phaleris. Evoc. Aug. corona. aurea. donat. 7. Coh. VI. Vig. 7. Stati. 7. Coh. XVI. Urb. 7. Coh. II. Pr. Exercitatori. Equit. Speculator. Princip. Prætori. Leg. XIII. gem. Ex: nec. leg. VI. Victr. donis. donato. ob. res. proſper. geſt. contra. Aſtures. Coron. phaler. arm. Trib. Coh. V. Vig. Trib. Coh. XII. Urb. Trib. Coh. III. Pr. leg. XIIII. Gem. Mart. Victr. Proc. Imp. Cæſ. Aug. Prov. Luſitan. Patron. Coloniæ. Speculator. X. H. C. C. Lucio. Teleſino. C. Suetonio. Paulino. Coſs.

NOT. A. D. 66.

3. *Arimini.*

M. Vettio. M. F. An. Valenti. Quæſtori. Provinc. Macedon. Quæſtori. Pleb. Seviro. Eq. Rom. Præt. Leg. Prov. Narbones. Plo. Provinc. Britann. Leg. XV. Apollinar. Provinc. Britannia. Patrono.

NOT. Plo pro Populo.



Digitized by Google

1. *.

C. Marius. C. F. Cos. VII. Pr. Tr. Pl. Q. Augur. Tr. milit. extra. ſortem. bellum. cum. Jugurtha. Rege. Numid. geſſit. Eum. cepit. et. triumphans. in. ſecundo. conſulatu. ante. currum. ſuum. duci. juſſit. III. Conſul. apſens. creatus eſt. IIII. Cons. Teutonorum. exercitum. delevit. V. Conſul. Cimbros. fugavit. ex. Jeis. et. Teutoneis. iterum. triumphavit. Remp. turbatam. ſeditionibus Tr. Pl. et. Prætor. VI. qui. armati. Capitolium. occupaverunt. VI. Conſul. vindicavit. poſt. LXX. annum. Patria. per. arma. civilia. pulſus. armis. reſtitutus. Conſul. VII. factus. eſt. de. Manubieis. et. Cimbriceis. et. Teutoniceis. ædem. Honori. et. Virtuti. Victor. fecit. veſte. triumphali. calceis. punicieis....

## 2. *Athenis.*

Η Βουλη η εξ Αρειουπαγου και η Βουλη των Χ και ο δημος
Ιουλιαν Βερενεικην Βασιλισσαν Μεγαλην Ιουλιου Α-
γριππα
Βασιλεως θυγατερα και μεγαλων Βασιλεων Ευεργετων
της Πολεως
Εκγονον. δια της προνοιας του Επιμελητου της πολεως
Τιβ. Κλαυδιου
Θεογενους Παιανιεως.

NOT. Senatus Areopagi & Senatus mille civium & Populus, Juliam Berenicen Reginam magnam, Julii Agrippæ filiam, & magnorum Regum Urbis Benefactorum ſobolem [ *hac ſtatua venerantur* ] Providente Curatore Urbis Tiberio Claudio Theogene Pæanienſi. Coram hac Regina Berenice & Fratre ſuo Agrippa Rege, S. Paulus cauſam ſuam Act. cap. 25. peroravit. Filii erant Julii Agrippæ Judææ Regis, quem alii Herodem Agrippam, ſive Agrippam Seniorem nominant, Cæſareæ ab Angelo percuſſi. Act. cap. 12. Hæc Berenice Patruo ſuo Herodi Chalcidico nupſit.

I. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Roma.*

Honori.
Memmio. Vitraſio. Orfito. V. C. nobilitate. actibusq. ad. exemplum. præcipuo. Præfecto. Urbi. Procon. Africæ. ac. tertio. ſacrarum. cognitionum. Judici. Comiti. in. Conſiſtorio. ordinis. primi. Legato. ſecundo. difficillimis. temporibus. petitu. Senatus. et. P. R. Comiti. Ordinis. ſecundi. expedition. bellicas. gubernanti. Conſulari. Sicil. Pontifici. Solis. Pontif. Veſtæ. XV. Viro. S. F. Conſuli. Prætori. Q. K. omnibusq. perfuncto. honorib. intra. ætatis. primordia. ob. providentiam. et. ſtatum. optimum. Urbi. Romæ. ab. eo. redditum.
Corpus. omnium. mancipum. ſtatuam. ſub. ære. conſtituit.

NOT. Q. K. Quæſt. Kandidato.

2. *Roma.*

L. Cornelius. Cn. F. Pr. Sen. Cons. a. d. III. nonas. Maias. ſub. æde. Kaſtorus. Scr.
Adf. A. Manlius. A. F. Sex. Julius. L. Poſtumius. S. F.
Quod. Teiburtes. V. F. quibusq. de. rebus. vos. purgaviſtis. ea. Senatus. animum. advortit. ita. utei æquom. fuit. nosque. ea. ita. audiveramus. ut. vos. deixſiſtis. vobeis. nontiata. eſſe. ea. nos. animum. noſtrum. non. indoucebamus. ita. facta. eſſe. propter. ea. quod. ſcibamus. ea. vos. merito. noſtro. facere. non. potuiſſe. neque. vos. dignos. eſſe. quei. ea. faceretis. neque. id. vobis. neque. Rei. poplicæ. voſtræ. oitile. eſſe. facere. et. poſtquam. voſtra. verba. Senatus. audivit. tanto. magis. animum. nos. indocimus. ita. utei. ante. arbitrabamur. de. eieis. rebus. af. vobeis. peccatum. non. eſſe.
Quonque. de. eieis. rebus. Senatui. purgati. eſtis. credimus. vosque. animum. voſtrum. inducere. oportet. item. vos. Populo. Romano. purgatos. fore.



Digitized by Google

### 1. *Agro Tiburtino.*

Ti. Plautio. M. F. A. N. Silvano. Ælian. Pontif. Sodal. Aug. III. Vir. A. A. A. F. F. Q. Ti. Cæſaris. Legat. leg. V. in. Germania. Pr. Urb. Legat. et. Comiti. Claudii. Cæſ. in. Britannia. Conſuli. Procoſ. Aſiæ. Legat. Propræt. Mœſiæ. in. qua. plura. quam. centum. mill. ex. numero. Transdanuvianor. ad. præſtanda. tributa. cum. Conjug. ac. Liberis. et. Principib. aut. Regibus. ſuis. transduxit. motum. orientem. Sarmat. compreſſit. quamvis. parte. magna. exercitus. expeditionem. in. Armeniam. miſiſſet. ignotos. ante. aut. infenſos. P. R. Reges. Signa. Romana. adoraturos. in. Ripam. quam. tuebatur. perduxit. Regibus. Baſtarnarum. et Rhoxolanorum. Filios. Dacorum. fratrum. captos. aut. hoſtibus. ereptos. remiſit. ab. aliquis. eorum. Opſides. accepit. per. quem. pacem. provinciæ. et. confirmavit. et. protulit. Southarum. quoque. Regem. Acheronenſi. quæ. eſt. ultra. Boryſthenem. opſidione. ſummoto. Primus. ex. ea. provincia. magno. tritici. modo. annonam. P. R. adlevavit. Hunc. Legat. in. Hiſpaniam. ad. Præfectur. Urbis. remiſſum Senatus. in. Præfectura. triumphalibus ornamentis. honoravit. auctore. Imp. Cæſ. Aug. Veſpaſiano. verbis. ex. oratione. ejus. Q. J. S. S.
Mœſiæ. ita. præfuit. ut. non. debuerit. in. me. differri. honor. triumphalium. ejus. ornamentorum. niſi. quod. latior. ei. contigit. mora. titulus. Præfecto. Urbis.
Hunc. in. eadem. Præfectura. Urb. Imp. Cæſ. Aug. Veſpaſianus. iterum. Coſ. Fecit.

NOT. A. D. 76. Kal. Jul. cum Domitiano Cæſ. V. ſuffecti in locum, Veſpaſ. VII. & Titi. V. Expeditio Britannica, in qua Plautius Claudii comes erat, facta eſt A. D. 43. triumphavit Claud. de Brit, 44. & ovatio decreta eſt A. Plautio. Hujus Ti. avo. Vid. Sueton.
Siglæ A. A. A. F. F. auro argento aere flando feriundo.

2. *Salonæ*

1. *Salonæ Dalmat. in arcâ geminâ.*

P. Aquius. Scævæ. et. Flaviæ. Filius.
Conſi. et. Didiæ. Nepos.
Barbi. et. Duriciæ. Pronepos.
Scaura. Quæſtor. decemviralium. Litium. judicandarum. Trib. Pl. Ædil. Curul. Judex. Quæſtionis. Prætor. ærarii. Proconſule. Provinciam. Cyprum. obtinuit. Viar. Cur. ex. Urbe. ex. S. C. in. quinque. Coſ. iterum. extra. ſortem. auctoritate C. Cæſar. et. S.C. miſſo. ad. componendum. ſtatum. in. reliquum. Provinciæ. Cypri. Fecialis. Conſobrinus. idemque. Vir. Flaviæ. Conſi. Filiæ. Scapulæ. Neptis. Barbi. Proneptis. ſimul. cum. ea. conditus.

*Ex altero latere arcæ:*

Flavia. Conſi. et. Simiæ. Filia.
Scapulæ. et. Simiæ. Neptis.
Barbi. et. Duriciæ. Proneptis.
Conſobrina. eademque. Uxor. P. Aquii. Scævæ. Conſi. Nepotis. Barbi. Pronepotis. cum. Eo. condita.

2. *Fani Fortunæ, littore Adriatico.*

M. Aufidio. Frontoni.
Pronepoti. M. Cornel. Frontonis. Oratoris. Coſ. Magiſtri. Impp. Luci. et. Antonini. Nepoti. Aufidi. Victorini. Præfecti. Urbis. II. Coſ.
Fronto. Coſ. Filio. dulciſſimo.

NOT. Ordo ita eſt, M. Aufid. Fronto mortuus Filius erat Frontonis Conſulis, A. D. 199. Nepos Aufid. Victorini Conſ. II. in A. D. 183. Pronepos autem M. Corn. Frontonis Orat. & Conſulis ſuffecti in duos tantum menſes, quo anno autem id neſcio.

3. *Luceriæ.*

C. Cæſius. P. F. Rom. Ædilis. Soræ.
Publicanus. Romæ.

### 1. *Romæ in duabus baſibus ejuſdem magnitudinis.*

Conſimiles. Fratrum. trabeis. geſtamina. honorum.
Tertia. quæ. dederant. addidimus. titulis.
Dilectæ. Probus. hæc. perſolvit. munera. matri.
Reſtituens. ſtatuis. præmia. quæ. dederat.

| | |
|---|---|
| Aniciæ. Faltoniæ. Probæ. Amnios. Pincios Aniciosque. decoranti | Aniciæ. Faltoniæ Probæ. fidei. nobilitatis antiquæ. ornamento |
| Conſulis [1] Uxori Conſulis [2] Filiæ. Conſulum [3] Matri | Anicianæ. Familiæ Servandæ. et. docendæ Caſtitatis. exemplo |
| Anicius. Probinus. V. C. Conſul. Ordinarius. Et. Anic. Probus. V. C. | Conſulum. Proli Conſulum. Matri Anic. Hermogenianus |
| Quæſtor. Candidat. Filii. Devincti Maternis. meritis. Dedicaverunt. | Olybrius. V. C. Conſul. Ordinarius et [4] Anicia. Juliana. C. F. Ejus. Devotiſſimi. Filii. D. D. |

NOT. [1] Sexti Anicii Petronii Probi. Coſ. 371. [2] Anicii Probi Proconſulis Africæ, 357. Conſulem non reperio, Valeſius ad Marcellin. lib. 27. cap. 11. Hunc eundem cum Sext. An. Petron. Prob. facit. [3] Anicii Probini & Anic. Hermog. Olybrii Coſſ. 395. [4] Anicia Juliana non erat Filia ſed Nurus Faltoniæ Probæ, quippe quæ nupta fuerit An. Hermog. Olybrio, Probæ natu maximo, & ideo Probæ Filii devotiſſimi dicuntur, & in hac, & in aliis Inſcriptionibus. Hæc Juliana erat mater Demetriadis, à S. Hieronymo adeò celebratæ. Hæc omna à Card Baronio turbata, in locum ſuum revocavit Reyneſius hujuſce rei peritiſſimus.

### 2. *Romæ.*

Tyrraniæ. Aniciæ. Julianæ. C. F. Conjugi. Q. Clodii Hermogeniani. Olybrii. V. C. Conſularis. Campaniæ. Proconſ. Africæ. Præfecti. Urbis. Præf. Præt. Illyrici. Præf. Præt. Orientis. Conſulis. Ordinarii. Fl. Clodius. Rufus. V. P. Patronæ. perpetuæ.

NOT. Hic erat Præf. Urb. 365. Cons. 379. filius Olybrii. Proconſ. Afric. 354. et. P. U. 361. Illa erat filia Anicii Juliani Com. Orient. 362. U. P. 339. Cave ne cum Baronianis hos cum prioribus commiſceas.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

R. Feſtus V. C. De ſe ad Deam. Nortiam.
Feſtus Muſoni ſuboles proleſque Avieni
Unde tui latices traxerunt Cœſia nomen
Nortia te veneror lare cretus Vulſinienſi
Romam habitans gemino Proconſulis auctus honore
Carmina multa ſerens vitam inſons integer ævum
Conjugio lætus Placidæ numeroque frequenti
Natorum exſultans vivax et Spiritus Ollis
Cætera compoſita fatorum lege trahuntur

Sancto Patri Filius Placidus

Ibis in optatas ſedes nam Juppiter æthram
Pandit Feſto tibi candidus ut venias
Jamque venis tendit dextras chorus inde Deorum
Et toto tibi jam plauditur ecce Polo.

NOT. Noricæ Deæ Hetruſcæ apud Volſcinienſes templum è Livio notum eſt. Vulſcinienſibus Nurſiam, Sutrinis Nortiam tribuit Tertullianus, utriſque in Tuſcia.

2. *Calderii 4. à Verona milliaria in parietibus balneorum.*

V F
Junoni. Sacrum.
Petronio. Probo. V. E. . . . totius. admirationis. V. . : .
Procoſ. Africæ. et. Præf. Præt. Illyria. Præf. Græciæ. Galliæ. II. Præf. Præt. Galliæ. atque. Africæ. Præf. Veron. III. Conſ. Ordinario. Civi. eximiæ. bonitatis. diſertiſſim. atq. omnibus. rebus. eruditiſſim.

NOT. Sciptores ferè omnes Probum hunc Chriſtianum factum tradunt. Sed certè poſt Conſulatum ſuum, quem geſſit 371. aliter enim haud permiſiſſet, ut Veronenſes aliquid ſibi inſcriberent, tum iſtis verbis Junoni Sacrum.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Roma.*

Sexto. Petronio. Probo. V. C. Procons. Africæ. Præf. Præt. quater. Italiæ. Illyrici. Africæ. Galliarum. Conſul. Ordinar. Patri. Conſulum.
Anicius. Probinus. V. C. Cons. Ordinarius. et. Anicius. Probus. V. C. Quæſtor. Candidatus. Filii. munus. ſingulari. Religioni. debitum. Dedicarunt.

2. *Romæ.*

Sexto. Petronio. Probo. Anicianæ. domus. culmini. Proconſuli. Africæ. Præfecto. Prætorio. quater. Italiæ. Illyrici. Africæ. Galliarum. Conſuli. ordinario. Conſulum. Patri. Anicius. Hermogenianus. Olybrius. V. C. Conſul. Ordinar. et. Anicia. Juliana. C. F. ejus. Filii. Devotiſſimi. dedicarunt.

3. *Romæ.*

Sublimis. quiſquis. tumuli. miraberis arces
Dicis. quantus. erat. qui. Probus. hic. ſitus. eſt
Conſulibus. Proavis. ſocerisque. et. Conſule. major.
Quod. geminas. Conſul. reddidit. ipſe. domos
Præfectus. quartum. toto. dilectus. ab. orbe
Sed. fama. emenſus. quicquid. ubique. hominum. eſt
Æternos. heu. Roma. tibi. qui. poſceret. annos
Cur. non. vota. tui. vixit. adusque. boni.
Nam. cum. ſexdenos. menſis. ſuſpenderet. annos
Dilectæ. e. gremio. raptus. . . . . . Probæ.
Sed. periiſſe. Probum. meritis. pro. talibus. abſit
Credas. Roma. tuum. vivit. et. aſtra. tenet
Virtutis. fidei. pietatis. honoris. amicus
Parcus. opum. nulli. largus. at. ipſe. fuit
Solamen. tanti. Conjux. tamen. optima. luctus
Hoc. Proba. ſortita. eſt. jungat. ut. urna. pares
Felix. heu. nimium. felix. dum. vita. maneret
Digno. juncta. viro. digna. ſimul tumulo

NOT. V. 6. Supplent quidam in æthra.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

### 1. *Romæ.*

Petroni. Maximi.

D. D. D. N. N. N. Inviĉtiſſimi. Principes. Honorius. Theodoſius. et. Conſtantius. Cenſores. Remuneratoresq. virtutum. Petronio. Maximo. V. C. Præf. Urb. ob. petition. Senat. ampliſſ. Populiq. Rom. Statuam. meritorum. perenne. monumentum. in. foro. Ulpio. conſtitui. juſſerunt. Cum. a. Proavis. atabisq. nobilitas. paribus. titulorum. inſignibus. ornatur. qui. primævus. in. Conſiſtorio. Sacro. Tribunus. et. Notarius. meruit. nono. decim. ætatis. anno. ſacrarum. remunerationum. per. triennium. Comes. poſt. Præf. Urbis. æt. ſex. menſibus hasq. omnes. dignitates. intra. viceſimum. quintum. adſecutus. ætatis. annum. publicum. in. ſe. teſtimonium. et. æternorum. Principum. judicium. provocavit.

NOT. Quis hic ſit, neſcio, ſed Aniciis adjunxi. Neceſſe eſt ut hæc Inſcriptio facta ſit, A. D. 420, illo enim anno Conſtantius Aug. dictus eſt. VI. Id. Feb. mortuus eſt 421. IV. Non. Septemb.

### 2. *In Probum, ex Baron. annal.*

Eximii. reſolutus. in. ætheris. æquore. tantum
Curris, iter. cunctis. integer. a. vitiis.
Nomine. quod. reſonas. imitatus. moribus. æque
Jordane. ablutus. nunc. Probus. es. melior.
Dives. opum. clarusq. genus. præclarus. honore
Faſcibus. inluſtris. Conſule. dignus. Avo.
Bis. gemina. Populos. Præfectus. ſede. gubernans
Has. mundi. phaleras. hos. Procerum. titulos
Tranſcendis. Senior. donatus. munere. Chriſti
Hic. eſt. verus. honos. hæc. tua. nobilitas
Lætabare. prius. menſæ. Regalis. honore
Principis. alloquio. Regis. amicitia.
Nunc. propior. Chriſto. Sanctorum. ſede. potitus
Luce. nova. frueris. lux. tibi. Chriſtus. adeſt
O. nunquam. deflende. tuis. cum. vita. maneret
Corporis. atque. arctus. ſpiritus. hos regeret

Primus.

Primus. eras. nullique. Patrum. virtute. ſecundus
Nunc. renovatus. habes. perpetuam. requiem
Candida. fuſcatus. nulla. velamina. culpa
Et. novus. inſuetis. incola. luminibus.
His. Solare. tuos. quanquam. ſolatia. mœſta
Gratia. non. quærat. gratia. Chriſte. tua.
Vivit. in. æterna. Paradiſi. ſede. beatus
Qui. nova. diſcedens. muneris. ætherii
Veſtimenta. tulit. quo. demigrante. Belial
Ceſſit. et. ingemuit. hic. nihil. eſſe. ſuum.
Hunc. tu. Chriſte. choris. jungas. cœleſtibus. oro
Te. canat. et. placidum. jugiter. aſpiciat.
Quiq. tuo. ſemper. dilectus. pendet. ab. ore
Auxilium. Soboli. Conjugioque. ferat.

1. *Populonii.*

L. Aradio. Val. Proculo. V. C. Auguri. Pontifici. Majori. XV. Viro. Sacr. faciundis. Pontifici. Flaviali. Prætori. Tutelari. Legato. Pro. Prætore. Provinciæ. Numidiæ. Peræquatori. cenſus. Provinciæ. Gallæciæ. Præſidi. Provinciæ. Byzacenæ. Conſulari. Provinciæ. Europæ. et. Thraciæ. Conſulari. Provinciæ. Siciliæ. Comiti. ordinis. ſecundi. Comiti. ordinis. primi. Proconſ. Provinciæ. Africæ. vice. ſacra. judicanti. eidemque. judicio. ſacro. per. Provincias. Proconſularem. et. Numidiam. Byzacium. ac. Tripolim. itemque. Mauretaniam. Sitifenſem. et. Cæſarienſem. Perfuncto. officio. Præfecturæ. Præt. Comiti. iterum. ordinis. primi. intra. Palatium. Præfecto. Urbi. vice. ſacra. iterum judicanti. Conſuli. Ordinario.

Huic. corpus. Suariorum. et. Confectuariorum auctoribus. Patronis. ex. affectu. eidem. jure. debito. Statuam. Patrono. dignam. ponendam. cenſuit.

2. *Populonii.*

Ille, ego. ſum. Proculus. totus. qui. natus. honori
Aut. dic. quis. ſit. honos. quem. mihi. ineſſe. negas.

Collegium. Piſtorum. Patrono. Præſtantiſſimo.

Ibidem.

## Ibidem.

Hic. bis. Præfectus. Patriæ. Præfectus. et. idem
Hic. Lybies. Idem. Lybiæ. Proconſul. ut. ante
Ter. vice. qui. ſacra. diſcinxit. jurgia. Judex.
Conſul. et. æterno. decoravit. nomine. Faſtos
Cetera. quid. memorem. tanto. ſub. Judice. geſta
Cum. Proculum. videas. toto. qui. natus. honori. eſt.

Colleg. Suarior. Patrono. Præſtantiſſimo.

N O T. Credo hunc illum fuiſſe, qui Conſ. erat 316.

1. *Romæ.*

Valerio. P. Proculo. V. C. Præſidi. Provinciæ. Val. Byzac.
D. D. N.N. Criſpo. et. Conſtantino. Jun. Nobiliſſ. Cæſſ. Coſſ. IIII. Kal. Sept.
Municipes. Municipi. T. Æli. Hadriani. Aug. Civilitani.
Q. Aradium. Rufinum. Valerium. Proculum. C. V.
Liberos. Poſteroſq. ejus. ſibi. Liberis. Poſteriſq. ſuis. Patronos. cooptaverunt. teſſeramq. Hoſpitalem. cum. eo. fecerunt.
Q. Arad. Rufin. Valer. Proculus. Liberi. Poſteriq. ejus. municipes. municipi. T. Æli. Hadriani. Aug. Civilitani. Liberos. Poſteroſq. eorum. in. fidem. clientelamq. ſuam. receperunt. in. quam. rem. gratuitam. Legationem. ſuſceperunt. Inſteius. Renatus. &c.

N O T. Cætera nomina non exſcripſi. Sed erat utriuſque Conſulatus ſecundus.

2. *.

Petronio. Probiano. et. Anicio. Juliano. Coſſ. prid. kal. April.
Col. Coloniæ. Æl. Hadrianæ. Aug. Zamæ. Regiæ. Q. Arad. Val. Procul. &c.

N O T. A. D. 322. Prior Conſ. avus Petr. Probi.

1. *Populonii.*

1. *Populonii.*

D. D. N. N. Criſpo. et. Conſtantino. Jun. Nobb. Caeſſ. iterum. in. id. Mart. Conſs. Coloni. Coloniai. Concordiæ. Ulpiæ. Trajanæ. Auguſtæ. Frugiferæ. Hadrumetinæ. Q. Arad. Val. Proculum. &c.

N O T. In reliquis, ſicut ſupra. Notandum eſt. iterum. Conſſ. non ſecundò Conſules illos denotare (nam tertius erat utriuſque Conſulatus) ſed quod eſſent ſimul. Coſſ. II. in A. D. 324.

2. *Boſphorii.*

L. Aur.: Aviano. Symmacho. V. C. Præfecto. Urbi. Conſuli. Propræfectis. Prætorio. in Urbe. Roma. finitimiſq. Provinciis. Præfecto. annonæ. Urbis. Romæ. Pontifici. Majori. Quindecimviro. ſacr. faciund. multis. legationibus. pro. ampliſſimi. ordinis. deſideriis. aput Divos. Princip. functo. qui. primus. in. Senatu. ſententiam. rogari. ſolitus. auctoritate. prudentia. atque. eloquentia. pro. dignitate. tanti. ordinis. magnitudinem. loci. ejus. impleverit. auro. inluſtrem. ſtatuam. quam. a. Dominis. Auguſtiſq. noſtris. Senatus. ampliſſimus. decretis. frequentibus. impetrabit. Idem. Triumfatores. Principes. noſtri. conſtitui. adpoſita. oratione. juſſerunt. quæ. meritorum. ejus. ordinem. ac. ſeriem. contineret. quorum. perenne. judicium. tanto. muneri. hoc. quoq. addidit. ut. alteram. ſtatuam. pari. ſplendore. etiam. apud. Conſtantinopolim. collocaret.
Dedicata. III. kal. Maias.
D. N. Gratiano. IIII. et. Merobaude. Coſs. 377.

N O T. Præf. Urb. 365. Pater Symmachi Epiſtol. autoris.

3. *Romæ.*

Q. Aurelio. Symmacho. V. C. Quæſt. Præt. Pontifici. Majori. Correctori. Lucaniæ. et. Brittiorum. Comiti. Ordinis. tertii. Procons. Africæ. Præfect. Urb. Coſs. Ordinario. Oratori. Diſertiſſimo.
Qu. Fab. Symmachus. V. C. Patri. Optimo.
N O T. Conſ. 391.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Virio. Nicomacho. Flaviano. V. C. Quæſt. Præt. Pontifici. Majori. Conſulari. Siciliæ. Vicario. Africæ. Quæſtori. intra. palatium. Præf. Præt. iterum. Coſ. . . . Ordin. Hiſtorico. Diſertiſſimo.
Q. Fabius. Memmius. Symmachus. V. C. Proſocero. Optimo.

NOT. Nomen in faſtis Coſſ. non apparet, quia forſan ab Eugenio factus erat, quem tyrannidem affectantem adjuvit, 392.

2. *In Pago Peyruis, ad Druentiam flum.*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . Proh. Dolor
Aemy. Bere. Præf. Illyrici
Qui. Imper. Magiſtratus
Siccarios. inſecutus. juſte
Semper. fuerit. poſt. adminiſtratam
Aegypt. dum. in Gall. cum. Liber.
Juſſu. Imp. Conſtant. . . proficiſceretur
A Siccariis et Judæis pervicaciſs.
Nefandum facinus in Viço C. Petronii
ad Ripam Druentiæ Pugione confoſſus
Hic ſitus eſt
S. L. H. P. M R. D. O. M. V. F.

NOT. Hunc Pagum Peyrvis ad Druentiam ſitus, dictum fuiſſe olim Vicum Caii Petronii ſuadet hæc Inſcriptio inibi reperta, quæ eum ad Druentiam collocat. Cumque C. Petronius Arbiter Poeta celebris omnium Hiſtoricorum fide in Provincia eſſet natus, probabile eſt hanc habuiſſe Patriam, & Pago nomen ſuum dediſſe. Ultima ego non intelligo, nec ut puto quiſpiam alius.

3. *Comi.*

P. Attilii. P. F. Ouf. Septiciani. Grammatici. Latini. cui. Ordo. Comenſ. ornamenta. Decur. decrevit. Qui. univerſam. ſubſtantiam ſuam. ad. Remp. pertinere. voluit.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Cæciliæ. veriſſimæ, clariſſimæ. memoriæ. ſanctiſſimæ. Fœminæ.
Atilia. Rufina. clariſſ. Fem. et. Cæſonia. Victorina. amicæ. incomparabili.

5. *Romæ.*

S. P. Q. R.

Cejonium. Rufum. Albinum. V.C. Philoſophum. Rufi. Voluſiani. Jud. Ordinarii. Conſ. Filium. Senatuſconſulto. ſuoq. . . . ejus. liberis. poſt. Cæſariana. tempora. I. poſt. annos. CCCLXXX. et. I. auctoritatem. decrevit. Fl. Magnus. Januarius. V. C. VII. Statuarum. Locus. adſignatus. a. Nigro. et. Caſtoniano. Cur. Operum. Publicorum.

NOT. i. e. A. D. 335. Cæſariana enim tempora incipiebant, an. U. C. 708. ante J. C. 45. Voluſianus Pater Coſ. 314.

3. *Exonæ in Catalonia.*

L. Val. L. F. Gal. Faventino. II. Virali. qui. annona. frumentaria. empta. plebem. adjuvit. et. ob. alia. merita. ejus. Collegia. Kalendarium. et. iduaria. duo. Civi. gratiſſima poſuerunt.

4. *Campo Martio, in ara marmorea.*

Bleſius. hoc. Novius. requiem. ſortitus. in ævom
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Contra. Locus. ſanctus. plauſu. qui. excepit. agreſti
Cum. primum. fundo. venerat. hic. Dominus.
Parebat. nemo. Fauni. Nymphæque. ſonabant
Lætitiam. Divum. ſenſit. et. ipſe. locus
Hic. olim. ſtatuis. Urbem. decorabat. et. Orbem
Nomen. habet. Populus. corporis. hic. tumul.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Ti. Claudio. Eſquil. Severo. Decuriali. lictori. Patrono. corporis. Piſcatorum. et. Urinator. Q. Q. III. ejuſdem. corporis. ob. merita. ejus.
Quod. hic. Primus. Statuas. duas. unam. Antonini. Aug. D. N. aliam. Juliæ. Auguſt. Dominæ. noſtræ. S. P. P. una. cum. Claud. Pontiano. Filio. ſuo. Eq. Rom. et. hoc. amplius. eidem. corpori. donaverit. HS. X. millia. N. ut. ex. uſuris. eorum. quodannis. natali. ſuo. XVII. Kal. Febr. Sportulæ. viritim. dividantur. præſertim. cum. navigatio. Scapharum. diligentia. ejus. adquiſita. et. confirmata. ſit. ex. decreto. Ordin. Corporis. Piſcatorum. et. Urinatorum. totius. alv. Tiber. quibus. ex. S. C. coire. licet. S. P. P.

2. *Romæ.*

Anicius. Acilius. Glabrio. Fauſtus. V. C. Conſul dicavit. Tarrut.
Tarrutenio. Maximiliano. V. C. Eloquentiſſimoq. Conſulari. Piceniano. ætatis. XIX. Vicario. Urb. Romæ. Legato. ampliſſimi. Senatus. ſecundo. Socero. exoptatiſſimo. Anicius. Acilius. Glabrio. Fauſtus. V. C. loci. hujus. Ornator. togatam. ſtatuam. libens. poſuit.

3. *Romæ.*

Fl. Peregrino. Saturnino.
A primis adoleſcentiæ ſuæ annis Pace Belloque in Republica deſudanti poſt juges excubias militiæ Tribuno militum Comiti ordinis primi moderanti inluſtrem Sacri Patrimonii Comitivam ſecundo Urbi Præfecto cujus ob teſtimonium morum integritatis adque juſtitiæ ſingularis inluſtris Urbanæ Præfecturæ geminam dignitatem ſacro judicio Æterni Principes detulerunt meritorumque inſignium contemplatione ad Poſteritatis memoriam decorandam Statuam ſub auro fulgentem in foro Divi Trajani erigi conlocarique juſſerunt.



Digitized by Google

NOT. Hic bis Præfectus Urbi erat, ultima quidem vice ſub Valentiniano II. 382. regnantibus ſimul Valentiniano Jun. & Theodoſio magno, qui Saturnino ſtatuam deauratam decernebant, aliter quidem Reyneſius, qui hunc Filium ejus qui Coſſ. 382. erat, fuiſſe exiſtimat.

### 1. *Beneventi.*

M. Cæcilio. Novatiliano
Cur.
Poetæ. et. Oratori. inluſtri
V. C. allecto. inter. Conſulares
Præſidi. Prov. Moeſiæ. Queſ
tori. Africæ. Præfecto. Jurisd.
Hiſpan. Cit. et. Calabriæ
Splendidiſſimus. ordo. Benev
entanorum. privatim. et
Publicè. patrocinio. ejus
Sæpe. defenſi. P. DD.

NOT. Juriſdicund. Hiſpaniæ Citerioris. P. D. D. Poſuit Decreto Decurionum.

### 2. *Neapoli.*

Sanctiſſimo. Deo. Patri.
ex. voto. conſummavit.
Julius. Secundus. Faonius.

NOT. Herculem ſanctiſſimum appellari multis patet inſcriptionibus, & Neapoli religioſiſſime cultum multis argumentis probat Capacius, Hiſt. Neap. l. 1. c. 14. maximam autem Herculis cultûs partem apud Neapolitanos conſtituit Natalis Dei Patrii celebratio ſolennis & anniverſaria III. id. Januarii, uti manifeſtum eſt ex inſcriptione alterâ Neapolitanâ, ubi dicitur Veratius celebraſſe diem feliciſſimum III. id. Jan. Natalis Dei Patrii Neapolitani venatione paſſeris, i. e. Struthiocameli & denis beſtiis, i. e. decem leonib. Africanis & 4 feris dentatis, i. e. elephantis 4, (qui propriè Θῆρες, ſeu feræ) &c. cujus inſcriptionis Siglas ita exprimit Reyneſius. L. D. D. D. C. J. i. e. Locus Datus Decreto Decurionum Coloniæ Juliæ. Colonia Juliæ eſt Neapolis, quia ab Auguſto deducta erat.

3. Romæ.

1. *Romæ.*

Cl. Claudiani. V. C.

Cl. Claudiano. V. C. Tribuno. et. Notario. inter. cæteras. vigentes. artes. Prægloriosiſſimo. Poetarum. licet. ad. memoriam. ſempiternam. carmina. ab. eodem. ſcripta. ſufficiant. adtamen. teſtimonii. gratia. ob. judicii. ſui. fidem. D. D. N. N. Arcadius. et. Honorius. Feliciſſimi. ac. Doctiſſimi. Imperatores. Senatu. petente. ſtatuam. in. foro. Divi. Trajani. erigi. collocarique. juſſerunt.

Εἰν ἑνὶ Βιργιλίοιο νοον καὶ μουσαν Ομηρυ
Κλαυδιανον Ρωμη καὶ Βασιλης εθεσαν

2. *Romæ.*

Cronio. Euſebio. V. C. Æmilia: addita. prædictæ. Provinciæ. contuitu. vigilantiæ. et. juſtitiæ. ejus. Ravennatenſium. Civitate. quæ. antea. Piceni. Caput. Provinciæ. videbatur. Vicario. Italiæ. que. poteſtas. ſupra. dicto. viro. ob. teſtimonium. anteacti. honoris. eſt. adtributa
Petitione. Senatus. contemplatione. vitæ: atque. eloquentiæ. ejus. ab. invictiſſ. Principibus. eſt. delata.

Ημιης.. Αρχοντας 'λοπιτο αινεσησαντο
Βυλη καὶ Βασιλεις τον σοφον Ευσεβιον

Dedicata. V. Id. Novemb. Coſ. Fl. Malleo. Theodoro. V. C.

NOT. Lege potius Crottio. Euſeb. V. C. Conſulari, &c. Græcos verſus ſic emendare tentabat olim Caſaubonus.

Ιταλιης Αρχοντα αγακλυτον αινεσησαντο
Βυλη καὶ Βασιλῆες τυ σοφυ Ευσεβιυ. A. D. 399.

3. *Romæ.*

Fl. Eugenio. V. C. ex. Præf. Prætorio. Conſ. Ordin. deſign. Magiſt. offic. omnium. Comiti. Domeſtico. ord. primi. omnibusq. Palatinis. dignitatib. functo. ob. egregia.

ejus. in. Remp. merita. Huic. D. D. N. N. Conſtantius. Vict. ac. Triumfator. ſemp. Aug. et. Julianus. Nobiliſſ. Cæſar. ſtatuam. ſub. auro. in. foro. Divi. Trajani. quam. ante. ſub. Divo. Conſtante. vitæ. et. fideliſſimæ. devotioni. gratia. meruit. adprobante. ampliſſimo. Senatu. ſumptu. publico. loco. ſuo. reſtituendam. cenſuerunt.

NOT. Cave ne confundas hunc cum iſto Eugenio, qui tyrannidem affectans occiſus eſt 394. pag. 162. 2.

I. *Neapoli:*

Veratio. A. F. Pal. Severiano. Equiti. Rom. Cur. Reip. Tegianenſium. adlecto. in. ordin. Decurion. Civi. amantiſſimo. qui. cum. privilegio. Sacerdoti. Cæninenſis. munitus. potuiſſet. ab. honorib. et. munerib. facile. excuſari. præpoſito. amore. patriæ. et honorem. ædilitat. laudabiliter. adminiſtravit. et. diem. feliciſſim. III. id. Jan. natalis. Dei. Patri. N. Venatione. paſſ. denis. beſtiis et. IV. feris. dent. et. IV. paribus. ferro. dimicantib. cæteroq. honeſtiſſim. apparatu. largiter. exibuit. Ad. honorem. quoque. Duumviratus. ad. cumulanda. munera. Patriæ. ſuæ. libenter. acceſſit. Huic. cum. et. Populus. in. ſpectaculis. aſſidue. Bigas. Statui. poſtulaſſet. et. ſplendidiſſim. ordo. decreviſſ. pro. inſita. modeſtia. ſua. unius. Bigæ. honore. content. alterius. ſumptus. Reipub. remiſit. L. D D D. C. I.

NOT. Vide quæ alibi de his adnotavi.

2. *Romæ.*

Θ K

Cτηλην εθεκαν Νικομηδει
Cυγγενεις ος ην αριστος Ιητρος
Εν ζωοις οτ ην πολλους τε σωσας
φαρμακοις ανωδυνοις ανωδυνον
τη σωμα νυν εχει θανων
Ευψυχω Νικομηδης οστις ουκ
ημην και εγενομην ουκ ειμι και
ου λουπουμαι Ζησας ετη Μ Δ
και ημερας ΚΓ

NOT.

NOT. Diis manibus καταχθονίοις. Cippum poſuerunt Nicomedi affines ejus, qui erat optimus Medicus dum in vivis eſſet, multos autem ſervans medicinis dolorem ſedantibus, nunc ipſe mortuus corpus habet doloris expers. Bono animo ſum ego Nicomedes, qui non eram, & natus eram, non ſum & non contriſtor. Vixi annos 44. dieſque 23.

1. *Romæ.*

Chejonio Contucio V. C. ob egregia facta et rarum veteris ſanctitatis exemplar inluſtraturi proſapiæ ſuæ cujus ope anctam inſtauratamque Tota ſe Provincia gratulatur quo judicante quaſi quodam Parente Primevo ſingulæ civitatis in priſtinam faciem revocatas eſſe letantur Foronovani Deſideria totius Provinciæ præcedentes ſtatuam ad vivacem recordationem et ſempiternam memoriam Poſuerunt.

NOT. Forum. Novum urbs Sabinorum olim nunc deleta.

2. *

Ti. Claudius. Aug. L.
Pallas
Huic. Senatus. ob. fidem
Pietatemque. erga. Patronos
Ornamenta. Prætoria
decrevit
Et. H S. Centies. Quinquagies
Cujus. honore. contentus. fuit.

NOT. Hic est Pallas Claudii Libertus, vel potius Dominus, cujus frater erat Felix, Judææ Præpoſitus, de quo mentio fit in Actis Apoſt. Pallas, honore oblato contentus donum ſprevit, & arrogantius fecit quam ſi accepiſſet, ut ait Plinius.

2. *S. Gilles in Occitania.*

Ataulpho Flavio
Potentiſſimo Regi Regum Rectiſſimo Victori Victorum invictiſſimo Vandalicæ Barbariei depulſori et Cæſareæ Placidiæ animæ ſuæ Dominis ſuis Clementiſſimis Anatilii Narbonenſes Arecomici Optimis Principibus in Palatio poſuerunt ob electam a ſe Heracleam in Regiæ Majeſtatis ſedem.



Digitized by Google

NOT. Atαulphus poſt mortem Alarici regnum ſuſcepit, Placidiamque Honorii & Arcadii ſororem (quam Alaricus captâ Româ ſecum duxerat) in Uxorem duxit A. D. 411. Occiſus eſt à Gothis 415. Placidia ſecundò nubit Conſtantio Aug. & illi peperit Valentinianum Aug. III.

1. *Sueſſæ, in Campania.*

C. Titio. Chreſimo. Aug. II.

Huic. Ordo. Decurionum. quod. pro. ſalute. et. indulgentia. Imperatoris. Antonini. Pii. Fel. Aug. et. ex. voluntate. Populi. munus. familiæ. gladiatoriæ. ex. pecunia. ſua. diem. privatum. ſeundum. dignitatem. Coloniæ. ediderit. honorem. bis. illi. quo. quis. optimo. exemplo. in. Colonia. Sueſſa. habuit. et. ut. aquæ. digitus. in. domo. ejus. flueret: commodiſq. publicis. ac. ſi. Decurio. frueretur. et. Titio. Chreſimo. filio. ejus. ob. merita. Patris. honorem. Decurionatus. gratuitum. decrevit. Ordo. Decurionum. et. Auguſtalium. et. Plebs. univerſa.

2. *Romæ.*

Saturnino. Secundo. V. C. Præſidi. Provinciæ. Aquitanicæ. magiſtro. memoriæ. Comiti. Ord. prim. Procons. Africæ. item. Com. Ord. prim. intra. Conſiſtorium. et. Quæſtori: Præf. Prætorio. iterum. ob. egregia. ejus. in. Remp. merita. DD. NN. Valentinianus. et. Valens. Victores. ac. Triumphat. ſemp. Auguſti. ſtatuam. ſub. auro. conſtitui. locarique. juſſerunt.

3. *Romæ.*

Fl. Stilichoni. V. C.

Fl. Stilichoni. inluſtriſſimo. viro. Magiſt. Equ. Peditumq. Comiti. Domeſticorum. Tribuno. Prætoriano.. et. ab. ineunte. ætate. per. gradus. clariſſimæ. militiæ. ad. columen. gloriæ. ſempiternæ. et. Regiæ. adfinitatis. evecto. Progenero. Divi. Theodoſii. Comiti. Divi. Theodoſi. Aug. in. omnibus. bellis. adque. Victoriis. et. ab. eo. in. adfinitatem. Regiam. cooptato. itemq. ſocero. D. N. Honori. Aug. Africa. Conſiliis. ejus. et. proviſione. liberata. ex. S. C.

NOT.

Digitized by Google

NOT. Stilico in uxorem duxit Serenam, filiam Fratris (cujus nomen non apparet) Theodoſii magni Auguſti. Ita ut Theodoſius Hiſpanus ejus Proſocer eſſet. Ex hac habuit Eucherium extinctum A. D. 409. & Mariam & Thermantiam ambas Honorii Aug. Uxores. Thermantiam autem matri remiſit Honorius 408. quo anno occiſus eſt Stilicho, ſequente Serena ſuffocata. In alia Inſcriptione dicitur Comes Stabuli ſacri. Bis Conſ. quod erat A. D. 405.

1. *Camerini.*

M. Mœnio. C. F. Corn. Agrippæ. et. Uſidio. Campeſtri. Hoſpiti. Divi. Hadriani. Patris. Senatoris. Præf. Coh. II. Fl. Britton. equitat. electo. a. Divo. Hadriano. et miſſo in Expeditionem Brittanicam. Trib. Coh. I. Hiſpanor. equitat. Præ. alæ. I. Gallor. et. Pannonior. Cataphractæ. Proc. Aug. Præf. Claſſis. Britannicæ. Proc. Provinciæ. Britanniæ. Equo. Publ. Parrono. Municipi. Vicani Cenſorglacenſes conſecuti ab indulgentia Optimi Maximiq. Imp. Antonini. Aug. Pii Beneficio interpretationis ejus. privilegia quibus in jure civium aucti confirmatiq. ſunt. D D D.

NOT. Reyneſius legit, L. Tuſidio, & ita explicat Monumentum hoc Camertes honori Benefactoris & Patroni Mænii Tuſidii (qui aliquando Ælium Adrianum, Div. Adriani Aug. Patrem, hoſpitio exceperat) cujus precibus Vicani Cenſoriacenſes Camerini privilegia civium ab Imp. Antonino Pio impetraverunt, dedicaverunt. Proc. non Proconſulem, ſed Procuratorem hoc in loco intellige.

2. *Lugduni. Teſſera Hoſpitalis.*

Mercurius hic lucrum promittit Apollo Salutem. Septumanus hoſpitium cum Prandio qui venerit melius utetur. Poſt Hoſpes ubi maneas proſpice.

NOT. Teſſera hæc erat Hoſpitalis, ſive Lapis Hoſpitii index prope portam affixus, in quo Mercurius lucrum adventantibus promittit, cum jam antiquitus negotiis celebris urbs eſſet Lugdunum, Apollo verò ſalutem ob aeris ſalubritatem, Septumanus tandem diverſorii iſtius hoſpes prandium, poſt cujus uſum Extraneus hoſpes, ubi commorari vellet, proſpicere poterat.



Digitized by Google

1. *Tarracone.*

Cn. Munatius. M. F. Pal. Aurel. Baſſus.
Proc. Aug. Præf. Fabr. Præf. Coh. III.
Sagittariorum. Præf. Coh. II. Aſtyrum.
Cenſitor. Civium. Romanorum.
Coloniæ. Victricenſis. quæ.eſt.
in Britannia Camaloduni.
Curator. viæ. Nomentanæ.
Patronus. ejuſdem. municipi.
Flamen. Perpetuus. Duumvirali
poteſtate. Ædilis. Dedicator. IIII.

2. *Narbone.*

L. Afranius. Cerealis. L.
Eros. IIIIII. Aug. Domo. Tarracone. Oſpitalis. a. Gallo Gallinacio. Afrania. Cerealis. L. Procilla. Uxor. Afrania. L. Luranie. F. annorum. XI. Hic. ſita. eſt.

**NOT.** Ita [e]xplicat Cl. Sponius, Lucius Afranius Cerealis Libertus Eros Sextumvir Auguſtalis domo Tarraconenſi Narbonam migraverat ubi Hoſpitis ſive Hoſpitalis profeſſionem exercebat, cujus Hoſpitio inſigne fuit Gallus Gallinaceus; itaque ex hâc rarâ inſcriptione diſcimus antiquos, non ſecus ac recentiores, in Diverſoriis inſignia veluti animalia appendere ſolitos fuiſſe. Ingenioſè ſi modo verè.

3. *Romæ, cum effigie Miltiad.*

Μιτιαδης

Qui. Perſas. bello. vicit. Marathonis. in. arvis
Civibus. ingratis. et. patria. interiit.

Παντες. Μιλτιαδη. Ταλαρηια. εργα. ισασιν.
Περσαι. και. Μαραθων. σης. αρετης. τεμενος

1. *Anagniæ.*

Digitized by Google

1. *Anagniæ.*

L. Cominio. L. F. L. N. Pal. Firmo. Pr. Q. ær. et. Alim. Oppiæ. Sex. et. Ↄ. L. Ennoæ.

Exemplum. periit. caſtæ. lugete. Puellæ.
Oppia. jam. non. eſt. erepta. eſt. Oppia. Firmo.
Accipite. hanc. animam. numeroque. augete. Sacrorum.
Arria. Romano. et. tu. Graio. Laodamia.
Hunc. titulum. meritis. ſervat. tibi. fama. ſuperſtes.

2. *Cereto, in agro Veronenſi.*

D. M.

P. Hoſtilio. P. F. Pob. Campano. Venatori. P. Hoſtilius. Tertius. Decurio. Veronen. et. Abidia. maxima. Parentes. Piiſſim. et. ſibi. Qui. vixit. ann. XXV. D. XXV. ſine. crimine. vitæ. florentes. annos. mors. ipſa. eripuit.

Vivite. felices. moneo. mors. omnibus. inſtat.
Exemplum. a. nobis. diſcite. qui. legitis.

3. *Pannoniæ, in ripa Danubii prope Budam, adſcriptum monumento Sorani Batavi.*

Ille. ego. Pannoniis. quondam. notiſſimus. oris
Inter. mille. viros. Primus. Fortiſque. Batavos
Hadriano. potui. qui. Judice. vaſta. profundi
Æquora. Danuvii. cunctis. tranſnare. ſub. armis
Emiſſumque. arcu. dum. pendet. in. aere. telum
Ac. redit. ex. alia. fixi. fregique. ſagitta
Quem. neque. Romanus. potuit. neque. Barbarus. unquam
Non. jaculo. miles. non. arcu. vincere. Parthus.
Hic. ſitus. hic. memori. ſaxo. mea. facta. ſacravi
Viderit. anne. aliquis. poſt. me. mea. geſta, ſequatur
Exemplo mihi. ſum. Primus. qui. talia. geſſi.

NOT.

Digitized by Google

NOT. Jacobus Hommey, Auguſtinianus, vir doctus, in nupero ſupplemento Patrum 1686. ait ſe inveniſſe hos, cum aliis, verſus, in Cod. MS. Julio. Cæſari tributos. Sed ille ipſe, Marbodi Epiſcopi Redonenſis qui floruit circa A. D. 1120. forte eſſe conjicit. Sed profectò ita Julii Cæſaris ſunt, ut Marbodi, i.e. neutrius; quanquam enim Marbodus ſui temporis poetarum eſſet ſummus, nuſquam tamen ad has laudes aſpiravit.

Affectus

Digitized by Google

# Affectus Parentum, Liberorum, Conjugum, Servorum, aliorumque.

*1. Roma.*

L. Abuccius Hermes in hoc ordine ab imo ad ſummum Columbaria IX. Ollæ XIIX. ſibi Poſteriſque ſuis.

2.

L. Abuccius Socrates ſibi et Abucciæ Gnomeni. L. Poſteriſq. ſuis Columbaria continua VII. ab imo Oll. XIV.

3.

L. Abucci Myronis hoc ordine Oll. IIII. Columbario I et II.

4.

L. Abucci Caſti Abucciæ Auræ. L. Abucci Maximi Abucciæ Hedone. Col. VIII. Ollæ XVI. linea perpetua.

NOT. Ollæ in Epitaphiis, Urnæ ſunt in quibus defunctorum cineres recondebantur. Columbaria ſunt repoſitoria ſive foramina ſub fornicibus in quibus Ollæ reponebantur; Columbaria continua ſunt quæ ordine ſequuntur, ſine ullo aliquo intermedio ſicut 1. 2. 3. 4. &c. Sic etiam Ollæ, lineâ perpetuâ: in ſingulis his Columbariis duæ erant Ollæ, cum his Inſcriptionibus, aliiſque ejuſmodi quæ ad Abucciorum Familiam ſpectabant; ſed hæc in rem noſtram ſatis.

*1. Roma.*

Digitized by Google

1. *Romæ Tab. Marmorea.*

Valerius Syneros in hoc Monumento emit L. Calpurnio Sperato et Nonia Fortunata Ædic. et Columb. XX. Ubi ſunt Ollæ Oſſuar. XIIII. cum ædicula.

Ollæ Oſſuariæ ſunt Urnæ quæ Oſſa tenent. Dicuntur etiam ſubſtantivè Oſſuaria, & Cineraria. Ædicula eſt capſula vel loculus.

2. *Romæ.*

Calpurnia Reſtituta emit de Synerote Columbaria N̄. IIII. Ollas. N̄. VIII. et Cinerarium Medianum et Phæbo Conjugi ſuo et ſibi Poſteriſque ſuis.

N O T. Cinerarium hoc in loco ab olla & urna differre planum eſt, ſed qua in re non certò mihi conſtat; Medianum quod in medio eſt.

3. *Romæ.*

D M

Fulvius Chariſius in Hypogeo. . . . .
Inſtruxit N̄ XIII. ſibi et ſuis Lib. . . . .
Chariſi habe et tu qui leges be. . . . .
Ego omnibus meis bene feci et qu. . . . .
Pſi per errore ignoſcetis de cete
is ſciatis amici tres Uxores h. . . . .
Quidem dolui ſet non ſunt qua. . . . .
Modo Quartaria ſortem ductam ſu. . . . .

N O T. Hypogæum erat Camera ſubterranea reponendis Defunctorum Cadaveribus, & Sarcophagis, quod à Latinis dictum eſt Repoſitorium cujus pars aliqua eſt Adparatorium.

4. *Tiburi.*

Hic locus ita uti Maceria cluſus eſt ad Religionem Sepulturæ Lolliarum Atticillæ Filiæ et Stactes Uxoris et M. Lolli Amaranti.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ Capita Homeri & Menandri duobus terminis impoſita.*

Ομηρος

1 Ηρωων καρυκα αρετας Μακαρων τε Προφηταν
Ελλανων δοξης δευτερον αελιον
Μουσαων φεγγος Ομηρον αγηρατον στομα κοσμου
Παντος ορας τουτον Δαιδαλον Αρχετυπον

2 Ουκ εθος εστιν εμοι φραζειν γενος ουδ' ονομ' αυτου
Νυν δ' ενεκ' Αιλιανου παντα σαφως ερεω
Πατρις μοι χθων πασα τοδ' ουνομα φασιν Ομηρον
Εστι δε Μουσαων ουκ εμον ουδεν επος

3 Ει μεν θνητος εφυς πως αθανατον Σε εποιησαν
Μουσαι και Μοιρων νημα ανεκλωσαν Αναξ
Ει δ' ησθα ἀθανατος πως εν θνητοις Σε αριθμουσιν
Ου μα σε ταυτ' εχρην Σεμνε Ποιητα φρονειν
Αλλ εγνων το αληθες επει το σαφες διαφευγει
Ανθρωπιν φασιν θειε σε Ομηρε τελειν.

Μενανδρος

1 Εχρην μεν στησαι συν Ερωτι φιλω σε Μενανδρε
Ω Συνζων ετελεις οργια τερπνα Θεου
Δηλος δ' ει φορεων αει Θεον οπποτε και νυν
Σην μορφην κατιδων αυτικα πας σε φιλει

2 Φαιδρον εταιρον ερωτος ορας Σειρηνα θεατρων
Τονδε Μενανδρον αει κρατα τιναζομενον
Ουνεκ αρ ανθρωπους ιλαρον βιον εξεδιδαξα
Ηδυνας σκηνην δραμασι πασι γαμον

3. Ου

3 Ου φαυλως εστησα κατ οφθαλμους σε Μενανδρε
Της δε γ Ομηρειης φιλτατε μου κεφαλης
Αλλα σε δευτερα εταξε σοφος κρινειν μετ εκεινον
Γραμματικος κλεινος προσθεν Αριστοφανης

NOT. Credo diverſos diverſorum luſus eſſe, in hæc capita, ſed qui nec magnam vetuſtatem nec elegantiam ſpirant.

1. *Romæ.*

Et hic locus Macereola cluſus ad familiam Meſſianam et Clodianam pertinet.

NOT. Maceria & Maceriola, muri ſunt & ſepta quibus Sepulchrorum areæ claudebantur.

2. *Romæ.*

Diis Manibus
M. Herennius. M. L. Leonta et Publicia N. L. Cleopatra fecerunt ſibi. et. Lib. et Libertabus ſuis Poſteriſq. eorum. et quoſ teſtamento nominaro. Frons areæ et Monim. P. XXXIV. in Agr. P. XXIV.

NOT. Area eſt Sepulchri longitudo & latitudo, i. e. terræ quæ Monumento adſignabatur. Frons hujus Areæ & Monumenti erat pedes 35. longa: in Agro pedes 24. lata.

*Mille pedes in fronte, trecentos Cippus in agro*
*Hic dabit, hæredes monumentum ne ſequeretur.* Horat.

3. *Romæ.*

Q. Cetronius. Q. F. Pub. Paſſer.
Mil. Coh. IIII. Pr. annis. XVIII. miſſus. Duobus. Geminis. Cos. ſibi et. Maſuriæ. M. F. Marcellæ.

Vixi. quod. volui. ſemper. bene. pauper. honeſte.
Fraudavi. nullum. quod. juvat. oſſa. mea.

in. fronte. ped. XI. S. in. agro. P. XIII. S.

NOT.

NOT. A. D. 29. Secund. æram communem. Sed ſecundum Lactantium alioſque 33. quippe qui Chriſtum crucifixum his Coſſ. affirmat. an. U. C. 782. & natum ideò 749. quod veriſimile eſt.

1. *Fani Fortunæ.*

L. Lartidius. M. L. Hilarus. Sexvir. ſibi. et. Lartidiæ. Philemæ. Conlibertæ. et. Concubinæ. ſuæ. et. Cleopatræ. liber. vivos. fecit.

2. *Odolingi, in Monteferrato.*

T. Lollius. T. Lollii. Maſculus. IV. Vir. Bondicomenſis. hic. propter. viam. poſitus. ut. dicant. Prætereuntes. Lolli. vale.

3. *Mediolani.*

V. D. M. F.

Maximus. Maximinus. Primitivus. VI. Vir. Mediolan. ſibi. et. Rociæ. Secundinæ. Conjugi. incomparab. qui. vixit. annis. XXI. et. Rocio. Max. Maximini. filio. qui. vixit. ann. unum. men. VI. et. Rociæ. Primitivæ. Filiæ. Pientiſſimæ. qui. tibi. dum. ſtaret Pater ad torum, ſic ait. O miſer quid gemis et lacrimas quod te miſerande relinquo. Te non turbemus iſta fatalia dantur. qui vix. ann. XVIII. menſ. VI. in agr. P. XIX. in fr.

NOT. V. F. Vivus fecit, qui pro quæ.

4. *Patavii.*

P. Manlius. Surus. P. F. IIII. V. Cap. et. Pomponia. Cn. F. Maritali. concordia. incomparabili. S. V. P. Hac. F. Sine. ulla. pena. ut. ſuperſtes. roſis. S. jacentis. quotannis. kal. Jun. exornet. hicq. cum. Sur. omnibus. epulentur. ques. moriens. damnet. ad. tale. Poſteros. qui. ſupererint. huc defunctum. nihilo. immutato. quod. ad. cor.

. . . . . . attinet. comitetur. quam

. . . . . . t. omnibus. immutabili. F. L.

. . . . . . . i. dum. N. S. H. M. nam. ut. concors. vivorum. animus. ſtetit. ita. concors. mortuor. cinis. hic. jaceat.



Digitized by Google

1. *Aquileiæ.*

Patroclorum.

Ulpius Priſcus animæ merent Cervonia Tyche V. F. ſibi et Lib. Lib. Poſteriſq. eor. Si quis hanc arcam ſive hoc moniment. vendere aut emere aut exancıſclare volet tum pœnæ nomine H S. XX. P. P. Aquile dare debebit.

N O T. Obſervare nos vult Sponius Cl. vocem antiquam — *exanciſclare*, pro *diſtrahere* uſurpatam. Ego quidem nec antiquam nec recentem eſſe invenio, ſed per Marmorarii errorem poſitam pro *exalienare*, vel *extraneis dare*. P P. forte Populo Aquilez.

2. *Romæ.*

D M

Ulpiæ Sabinæ Conjug. Optimæ et Dulciſſimæ et bene merenti
Rufinus Epheſtion locum conceſſum et donatum ab heredibus Flavi Libani quæ poſita eſt infra hanc Tricliam in Long. p. VII. in Lat. p. V.

N O T. Tricliæ, Trichilæ, vel Trichilia; Græcis τρεχέιλα & τρεχέλιον, à voce τρεχελὸν curvum, ſunt pergulæ arcuatæ, ex arundinibus inflexis, & opere topiario colligatis contextæ, inquit Sponius docente Salmaſio.

3. *Romæ.*

Ovidianus. Poeta. hic. quieſcit.

4. *Lugduni.*

Bonæ. memoriæ. et. ſpei. æternæ. ſpiritu. quoq. incomparabili. Feliciæ. Miniæ. Feminæ. rariſſimæ. caſtitatis. exempli. affectionis. plenæ. erga. omnes. homines. Julius. Primitius. Dec. CCC. Aug. Lug. Conjugi. incomparabili. quæ. vixit. ann. XXXII. M. V. D. IIII. ſine ulla. querela. ſibique. vivus. fecit. et ſub. aſcia. dedicavit.

πενταδὶ υγιαινε λουεχ

NOT.

NOT. Neſcio quid ſibi hæc poſtrema volent. Sub Aſcia dedicare idem eſt ac ab inchoato curare, de novo facere, vel marmorariis fabriſque faciendum locare. Illorum enim inſtrumenta & ὄργανα λαξευτικὰ ſunt dolabra aſciæque. Obſervarunt viri docti, *ſub aſcia ded.* non niſi in Gallicis Inſcriptionibus inveniri, aut ſaltem perrarò in aliis his Siglis notabant brevitati ſtudentes. S. A. D. hinc derivatur Gallica vox *Hache*, Anglica Hatchet. Nich. Chorier. ſub aſcia, *ſub dio*, ἀσκία ſine umbra explicat.

### 1. *Lugduni.*

D. M.

Et. memoriæ. æternæ. C. Liberii. Deciman. Civi. Viennenſi. Nautæ. Ararico. Honorat. Utriclario. Lugduni. conſiſtenti. . . . Atrona. Martia. NI. Conjugi. kariſſimo. qui. cum. ea. vixit. ann. XV. menſib. III. et. Dieb. XV. ſine. ulla. animi. læſione. ponendum. curavit. et. ſub. aſcia. dedicavit.

### 2. *Romæ.*

D. M.

L. Tulli. Diotimi. Viatoris. qui. Conſulibus. et. Prætoribus. apparuit.

Poſteriſq. ejus et. Brittiæ. Feſtæ. Uxori. Sanctiſſ. et. Pientiſſ. de. HS. X. quam ſummam Diotimus. impendi. juſſit. Brittia. Feſta. Uxor. adjecta. impenſa. conſummavit.

### 3. *Romæ.*

Dis. Manibus.

Varia. Myrina. ſibi. et. C. Silvio. Variano. VI. Viro. Filio. Piiſſ. Qui. v. an. XXI. qui. quid. eſſet. maledicere. neſcit. non. tam. quam. mater. hoc. teſtimonium. reddatur. ſola. hoc. teſt. mihi. cum. quandoque. reddent. inferi. H. P. Flavio. Junio. et. meis. meorumve.

NOT. Non intelligo.



Digitized by Google

1. *Mediolani.*

Valer. Quintæ. caſtiſſimæ. Feminæ, Quæ. vix. ann. XX. M. III. D. XV. Aureliu. Probianus. V. E. Conjugi. incomparabili. et. Obſequentiſſimæ.

2. *Sueſſæ fragment.*

Hic. nunc. Campanas. moderator. ſublevat. urbes
Unde. ergo. et populi. ſtatuam. tribuere. Sueſſo.

3. *Tarviſii fragm.*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . Honorem. decurionatus. quo. eum. dignum. judicaverat. poſt. finitæ. mortalitatis. ejus. exceſſum. transferret. in. M. Sauffeium. et. Pudentem. proximum. adfinem. ut. haberet. et. Priſcus. in. illa. ſede. perpetua. relictis. tandem. nimiæ. infirmitatis doloribus. honorato. ſuo. adfine: ſplendidum. publicæ. pietatis. adfectum. et. Parens. ejus. qui. amiſſo. unico. filio. nimio. mœrore. graviter. adflictus. eſt. tam. ſævi. luctus. perciperet. ſublime. ſolatium. interventu. . . . . . . . . . . . . . . . . benigniſſimi. decreti.
Octaviæ. T. F. Serenæ. Opt. Conjugi. M. Saufeius. Pudens. T. Sauf. Severus. Saufeio. Montano. Fil. annorum. III. Mulviæ. T. F. Severæ. ſanctiſſ. Uxori. vivi. fecerunt.
H. M. H. N. S.
in. fr. p. XXXIIII. Retro. p. XXXV.

NOT. Hoc Monument. Hæredem non ſequitur.

4. *Oſtiæ.*

| | |
|---|---|
| L. Voluſeio. C. L.<br>Dio. VI. Aug. idem<br>Quinquennal.<br>Have. Diæ.<br>Bene. valeas.<br>Quiſquis. es. | Juliæ. S P. F<br>Thaidi<br>Have. Thais.<br>Dii. Tibi.<br>bene. faciant. |

1. *Parmæ.*

Digitized by Google

1. *Parmæ.*

D. M.

L. Æmili. Victoris. qui. pridie. natalem. ſuum. viceſimum ſecundum. pruna. in. penſili. poſita. urguente. fato. ſanum. ipſe. necavit. Sel. L. Æmil. Victor. Principalis. et. Ælia. Veneria. Filio. pientiſſimo. et. ſibi.

2. *Romæ.*

Dis. Man. Sacrum.
T. Campilio. T. F. Manipulari.
Vix. ann. XXXIX. D. XVI.
Campiliæ. Feſtæ. Sorori. ſuæ.
Vix. ann. XXII. men. III. D. VI.
Campilio. Rufino. Nepoti.
Vix. ann. XII. M. VIII. D. IX.
Et. Albanæ. Merulæ. Uxori.
Ben. de. ſe. mer. ann. XXXIII. M. VI. D. IV.
Et. Campilio. Albano. Infanti.
Dulciſſ. ann. II. M. V. D. IIII.
Quos. dii. irati. uno. die.
æterno. ſomno. dederunt.
T. Claud. Hermes. dolens. de. ſuo.
fecit.

3. *.

D. M.

L. Menobius. Syrus. Leg. II. adju. ſibi. et. Saladiai. Conjugi. Caſtiſſ. Quæ. mihi. ſolatio. data. et. cineri. juncta. hic. poni. volo. M. H. N. S. ne. qui. eo. poſtea. inferantur. Felix. lapis. C. T. F. J.

4. *Novoburgi ad Danubium.*

D. M.

Tib. Caſſio. Conſtantino. Juniori. miſerrimo. qui. vixit. annos. III. M. IIII. D. XXII. Fecit. Tib. Cl. Conſtantinus. Pater. filio. dulciſſimo. a. quo. faciendum. ſibi. optaverat.



Digitized by Google

verat. et. Caſſiæ. Veræ. Matri. ejus. et. Claudiis. Januario. Victori. et. Marcellino. libertis. fideliſſimis. vivis. fecit. item. Fideli. quondam. et. Caro. et. Modeſto. ſuis. kariſſimis.

1. *Tarracone.*

D. M.

Bene. ſit. tibi. viator. qui. me. præteriſti. Paulus. hic. jaceo. miles. am. P. Blacanæ. natus. vix. ann. C. ſi. quid. ſupervixi. hic. Meſoleus. nemini. II. debet.

NOT. Am. P. Amator Patriæ. Hoc mauſoleum ( i. e. ſepulchrum ) ſecundo nemini debetur, i. e. nemo alius huic inſeratur.

*Ibid.*

Bene. ſit. tibi. viator. qui. me. præteriſti. voluiſſem. tamen. niſi. legendo. præteriſſes. Si. Miles. male. ſit. tibi. Ego. T. Planc. Glautia. Atilia. natus. miles. eram. et. ordo. milit. ore. pio. manes. debet. militar. ſalvere. bene. vixi. et. mihi. et. meis. et. Patriæ. neque. ullæ. de. me. F. Mans. querelæ. Glaucia. mater. me. hic. poſuit. natum. LXXXVIII. an. cum. ipſa. CXVII. jam. an. ageret. Felix. ſi. ego. eam. ante. humaſſem.

NÔT. F. Mans. neſcio quid ſibi volent.

3. *Lugduni.*

Memoriæ. perenni. quieti. æternæ. Tertiniæ. Victorinæ. Feminæ. rariſſimæ. ſtolatæ. quondam. ſpirito. incomparabili. Tertinius. Severianus. 7. Leg. II. Aug. cum. Paternia. Victorina. et. Tertinia. Tertina. filis. P. C. et. S. aſcia. D.

χαιρε Νιχγοι — υγιαινε Νιχγοι

1. *Fl.*

Digitized by Google

1. *Fl. Celinæ in ripa in Noricis.*

C. Hoſtilius. et. P. Egnatius. Veitor. XV. leg. Tribuni. P. S. P. Q. P. dimicantes. pariter. heic. occiſi. pariter. jacent. ſingulare. Poſteris. exemplum. et. caritatis. et. fortitudinis.
Cilinenſes. XXI. dies. atrati. luxerunt.

2. *Prope Goriciam.*

C. Hoſtilius. et. P. Egnatius. Veitor. XV. legionis. Tribunus. pro. S. P. Q. R. cum. barbaris. dimicantes. pariter. occiſi. pariter. hic. jacent. ſingulare. Poſteris. exemplum. et. caritatis. et. fortitudinis.
Noreenſes. XXI. dies. atrati. luxerunt.

NOT. Audiebam multoties Sanctorum corpora diverſis locis eodem tempore manere; Tribunorum autem non antehac.

3. *Genevæ.*

D. M. S.
C. Julius. Cæſar. Longinus. D. Cil. C. Juli. Leibertus.
Perruptis. montibus. huc. tandem. veni. ut. hic. locus. meos. contineret. cineres. Apollo. tuam. fidem.
Vixit. anos. XLI. Meſſ. III. D. XIII. hor. null. T. Fulvius. D. D. L. Commilito. Commiliton. Vale. Longine.
aiternu. S. T. T. L.

NOT. Sit tibi terra levis.

4. *Romæ.*

Byræ. Canacianæ. Liviæ. Aug. Ser.
a. Veſte. magn.
Ti. Claudius. Alcibiades. Mag.
a. Bybliotheca. Latina. Apollinis.
Item. Scriba. ab. Epiſtulis. Lat.

NOT. Byra vel ſervabat vel faciebat veſtes magnas Liviæ Aug. vel forſan ornatrix. Aliud erat officium à veſte privata.



Digitized by Google

*1. Romæ.*

| | |
|---|---|
| Diis. Man. S. | Oſſa. |
| C. Julius. Falix. | C. Julius. C. L. |
| A. Bybliotheca. | Nicomachus. a. Jano. |
| Græca. Palatin. | Prim. Pal. |

*2. Tarracona.*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . t. leg.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ntis
N. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . fragmen. IIII.
Manes. ſi. ſaperent. miſeram. me. abducerent. conjugem. vivere. jam. quo. me. lucem. jam. nolo. videre.
Dulcem. carui. lucem. cum. te. amiſi. Ego. Conjux. has tibi. fundo. dolens. lachrimas. dulciſſime. conjux.
Lachrimæ. ſi. proſint. viſus. te. oſtende. videri. ſemper. in perpetuo. Vale. mihi. Cariſſime. Conjunx.

*3. Romæ.*

D. M.

Flavio. Severo. Filio. kariſſimo. qui. vix. ann. VI. M. V. Fl. Vitalis. Evok. et. Glycera. Parentes. infeliciſſ. maſ. exſtrucſè. item. Africano. Lib. benemer. vix. an. XVIII. Hic. deceſſit. lib. XVII. k. Sept. habet. Maſ. P. XII. Filius. kariſſim. deceſſit. XVIII. kal. Octob. depoſitus. P. XII. in. Vaſcello. et. Maſſa. a. fundus. poſtea. placuit. lapide. Tibur. ambos. in. ſe. circundare. et. titulum. inſcribere. D. C. Meſſala. et. Sabino. Coſſ.

NOT. A. D. 214. ſub Caracalla. Evocati erant liberi homines, qui cùm vel propter ætatem vel quod ſtipendia legitima confeciſſent, cogi non poſſent, voluntarii tamen militabant. Maſſa eſt certus agrorum modus. Hîc pro ſepulchro.

*1. Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

L. Val. Fronto. milit. in. leg. XXX. emit. in. hoc. prædium. et. in. hac. area. fecit. ſibi. ubi. poneretur. et. reliquit. Liberto. Baſſo. et. Ipoph. M. L. Cuſtodibus. futuris. quid. ex. eis. natum. fuerit. ne. cui. liceat. hoc. prædium. vendere. Poſterisq. eorum.

2. *Viâ inter Neapolim & Nolam.*

D. Servili. D. L. Apolloni. Medici. Servilia, D. L. Ambroſia. fecit. Patrono. ſuo. et. ſibi. et. ſuis.

Υιδ. Επαφου. γεννημα. Σοφοις. επεικελος. ανηρ
Κειμαι. Ρωμαιων, σπερμα πολυκτεανων
Κλητομενος. Δεκιμος. Σερουιλιος. ειδ. εκ. ελθων
Εννεα του δεκαδων. και τελα. ουκ. ελεγον.

3. *Arigniani.*

C. Calpurnius. Aſclepiades. Pruſa. ad. Olympum Medicus. Parentibus. et. ſibi. et. Fratrib. Civitates. VII. a. Divo, Trajano. impetravit. Natus. III. nonas Martias. Domitiano. XIII. Coſ. eodem die quo et uxor ejus Veronia Chelidon Cum qua vixit ann. LI. ſtudiorum et morum cauſa Probatus a Viris Clariſſ.
Adſedit Magiſtratibus Pop. R. ita ut in aliis et in Prov. Aſia. Cuſtodiar. . . . : . in urna
Judicum. Vixit. ann. LXX.

NOT. Aſclepiades natus erat, A. D. 88. mortuus A. D. 158. ſub Antonino.

4. *Romæ.*

D. M.

Valeriæ. Berecundæ. Jatromeæ. Regionis. ſuæ. Primæ, q. v. ann. XXXIV. M. VIIII. D. XXVIII. Valeria. Vitalis. Filia. Matri. dulciſſimæ. et. P. Gellius. Bitalio. Conjugi. ſanctiſſimæ. b. m. f. c. et. ſibi. et. Gellio. Chreſimo, Fratri, et.

et. Juliæ. Chreſte. ſorori. Et. Ego. Vitalio. Chreſten. S. S. quam. vice. Filiæ. adtendò. et. liberis. eorum. hoc. monumentum. et. loci. ſcalare. cubiculi. ſuperioris. F.C. et. Lib. Lib. q. P. T. R. q eorum. Petrei. bibas.

NOT. Libertis. Libertabusque. Poſteriſque eorum. Petrei. vivas, b pro v, per totam inſcript.

1. *Romæ.*

D. M.

P. Ælio. P. F. Bellenio. Ariſtoni. electo. ob. fidem. et. induſtriam. ſuam. a. Tribulibus. Tribus. Palatinæ. corporis. ſenioris. Clientium. Perp. Scribæ. et. Viatori. et. in. ea. adminiſtratione. ita. verſato. ut. Univerſi. Tribules. qui. advivente. eo. dono. Delphicæ. æreæ. cum. omni. cultu. exornatæ. ſed. et. teſtamento. diviſione. exequiarum. ejus. honorati. ſunt. tam. integrum. et. induſtrium. Virum. amiſſum. dolerent

P. Æl. Bellenius. Ariſto. Filius. Patri. cariſſimo. et. Claudia. Quartilla. Conjugi. cariſſimo. cum. quo. vixit. annis. XXVI. men. VIII. die. I. perſeverante. inter. ſe. concordia. in. diem. quoctum. vivere. licuit. ſibi. ac. ſorori. Fratribusq; ſuis. et. Claudiæ. Primæ. ac. Poſteris. etiam. Libertis. Libertabusq. Poſteriſq. eorum.

2. *Nolæ.*

Nardu. Poeta. Pudens. hoc. tegitur. tumulo.

3. *Romæ.*

D. M.

Dang. Conſidio. Alcidн. Tataн. bнnн. mн нnti. itнm. C. Conſidius. Alcimus. Patrono. bнnнmнrнnti. libнrtis, libн tabus. quн. Poſt нrisquн.

NOT. н pro e, & aliquando II.

1. *Aquileiæ.*

## 1. *Aquileiæ.*

Imp. Cæſ. Veſpaſianus. Aug. Pont. Max. Trib. pot. II. P.P. Cos. III. deſign. IV. Imp. VI. Veteranis. qui. militaverunt. in. Claſſe. Ravennate. ſub. Sex. Lucilio. Baſſo. qui. Sena. et. Vicena. ſtipendia. aut. plura. meruerunt. et. ſunt. deducti. in. Pannoniam. quorum. nomina. ſubſcripta. ſunt. ipſis. liberis. poſterisq. eorum. Civitatem. dedit. et. conubium. cum. Uxoribus. quas. tunc. habuiſſent. cum. eſt. Civitas. Is. data. aut. ſi. qui. cœlibes. eſſent. cum. iis. quas. poſtea. duxiſſent. duntaxat. ſingulis. ſingulas. non. Apr. Cæſare. Aug. F. Domitiano. Cn. Pedio. Caſto. Cos. Ilatori. Veneti. F. Centurioni. Amæzio. deſcriptum. et. Recognitum. ex. tabula. ænea. quæ. fixa. eſt. Romæ. in. Capitolio. ad. aram. gentis. Juliæ. deforas. podio. ſiniſteriore. tab. T. pag. II. loc. XXXXIIII.

NOT. A. D. 70. Kal. Jul. Faſti Coſſ. Mutianum Domitio Collegam apponunt. Septem nomina Veteranorum non exſcripſi.

## 2. *Salonæ:*

Imp. C. D. Veſpaſiani. F. Domitianus. Aug. Germ. P. Max. Tri. pot. XII. Imp. XXII. Coſ. XVI. Cenſor. perpetuus. P. P.

Pedit. et. Equitibus. qui. militant. in. Coh. II. Alpinorum. et. in. VIII. Voluntariorum. Civium. Rom. qui. peregrinæ. conditionis. probati. erant. et. ſunt. in. Delmatia. ſub. Q. Ponponio Ruſo. qui. V. et. XX. ſtipendia. aut plura. meruerunt. item. dimiſſo. honeſta. miſſione. &c. Ad. III. id. Julias. M. Lollio. Paulino. Val. Aſiatico. Saturnino. C. Antio. Jul. Quadrato. Cos.

NOT. A. D. 92. non exſcripſi quæ eadem cum præcedente Inſcriptione fuerunt.

1. *Neapoli*

1. *Neapoli in Tabella ærea palmaris magnitudinis.*

Imp. Cæſar. M. Julius. Philippus. Pius. Felix. Aug. Pontif. Max. Trib. Pot. IIII. Coſ. III. Deſ. P. P. Proc. et. Imp. Cæſ. M. Julius. Philippus. P. F. Aug. Pont. Max. Tr. Pot. IIII. Coſ. II. Deſignat. P. P. Iis. qui. militantes. ſunt. in. Claſſe. Prætoria. Philippiani. ſeu. Miſenenſe. quæ. eſt. ſub. Ælio. Æmiliano. Pr. Octonis. et. Vicenis. ſtipendiis. dimiſſis. H. M. Quorum. nomina. ſubſcripta. ſunt. ipſis. filisque. eorum. quos. ſuſceperint. ex. Mulieribus. quas. ſecum. conceſſa. conſuetudine. vixiſſe. probatæ. ſint. Civitatem. Romanam. dederunt. et. Conub. cum. iſdem. quas. tunc. ſecum. habuiſſent. cum. eſt, Civitas. iis. data. aut. ſi. qui. tunc. non. habuiſſent. cum. iis. quas. poſtea. uxores. duxiſſent. duntaxat. ſingulis. ſingulas. ad. V. Kal. Jan. Imp. M. Julio. Philippo. Pio. Fel. Aug. Coſ. Deſ. III. et. Imp. M. Julio. Philippo. Pio. Fel. Aug. Coſ. II. Deſ. Coſ. ex. Optione. T. Fl. T. Fil. Alexandro. N. Ital. D. Miſen. et. Marc. Proculæ. Ux. Ej. et. Marc. Alexandro. et. Fl. Marco. et. Ulp. Sabino. Aurel. Fauſtæ. Fil. ejus.

Deſcript. et. Recognit. ex. tabula. ænea. quæ. Fixa. eſt. Romæ. in. muro. poſt. templum. Divi. Aug. ad. Minervam.

NOT. H. M. Cl. Sponius explicat; *Hac Miſſione.* Sed certè aliud agebat. H. M. eſt *Honeſta Miſſione*, proculdubio hoc in loco. N. Ital. D. Miſen. Natione Italo, Domo Miſenis. A. C. 248. Harum Miſſionum Archetypa ad Deorum templa reponebantur, ne falſis tabellis Reipublicæ fraus fieret.

2. *Cierta in Hungaria.*

Imp. C. D. Veſp. F. Domitianus. Aug. Germ. P. Max. Tr. P. XI. Imp. XXI. Cos. XVI. P. P.
Iis. qui. milit. in. Claſſe. Flavia. Mæſica. quæ. eſt. ſub. Sex. Octavio. Frontone. &c.

NOT. Sicut ſupra, & eodem anno, ſed paulò ante, viz. XVIII. Kal. Jul.

1. *Cremonæ.*

Digitized by Google

1. *Cremonæ.*

Imp. Cæſ. D. Trajani. Parth. Filii. D. Nervæ. Nepos. Trajanus: Hadrianus. Aug. P. Max. Tr. P. XII. Coſ. III. P. P.
Iis. qui. militaverunt. in. Claſſe. Prætoria. Miſenenſi. quæ. eſt. ſub. Julio. Frontone. VI. et. XX. Stipend. emeritis. dimiſſis. honeſta. miſſione. quor. nomi. &c. Ad. XII. Kal. Mart. P. Juventio. Celſo. II. Q. Jul. Balbo. Cos.
Deſcript. et. Recogn. ex tab. ænea. quæ. fixa. eſt. Romæ. in Muro. poſt. templum. Divi. Aug. ad. Minervam.

NOT. A. D. 129. Notandum eſt, Milites Claſſiarios, 26 ſtipendia meruiſſe; alios 25. Dimiſſiones militum erant tres, honeſta quæ, emeritis ſtipendiis ab Imperatorib. indulgebatur. Cauſaria, cum vel animi, vel corporis vitium, ineptum militem, reddebat, & inidoneum. ( Et tales, à Livio *Cauſarii* dicuntur.) Tertia Ignominioſa, cum quis, propter delictum grave ſacramento ſolvitur. Et qui ignominiâ miſſus erat, neque Romæ, neque in ſacro Comitatu agere potuit.

2. *Romæ.*

D. M.
M. Aurelius. Augg. N. N. lib. Epaphroditus. Exactor. operum. Dominicorum. et. Laberia. Felicitas. fecerunt. ſibi. et. ſuis. itemq. lib. lib. q. Poſteriſq. eor. Hunc monumentum. externum. non. ſequetur. niſi. de. nomine. Utrorumq.
H. M. D. M. A.

NOT. Huic monumento dolus malus abſit.

3. *Romæ.*

: : : : : : : : : : : : : : : : : : : : : : : :
. . . . . . . . . . . . . . . . . . mala. eſt. gratia.
M. Jun. M. F. Pal. Ruſo.
Soterichus. Pædagog. fecit:
Hæc. ſunt. Parve, tuæ. meæque. ſedes.
Hæc. certa. eſt. domus. hæc. colenda. nobis.
Hæc. eſt. quam. mihi. ſuſcitavi. vivus.
. . . . . . . . .

1. *Sueſſæ.*

Digitized by Google

1. *Sueſſæ.*

Julia. Firma. : : : : .
Sita. tumulo. : . . . .
Quæ. commune . . . .
Torum. ſervavit. caſta. mariti.
Et. fidei. plena. pietate. nobilis. vixit
Surrepta. eſt. oculis. Juvenis.
fato. dictante. iniquo.
Mocimus. Sabinæ. Aug. ſororis. Lib. Tabul. B. M. F.

NOT. i. e. Mocimus à tabulis, Matidiæ Jun. ſororis Sabinæ Aug. Hadriani uxoris, hunc tumulum Juliæ Firmæ bene mer. fecit.

2. *Romæ.*

| | |
|---|---|
| Sex. Pompeius. Fauſtus.<br>Sex. Pompei. Exactor.<br>Quisquis. es. homo<br>Et. vos. ſodales. meos.<br>Cunctos. rogo. per.<br>Deos. ſuperos. inf<br>eroſq. ne velitis.<br>Oſſa. mea. violare. | Sex. L.<br>Tertiæ. Tonſt<br>rici. Sextia.<br>Xanta. Ser:<br>Libraria.<br>Em. oll. II. |

3. *In Piceno Treiæ.*

L. Sertorius. Q. L. Antiochus. Colonus. Pauper. fuit. æquo, animo. ſcibat. moriundum. ſibi.

NOT. Nómina quædam omiſi quæ nihil ad rem.

4. *Romæ.*

Genio. Cæti. Herodian. Prægustator. Divi. Auguſti. idem, poſtea. villicus. in. hortis. Saluſtianis. deceſſit. non. Auguſtis.
M. Cocceio. Nerva. C. Vibio. Rufino. Coſ.
Julia. Prima. Patrono. ſuo.

1. *Romæ,*

Digitized by Google

### 1. *Romæ.*

T. Ælius. Aug. Lib. Saturninus. A. Diplomatibus. Sardonychi. Alumno. fideliſſimo.

NOT. Diplomata, quæ nunc Literæ Patentes vocantur. His exſcribendis aut ſigillandis præfectus erat Saturninus, qui alumno ſuo Sardonychi lapidem ſepulchralem poſuit.

### 2. *Florentiæ.*

M. Rapilius Serapio. Hic ab ara marmorea oculos ſtatuis repoſuit qua ad vixit bene.

NOT. Serapio qui aras marmoreas fabricare ſolitus, etiam oculos imaginibus inſerendos confecit, & quoad vixit, vixit bene.

### 3. *Nicæa.*

P. Petreio. P. F. Quadrato. et. P. Evariſto. Lais. mater. ſtatuam. poſuit ob cujus dedicat. Coll. Cent. Epulum ex more ex ip. . . . H S. XII. ut quodann. in perpet. die. Natal. Quadr. V. id. apr. qua. reliquiæ. ejus. conditæ. ſunt. ſacrificium. facerent. an. fare. et. libo. et. in. templo. ex. more. epularentur. et. Roſas. ſuo. tempore. deducerent. et ſtatuam. decernt. et. coronarn. quod. ſe. facturos. receperunt.

NOT. Apertè quæſo dicant Hagiolatri Romani, an piè rectéque, hac in re, fecit Collegium Centonariorum, an non.

### 4. *Romæ.*

L. Cincius. L. F. Suc. Martialis V̄. Vir. Poſſeſſor. hujus. monumenti. ex. teſtamento. L. Mamili. Felicis. Decuriæ. X. Collegio. Fabrum. Tignuariorum. Parietem. dextrum. introitus. Olla. XXXII. donavit. eis. qui infra ſcripti ſunt: ſingulis. ſingulas.

[ *Tum ſequuntur nomina virorum* 22.

Reliquas Ollas. X. qui. in. hac. decuria. allecti. er int. ſingulis.

gulis. ſingulas. do. lego. reliquum. omnem. jus. meum. quod. eſt. in. hoc. monumento. Amatiæ. Euniæ. Uxori. meæ. et. L. Cincio. L. F. Pal. Martiali. F. et. M. Amatio. Creſcenti. Do. Poſſidereq. eos. jubeo.

NOT. Verſ. prim. Suc. i. e. tribus Succuſſanæ.

1. Romæ.

Velius. Fidus. Jubentio. Celſo. Collegæ. ſuæ. ſalutem.
Deſideri. Frater. L. Artii. Arriæ. Fadillæ. Dom. noſt. Imp. Antonini. Aug. Matris. Liberti. libellum. tibi. miſi. cogniti. mihi. ex. longo. tempore. primæ. jubentutis. etiam. miratus. cum. ab. ædibus. eſſem. quot. eo. loco. ſe. contuliſſet. a. quo. didici. cauſas. executionis. ſet. et. Religionis. magnope. a. D.N. Imp. impetraſſe. ita. ne. qua. mora. videatur. ei. per. nos. fieri. libellum. ſubſcriptum. per. eundem. Publicum. ſine. mora. mihi. remittas.
Opto. te. ſalvom. et. felicem. eſ.

Exeplu. libelli. dati.

Cum. ante. hos. dies. Cojugem. et. Filium. amiſerim. et. preſſus. neceſſitate. corpora. eorum. fictili. Sarcofago. commendaverim. doniquies. locus. quem. emeram. ædificaretur. via. Flaminia. inter. miliar. II. et. III. euntibus. ab. urbe. parte. læva. cuſtodia. monumenti. Fla. Thumeles. a. me. ſolo. M. Seli. Orceli. Rogo. Domine. permittas. mihi. in. eodem. loco. in. marmoreo. Sarcofago. quem. mihi modo. comparavi. ea. corpora. colligere. ut. quandone. Ego. eſſe. deſier. pariter. cum. eis. ponar. Feretrum. fieri. placet. Jubentius. Celſus. Promagiſter. ſubſcripſi. III. Non. Noemb. Antio. Polliano. et. Opimiano. Kos. Ordinaris. Severo. et. Sabiniano. Cos.

NOT. Ordinarii Conſules, ſunt illi honoratiores, quorum nomine, anni ſupputatio ordinatur, qui in literis, inſtrumentis, & faſtis ſcribi ſolent. Sed longè aliter res ſe habebit, ſi Pollianus & Opim. Coſſ. Ord. fuerunt, quorum nomina in Faſtis minime apparent. Sed è contra Severi & Sabiniani, ubique in omnibus, A. D. 155. ſub Marco Aurelio Antonino Pio.

1. *Romæ.*

Sex. Pompeio. Salvio. Sex. Pompei. a. pendice. cedri. item. ab. hort. cult. h. s. e. S. Pomp. Metrodorus. Sex. Pompei. Ton. Rogo. per. Deos. Stygios. Oſſ. noſtr. quiſquis. es. homo. non. violes. non. tras. H. L.

NOT. Inter officia domus Auguſtæ & privatæ locat Gruterianus index, A pendice Cedri. Sed quid & quale ſit officium fruſtra ibi, & (quod ego ſcio) alibi, quæres. Ton. pro Tonſor. Tras. H. L. Tranſilias hunc locum.

2. *Romæ.*

C. F.
D. M.

C. Vergilius. Martanus.. Colonus. agri. Cœli. Ænei. Anulenæ. Certæ. Colonæ. agri. S S. anorum XXI. Cojugi. Cojugali. Caſtæ. caræ. bone. Piæ. Fideli. Dulci. care. amantiſſimæ. Deſideratiſſime.
Sodalicieiaria. conſili. boni. B. M.

C. F.

NOT. C. F. Curavit faciundum.

3. *.

Memoriæ. æternæ. Rufius. Catulus. Curator. Nrvij. vivus. ſibi. et. Ruffiano. e. Ruf. Pupæ. et. Rufiæ. Sagiriatæ. fil. defunctæ. annor. XXII. ædiciam. oum. vinea. et. muris. ad. opus. conſummandum. et. ad. tutelam. ejus. et. ad. cenam. omnibus. Ricontis. ponendam. XI. fin. perpet. ſicuti. et. Rudecam. I. O. conſummatum. hoc. opus. ſub. aſcia. eſt. hæc. O. S. E. H. N. S.

NOT. *Hæc ollarum Schola ext. hæred. non ſequitur.* Schola ollarum, eſt ſeries ollarum in loculis vel riſcis per longitudinem parietis, aut maceriæ repoſitarum. *Rudeca* eſt pedamentum palandis vineis, quo rectæ ſtare poſſint, longitudine hominis. Pro ædiciam lege ædificium: Pro XI. fin. lege Kal. F. (i. e. febr.) in perpetuum. *Ollæ*, urnæ erant vel cineribus, vel oſſibus mortuorum recipiendis factæ, & ſedes loculoſve ſuos ſingulares habuerunt. Pro Ricontis lege incolis. Reyneſius.

1. *Cemenelii.*

Digitized by Google

1. *Cemenelii.*

D. M.
M. M. A.

Flaviæ. Baſillæ. Conjug. Cariſſim. Dom. Roma. miræ erga maritum amoris adq. caſtitatis Feminæ quæ vixit. ann. XXXV. M. III. Dieb. XII. Aurelius Rhodiſmanus Aug. Lib. Commem. Alp. Marit. et Aurelia Romula Filia impatientiſſim. dolor. ejus adflicti. adq. deſolati cariſſ. ac. merent. Feret. fec. et. ded.

NOT. Alpes maritimæ ad Liguſticum mare.

2. *Aſtæ in Liguria.*

Æliæ. Ælianæ Mulieri pulchritudine formæ Veneri prudentia et aliis virtutibus Palladi comparandæ ob civitatem a Belloveſi furore ſervatam Aſtenſes Optumæ Civi P. P.

NOT. Suſpectam hanc habet inſcr. Cl. Sponius, ob nimiam Belloveſi antiquitatem, quo tempore rudior erat Lingua Latina, anno nempe U.C. circa 164. profectò nimis modeſtus eſt qui hanc ſuſpectam tantum habet, & falſam ſpuriamque non apertè rejicit.

3. *Aſtæ.*

Sibi. : . . . . . . . . . . . . . . .
Dis M. F. Ulliæ. L. N. Uxori
monumentum
pro re magnum
pro pietate parvum
L. M. in. Fr. P. XII. in agro. P. XXIIII.

*Ibidem.*

Titus Annius Agnanus L. Æmilius Agnanus. Natus Romæ. Aſtæ edocatus. Memor extremi fati. Sibi. Sylviæ Uxori Kar. P. vivens. L. E. D. P. P. Qui hic quieſcere volet ita juſte vivat ut nobis æquari poſſit.

NOT. L. E. D. P. P. Forte Locus ei datus per Pontifices vel Publicé.

In

## *In dextro ejuſd. Urnæ latere.*

Si. penſare. animas. ſinerent. crudelia. fata
Et. poſſet. redimi. morte. aliena. ſalus
Quantulacumque. meae. debentur. tempora. vitæ
Penſaſſem. pro. te. Cara. Homonoea. libens.
At. nunc. quod. poſſum. fugiam. lucemque. Deosque
Ut. te. matura. per Styga. morte. ſequar.
Parce. tuam. conjunx. fletu. quaſſare. juventam.
Fataque. moerendo. ſollicitare. mea
Nil. proſunt. lacrymæ. nec. poſſunt. fata. moveri
Viximus. hic. omnis. exitus. unus. habet
Parce. ita. non. unquam. ſimilem. experiare. dolorem
Et. faveant. votis. numina; cuncta. tuis
Quodque. mihi. eripuit. mors. immatura. juventæ.
Id. tibi. Victuro. proroget. ulterius.

## *I. Romæ, Urna quadrata marmorea.*

Atimetus. Pamphili, Ti. Cæſaris. Aug. L. L. Anterocianus. ſibi. et. Claudiæ. Homonoeae. Conlibertæ. et. Contubernali.

Η πολυ Σειρηνων λιγυρωτερη ἡ παραβακχων
Και θοιναις Αυλης χρυσοτερη Κυπριδος
Η λαλη φλιαρωτε χελιδονις τῆ Ομονοια
Κειμαι Ατιμητω λειπομενη δακρυα
Τω πολυ ασπαστη βαιης. απο τηνδε τοσαυτην
Δαιμων απρομηδης εσκεδασεν φιλιην

Permiſſu. Patroni.

In. fronte longum. P. V. latum P. IV.

## *In ſiniſtro latere.*

Tu. qui. ſecura. procedis. mente. parumper
Siſte. gradum. quæſo. verbaque. pauca. lege
Illa. ego. quæ. claris. fueram. prælata. puellis
Hoc. Homonoea. brevi. condita. ſum. tumulo
Cui. formam. Paphic. Charites. tribuere. decorem
Quam. Pallas. cunctis. artibus. erudiit
Nondum. bis. denos. ætas, mea. viderat. annos
Injecere. manus. invida. fata mihi.
Nec. pro. me. queror. hoc. morte. eſt. mihi. triſtior. ipſa
Moeror. Atimeti. Conjugis. ille. mei.
Sit. tibi. Terra. levis. mulier. digniſſima. vita
Quæque. tuis. olim. perfruerere. bonis.

O

I. *Calderii*

Digitized by Google

1. *Calderii.*

Quæ. multum. Syrenarum. cantu. dulcior.
Et. quo. ad. Bacchum. in. Sodalitiis. magis.
Aurea. Venere. quæ. eloqui. clarior.
Irundine. et. quæ. ad. Junonis. fontes
Cœleſtia. ſolatia. capiebat.
Hic. Turpilia. jacet. Biſio. linquens. lacrymas
Cui. fuerat. ſolatium. a. pueritia. Illa
autem. tantam. demum. inopinate. disjunxit amicitiam.

2. *Romæ.*

Marſidia. Agath. . . . . . . .
Marſidia. Stab. . . . . . . . .
Euphemeris. Fi. . . . . . . . .

Si. pietate aliquem redimi fatale fuiſſet
Marſidia Stabilis prima redempta forem.
Quamvis mater eram natarum prole decora
Nam geminas habui karus eratque nepos.
Septuaginta ſuper meſſes natalibus egi
Summa ſenectutis præmia paſſa cremor.
Quod ſi non ceneres Agathemeris immatura
Auxiſſet noſtros mater et ipſa foret.
Tunc ego nobilior cunctarum ſorte. . . : . . . *fuiſſem*
Quippe Superſtitibus Robori. . . . . . . . .

3. *Gratianopoli.*

Hilariæ. Quintillæ. Flaminicæ. Sex. Attius. Myroſies. IIIIII. Aug. Conjugi. kariſſimæ. quæ. vixit. mecum. ex. virginitate. annos. XXXV. Mes. II. D. XI. et. ſibi. vivus. fecit. et. ſub. aſc. dedicavit.

NOT. Lege Myronites Sevir Auguſtalis, Myronites eſt emptor, venditorve unguentorum, pigmentorum & ſimilium.

1. *Inter*

Digitized by Google

1. *Inter Arundeliana.*

P. Ælio. Aug. lib. Eraſino. dulciſſimo. Æmilia. Helene. Conjunx. et. P. P. Ælii. Aug. lib. Muſicus. et. Helenus: filii. fecerunt. et. ſibi. et. ſuis. L. L. q. P. q. E. Ita. ne. liceat hunc. munimentum vendere vel donare. quod ſi factum fuerit utriſque. ark. Pontificum H S. XXX. M. N. pœnæ. nomine. inferet. H. M. D. M. A.

NOT. Pro utriſq. lege utrinq. i. e. vendet, vel donabit. Contra alienationem, vendition. et donationem Sepulchrorum, ſeveriſſimis Reip. legibus cautum erat. Et mulctæ peccatorum, Arcis Pontificalibus in publico Saturni ærario cuſtodiebantur.

2. *Lugduni.*

D. M. et. Quieti. æternæ. C. Victori. : . . . . . : . . . . . . . . Turicis. ſive. Quiguronis. Civis. Lugd. incorporat. inter. Utriclar. Lugd. cons. Qui. vixit. ſine. ullius. offenſa. Ann. XVIII. M. . . . . D. V. Caſtaurinna. Mater. Fil. unico. Piiſſimo. ponendum. curavit. et. S. A. D.

NOT. Sic legit Reyneſius, C. Victorii, domo Biturigis, ſive Vicarons (vel Vierſon oppidulo diœceſeos Bituricenſis) Civ. Lug. incorporatus Collegio Utriculariorum Lugduni conſiſtentium, &c.

3. *Via Nomentana.*

Cineribus. Gemellæ. Torquatæ. Ornatricis Auguſt. Sex. Servilius. Torquatus. Diſpenſator. H. M. F. et. ſibi. Dedic. k. Jun. Sex. Glabrione. et. C. Omollo. Verione Coſ.

NOT. A. D. 152.

4. *Moguntiæ.*

Sequentiæ. Fauſtinæ. Conjugi. Sanctiſſ. et. dulciſſimæ. quæ. vixit. annis. XXXVII. M. IIII. Sarcophagum. juſſu. ipſeius. Fl. Flavianus. Aventinus. Dec. alæ. Indianæ. Conjugi. incomparabili. F. C.



Digitized by Google

## 1. *Via Gabinia Præneſtina.*

Θ. K.

Αντωνεα Μουσα και Μ. Αντωνεινος
Αλκμαν φιλοσοφ Στοικος ανεθ
π τ
Αυτ. καισ. Μ. Αντωνιω Γορδιανω τε και Πομπηιανω
Κιουικα Κος

NOT. π. τ. ποιησαντες τοπον. Poſtquam locum emerant. A. D. 241. Ergo (colligit Reyneſius) nec M. Aurel. Cl. Pompeianus, (ſicut Onuphrius) nec Papinius (ſicut Capitolinus) Collega erat Gordiani, ſed Pomp. Civica.

## 2. *Mitylenis:*

Ο παντα. σοφος. και. Μουσωνοχαριστος
Αλκιβιαδης. Βυζακος. ενθαδε. κειμαι.
Ελληνων. παντων. Ορνις αοιδοτατος.
Λυκιλλιανηδε. μετ. ην. παρακοιτις. ης. εκδαπανον. τυμβος.
εκει. κλυτος λεσβω. ενι.
Κωρω. ηδ. ευδαιμων. Μυκληνα. σωμα. μητοκισατο.

## 3. *Romæ.*

M. Ulpio. Aug. Lib. Phædimo. Divi. Trajani. Aug. a. Potione. item. a. laguna. et. Tricliniarch. lictori. Proximo. et. a. Comment. beneficiorum. vixit. ann. XXVIII. abſceſſit. Selinunte. pr. Idus. Aug. Nigro. et. Aproniano. Coſ. Reliquiæ. trajectæ. ejus. III. Nonas. Febr. ex. permiſſu. Collegii. Pontific. piaculo. facto. Catullino. et. Apro. Coſ. dulciſſimæ. memoriæ. ejus. Valens. Aug. Lib. Phædimianus. a. veſte. bene. merenti. fecit.

NOT. Mortuus eſt Phædimus A.D. 117. reliquiæ ejus trajectæ, 130. Nota bene, difficulter à Pontificibus impetrabatur, ut mortuorum vel cineres vel corpora, de loco quo ſemel ponebantur, moverentur, ut in aliis inſcriptionibus bene multis videre liceat.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Dis. Man.
Mæciæ. L. F. Dynate. ex. teſtam. et. dona. T. C. L. Mæcius. L. F. Hermagoras. Pater. Mæcia. Flora. Mater. Tonſtrix. L. Mæcius. L. F. Ruſticus. Frater. Lanarius. ad. vic. Fort. Fortunæ. 7. agrum. ſive. hort. III. cum taber. III. item. ædifici. incoha. Reſp. III. grat. H. E. prox. Sacell. D. Iſidis. et. alia. taber. ab. ultr. vic. Triar. quod. eſt. intr. it. Fons. Marian. Her. Comp. Sic. V. A. L. E. in. H. T. ſunt. com. or. H. S.

NOT. Et hæc, & alia quamplurima, ad exercendam doctorum criſin appoſui.

2. *Romæ.*

Trophimi. Aug. Lib. reliquiæ. Pueri. quondam. Phrygii. Paſtoris. Vix. annis. duodecies. Senis. nam. tertius. apſtulit. illum.

NOT. Grandævus certè Puer, annor. 72. Lege itaque periculo meo duob. & ſemis, nam tertius apſtulit illum, vel duodecim, & Semis, quod minùs placet. Hic Puer, præ forma & decore, vel Paridis, vel forſan Ganymedis puer eſſe potuit.

3. *Romæ.*

P. Æli. Aug. Lib. Æliæ. Conjugi. b. m. cum. qua. vixit. ann. XXXX. Sine. ulla. querela. et. S. et. L. L. P. e.

4. *Romæ.*

D. M.
Aurelius. Hermias. Aug. lib. Proci heroum. maceria. cinctum. cum. ſuperficio. inſulæ. comparavit. ſibi. Poſtq. ſuis. itemq. Libert. Libertab.

NOT. Heroum eſt monumentum, ſepulcrum, ſacellum, & tumulus. Antiqui vocabant ſepulcra, *ἡρῷα*. Inſulæ proprie dictæ, ſunt loca quæ non junguntur cum vicinis, parietibus communibus, ſed circuitu proprio cinguntur, adinſtar inſularum quæ mari vel fluminibus clauduntur.



Digitized by Google

1. *Romæ.*

M. Servilius. M. L. Rufus. lictor. ſe. vivo. fecit. ſibi. et. Petiæ. C. L. Primæ. Uxori. et. Marciæ. 7. L. Felici. Concubinæ. obitæ. Serviliæ. M. L. Apate. Uxsori. ſuæ.

NOT. 7. Liberta in hoc loco.

2. *Puteolis.*

In. hoc. Epitaphio. maceria. cinctum. Anniæ. Maximinæ. et. Anniorum. Celerionis. Maximini. et. Celerinatis. Filiorum. ejus. quæ eſt. domus. æternalis.

3. *Mediolani.*

D. M.

J. M. ValHrianus. C. SIIxtilio. TIIrIIolo. PatrII. IIt. SIIxtilius. VIIrus. P. bIInII. mHrIInti.

NOT. II. & H. pro E.

4. *Romæ.*

L. Hoſtilius. Fortunatus. ſibi. et. Hoſtiliæ. Januariæ. filiæ. item. libertis. libertab. q. poſt q. eorum. fecit. Exteræ. familiæ. aditus. non. datur. nec. jure. quis. in. hoc. monumento. ollas. emet.

5. *Inter Arundellian.*

M. Annius. M. Anni. Felicis. F. Saturninus. vix. ann. XIIX. Pius. et. Sanctus. Is. ereptus. Matri. nec. Illæ. potuit gratiam referre.

NOT. Illæ pro Illi.

6. *Neapoli.*

Heu. vota. heu. preces. Orcus. tandem. eripuit. Ephebo. filio. dulciſſimo. Hermia, Mat. infeliciſſ. f.

NOT. Lege Phœbo & Hermias.

7. *Neapoli.*

Digitized by Google

1. *Neapoli.*

J. U. D. M.

Criſpe. Fili. lepidiſſime. heu. heu. Orcus. cum. te. voravit. delicium. mihi. omne. apſtulit.
Baculum. exuctis. medullis. edentulæ. ſenectutis. ſecuit. ſpem. nepotum. abſtraxit. ſecum. maximam.
In. tanta. demum. orbitate. Deſolatus. ſuperſum. ut. ni. qui' ſecus. ſentiunt. manes. vetuiſſent. vivum. me. tecum. contumulaſſem. vixit. ann. XII.
Criſpus. Pater. infeliciſſim. F. ſibi. et. ſuis, L. L. q. P. q. ipſorum.

2. *Neapoli.*

D. M.

C. Valerio. C. F. Eumorphiano. vitæ. ſuæ. annum. agenti. XXI. M I. D. IV. Valerius. et. Sempronia. Parentes. miſeri.
Filiò. Sanctiſſimo. et. Reverentiſſimo. Fecerunt.

*Inter Arundell.*

Κλαυδιος Ιητηρ Αγαθημερος ενθαδε κειμαι
  Παντοιης δεδαως κραιπνον ακεσμα νοσου.
Ξυνον τουτο δε μοι καὶ Μυρταλη εις συνευνω.
  Μνημα. μετ ευσεβεων δ' εσμεν εν ηλυσιω.

4. *Iguvii apud Umbros.*

L. Sabinus. L. L. Primigenius.

Ortus ab Iguvio Medicus fora multa ſecutus
  Arte feror nota nobiliore fide.
Me conſurgentem valida fortuna juventa
  Deſtituit rapidis impoſuitque rogis.
Cluſino cineres flammæ ceſſere ſepulchro
  Patronus Patrio condidit oſſa ſolo.



Digitized by Google

1. *Nemauſi.*

. . . . . . . Patroni. barbara. famam
Cujus. Roma. libris. adſerit. . . . . .
Amiſſos. ornat. titulis. en adſpice.
Quos. habet. incolumes. fovit. amore. . . .
Supremas. error. ne. poſſit. rumpere. ceras
Arte. ſua. cavit. clauſit. operta. fide.
Excipiet. manes. ſua. qui. ſine. lite. reliquit
Laudabit. ſtudium. cui. ſua. cura. cavit.

NOT. Intellige de Domitio Afro, Oratore & Cauſidico, qui Imp. Nerone, ſummis honorib. & multa eloquentia viguerat. Tacit. annal. l. 14. c. 19. & amiſſis liberis ſuis adoptavit Dom. Afrum Lucanum, & Domit. Tullum Fratres. Hæc Reyneſ. qui lacunas ſic implevit. Verſu 1. Fabula non lædet, vel Invidia haud lædet. Verſ. 2. Imperium. Verſ. 3. Natos. Verſ. 4. Pio: paulo aliter Gruterus.

2. *Albæ.*

Ανθος εγω γινομην υιος Ερμογενους τε και Φυρμης
Οαγθησαστε κακως ετεσιν δυσιν ουκ ολοκληρως
Φωτος αφαρπαχθεις πεομηιεον βρεφος ενθαδε κειμαι
Και ουκ οιδα καλως ητε κακως εθανον
Απληεστ αιδα τι με νηπιον ηρπασες ουτως
Σπευσας του ζηναι με στερεσαι.

3. *Albæ.*

L. Aur. Florentini quem ex conceſſu Manii Nymphidi Phœbi. latum. p. VIII. S. longum. p. XVIII. extruxit. Hic monumentus cum omnib. ſuis. adjacentibus exterum hæredem non ſequetur. neque extraneum corpus in eodem monumento. neque intra finem maceriæ ejus corpus exterum inferetur. Si quis contra ea quit fecerit. vendiderit. Sive donaverit. inferet arcæ Pontificum L. M. N.

NOT. i. e. Quinquaginta millia num. L.' locum ſignificat in verſu primo.

I.

Digitized by Google

1. *

Fecit Inſtea Tyche. mater Et. T. Flav. Optandus. Parens. Filio Pientiſſimo. Benemerentique. Inſteio. convenienti. Fuit. hic vitæ nitidus. cultu decoratus. formæ ſpecioſus. Qui et Aſtomachetus. nunc levis atque meo jaceo tumulo. neque ſentio quidquam. et Tu qui legis ecce meum titulum. moneo. fruere Tunc. vita. data es. Qui vixit annis XXII. menſibus XI. Diebus VIII. hora prima. Sibi. et. ſuis. Poſteriſq; eorum. in Fr. p. VI. in agr. p. VI.

NOT. Reyneſius *tunc vita data es* ſubſtituit. *Fruſtane vita data eſt?*

2. *Romæ.*

Ara Sepulchri elegans.

Την Κυανωπιν Μουσαν αηδονα την Μελιγηρυν
  Λειτος οδ' εξαπινης τυμβος αναυδον εχει.
Και κειται λιθος ως η πανσοφος η περιβωτος
  Μουσα καλη κουφη σοι κονις ηδε πελοι.

[ *Hic caput muliebre Muſæ ipſius affabrè ſculptum.* ]

Τις μοι την Σειρηνα καλως καλος ηρπασε δαιμων
  Τις μοι την γλυκερην ηρπασε Αηδονιδα;
Νυκτι μιη ψυχραισιν αφαρ σταγονεσσι λυθεισαν
  Ωλεο Μουσα ετακη δ' ομματα εκεινα σεο.
Και στομα πεφρακται το χρυσεον ουδεν ετ εν σοι
  Λειψανον ου καλου σου σοφινς πελεται
Ερρετ ειμερμεραι δυμαλγεες αμμορον εσθλης
  Ελπιδος Ανθρωποι παντα δ' αδηλα τυχης.

Petroniæ Muſæ.

NOT. Elegans Ara & elegans Carmen; ſed lege verſu ſecundo λιτος tenuis, ſimplex, & τυμβος, & penult. ειμαρμεναι, αναυδον *mutam & elinguem*, quod mirum dictu eſt de Musa vel Luſciniâ Sponius V. Cl. dum hæc vertit, *ſine cruore*, aliud agebat.



Digitized by Google

1. *Romæ.*

Nonius. Severinus. vix. ann. XVII. M. VI. D. IV. . . . . Serpente. ictus. Parentes infeliciſſimi.

2. *Romæ.*

Υιος. εγω. γινομην. Αγαπωμενου. ωμεμιγμεισα.
Κουιντα τικεν θαλερη. Ρηπιω. εν. δειεω.
Ενδυκεως. τε. τρεφοντες. Ατειμητον. Με. καλεσσαν
Δωρεα δε Μουσαων. και. βρεφος. ων. αγαπων.
Δωδεκετης. ηλθον. Ρωμην. φιλετης. με. καλυπτε
Ηδη. Νεον. βωλος. πατερι. λιπον. ταχεα.

NOT. Lege in verſ. 1. ὦ. με. μιγεῖσα. Ultimo, λιπὼν δ' ἄχεα.

3. *Romæ.*

Calpurnia. Athis. fecit.
Dextera. fama. mihi. fuit. et. Fortuna. Patrona
Magnifici. Conjunx. Cæſaris. illa. Dei.
Qua. bene. tutus. eram. caris. nec. vilis. amicis.
Quis. etiam. mecum. plurima. cura. fuit.
Athis. cauſa. mihi. vitæ. quæ. cara. ſepulchro.
Condidit. oſſa. ſuo. nominor. Ikadium.

4.

D. M.

L. Pomp. Fauſtini. Fili. Piiſſimi. defun. ann. X. quem poſt. mortem. Fratr. ejus. Severiani.. L. Pomp. Hermeros. Pater. amiſerat.

5. *Lariſſæ.*

Υακινθε Λαρισαιων
Δημοσιε Ηρως
χρηστε χαιρε.

NOT. Hyacinthe Lariſſenſis Civis Heros bone vale.

1. *Lariſſæ.*

Digitized by Google

1. *Lariſſæ.*

Παραμονη Παρμενισκου
Γυνη δε Θρασωνος
Ηρως χρηστη χαιρε.

NOT. Paramone Parmeniſci filia; uxor autem Thraſonis Heroina bona. Vale.

2. *Narbone.*

Æliæ. Reſtitutæ. animæ. dulciſſimæ. Bellator. Aug. lib. Conjugi. Rariſſimæ. benemerenti. .Amici. dum. vivimus. vivamus.

3. *Polæ.*

Donatus. Aug. Lib. et. Annia. Primitivæ. hanc. ſedem. ſtructum. laboris. ſui. vivi. ſibi. poſuer.

4. *Romæ.*

Fl. Aug. Lib. Helpidi. Cænidianæ. quæ. cum. vixit. Dea. et. Sanctiſſima. dicta. eſt. Calliſtus. Aug. Lib. Hyginianus. Conjugi. cariſſimæ. cum. qua. vixit. bene. annis. L. et. Tulpia. Calliſte. filia. matri. pientiſſ. L. L. q. P. q. eorum. H. m. h. n. S.

5. *Labelli Apuliæ, in lapide fracto.*

P. Lartius. P. L. Saufeia. A. L. L. Lartius. P. F. P. Lartius. P. F. L. Lartia. A. Ɔ. L. Neicia. Thalea. Rufius. P. Larcius. P. F. Brocchus. Larcia. P. L. Horæa.
Boneis. probata. inveiſa. ſum. a. nulla. Proba. fui. Parens. dominis. ſenibus. Huic. autem. obſequens. ita. libertate. Illei. me. heic. decorat. Stola. a. Pupula. annos. veiginti. Optinui. Domum. omnem. ſupremus. fecit. judicium. dies. Mors. animam. eripuit. non. veitæ. ornatum. apſtulit. L. Eprius. Chilo. viat. Trib. Pl. Prin. ac. Pi.



Digitized by Google

1. *Romæ.*

C. Julio. Aug. Lib. Phœbo. Rufionino. Ceſtus. de. ſuo. fecit.

Τους. αγαθους. και. θανοντας. ευεργετειν. δει.

2. *Romæ.*

Caius. Tutilius. Rufinus. nominor. Ille
Annos. qui. vitæ. linquo. novem. atque. decem.
Heu. ſcelus. heu. crudele. nefas. facinusque. tremendum
Cum. ſatiare. vides. quam. miſer. eſt. genitor.
Qui. me. conſpexit. moribundum. qui. mea. clauſit
Lumina. diverſis. ætatis. vicibus.
Quos. non. Ille. prius. qua. non. ego. voce. rogavi
Infelix. ſuperos. nec. valuere. preces.
Sed. vis. major. agit. mortis. jam. jamque. Parens. aut
Mecum. ſemper. eris. aut. dolor: una. obiet.

Hoc. ſepulchrum. T. Fl. Eutychianus. M. M. Rufini. alumni. ſui. fec. L.

NOT. M. M. memoriæ meritiſſimo, vel mœrens monumentum.

3. *Romæ.*

D. v. an. LVII. M.
D. M.
Ti. Claudi. Secundi.
Hic. ſecum. habet. omnia.

Balnea. vina. Venus. corrumpunt. corpora. noſtra.
Sed. vitam. faciunt. Balnea. Vina. Venus.

Karo. contubernali. Sec. Merope. Caſ. et. ſibi. et. ſuis. P. q. eorum.



Digitized by Google

**1. *Romæ, ad pedes Apri Juvenis, cui aper adjacet.***

Innocuus Aper. ecce. jaces. non.virginis. ira
Nec. Meleager. atrox. perfodit. viſcera. ferro.
Mors. tacita. obrepſit. ſubito. fecitque. ruinam
Quæ. tibi. creſcenti. rapuit. Juvenile. figuram.

T. Statilio. Vol. Apro. menſori. ædificiorum. vix. ann. XXII. M. VIII. D. XV.
T. Statil. Vol. Proculus. accenſus. Velatus. et. Argentaria. Eutychia. Parentes.
Filio. Optumo. et. Orciniæ. Anthidi. Uxori. ejus. ſibiq. et. ſuis. Lib. L. q. P. q. eorum.

**2. *Lugduni, ad D. Irenæum reperta. ann.* 1678.**

Murræ et Verecundo Murrani Filis.

Qui legis has Pueri moribundas perlege voces
Et lachrymam fatis da gemitumque meis
Murra Patris primum referens è nomine Patrem
Amborum effigiem matre favente tuli
Bis mihi ſeptenos ætas oſtenderat annos
Certaque jam noſtri fama pudoris erat
Cum ſubitæ pro fallax cauſa fuiſti
Luſus & æqualis non inimica manus
Nam temere emiſſus non ad mea funera clavus
Hæſit et in tenero vertice delituit
. . . . primum perculſi volnere manes
Parcite jam luctu ſollicitare meos
. . . . . . . poſuiſtis funere nati
Trimus et in decimo menſe ſepulte jaces
. . . . . . . . . . . . . . vocarunt
Immunes noſtris Oſſibus Urna ſat eſt.

**NOT.** Sarcophagus hic continebat duo corpora fratrum, Murræ annos 14. nati, & Verecundi trium annorum & menſium decem, quorum primus funeſto clavi ictu, qui ab amico projectus temerè verticem ejus attigit, percuſſus periit. Reponendum eſt in verſu 7. mortis, vel quidvis ſimile,



Digitized by Google

1. *Romæ.*

Graxiæ. Alexandriæ. inſignis. exempli. ac. pudicitiæ. quæ. etiam. filios. ſuos. propriis. uberibus. educavit. Pudens. Aug. -Lib. maritus. merenti. vix. Ann. XXIV. M. XII. D. XVI.

NOT. In alio exemplari, An. XVI. M. II. D. XVI. ex utroque corrupto, unum verum facias. A. XXIV. M. II. D. XVI.

2. *Moguntiæ:*

Peregrino. Heliodoro.
Conſummatæ. peritiæ. Medico. et. miræ. pietatis. Juveni. Cominia. Fauſtina.
Mater. infeliciſſima. f. c.

3. *Gratiani, quod olim oppidum Montisferrat.*

V. F.
T. Vettius. T. L. Hermes. Seplaſiarius. Mater. genuit. Mater. recepit. Hi. horti. ita. uti. opt. maximiq. ſunt. cineribus. ſerviant. meis. nam. Curatores. ſubſtituam. qui. veſcantur. ex. horum. hortorum. reditu. natali. meo. et. præbeant. Roſam. in. perpetuum.
Hos. neque. dividi. neque. alienari. volo.

4. *Romæ.*

D. M.
L. T. Valerio. Urno. F. Dulciſſimo. kariſſimo. ſibique. amantiſſimo. L. Val. Poſphorus. Pat. et. Val. Saturnina. mater. infeliciſſimi. fecer. Q. vix. Ann. XVII. M. IV. D. III. educatus. Literis. Græcis. quam. et. Latinis.

NOT. Legit Reyneſ. Turnus, vel Saturnus pro Urnus, & obſervat Canonem grammaticum de tàm & quàm, non ita accuratum & perpetuum, quin eleganter omittatur aliquando *tam*.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Θ. K.

Ενθε φιλοισι φιλοιο και Ιηθηερος αεισου
Παιδειης θ' ιερης εγγυθεν αψαμενου·
Σωμ' Ασκληπιαδου και υεος ενθαδε Βηρου
Ως επειςα δε φιλοις εις οδε τυμβος εχει.

Λ. φουλειω. φορκ. Ασκληπιαδη τω. γενει. Εφησιοι. βιωσαντι. ετεσιν. M. μεσιν. B. ημερ. K E ωρ. Z. εγνακα. Βηρωνις. συμβιος. Μνημης. χαριν.

2. *Romæ.*

Speratus. vix. mens. VIIII.
Flet. domus. et cari lugent ſine fine Parentes
Abreptum fatis contegor hoc tumulo.
Quis non exemplo doleatur mortis acerbe,
Si me vidiſſes aut ſi mea funera noſſes
Fudiſſes lacrimas hoſpes in oſſa mea
Speratus Attalus Politice Matr.

3. *

D. M.

Perlege cuncta precor cultor pietate Parentis
Cum ſimul et Matre quod nobis inane ſepulchr.
Fecerunt quanto in munere poſitum vides.
Quod ſi fata mihi dediſſent luce videre
Iſta prius ipſis facerem non ut poſceremur.
Munus inane quidem terra nunc dividitis ti
Corpora noſtra nimis graviter parva adverſus vota parentum. P. P. eſto ſi colit. PS. mane
Cuncti meo nomini ſemper hac mihi terra
Leve optetis. vobis Dii fortuna beata
Et ſemper honoratam preſtent numini
Sancto ex quo poſſitis obiti bene linquere. M.
Julius Lec. cum. Vitali Servanda Conjux
Parentes. Fil. Dul. B. M. F. C.



Digitized by Google

1. *

D. M.

Gaviæ. Quadratillæ. vixit. ann. XXII. menſib. VI. C. Gavius. Daphnus. Pater infeliciſſimus. Qui poſt dies XX. diſpepondit.

2. *Smyrnæ, in Eccleſia Chriſtianorum hodierna, nunc Romæ.*

Θεοις Ηρωσιν

Λουκιος Μινικιος Ανθιμος και Σχρειβωνια φιλεικισσιμη
Ατυχεις γονεις. Α. Μινικιω Ανθιμιανω τεκνω γλυκυτατω
Και Θεωιδιω Επικω. ζησαν ετη Δ. μηνας Ε. η. Κ.

Νηπιος ειμι τοσων τυμβου του δ' ω Παροδειτα
Οσς επαθον δ' εν βαιω τερματι [1] της βιοτης [1 μοι ex Edit. Sponii.
Εσκυρσας λαινεα [2] στηλη ταχα και συ δακρυσεις [2 στηλη.
Μητρος απ' ωδεινων ως εις φαος ηγαγον ωραι
Εκ γαιης με πατηρ εμος ειλατο χερσι γεγηθως
Και μ' απελουσε λυθρου και εις σπαργανα μ' αυτος εθηκεν
[3] Ευχετο δ' αθανατοις απερ ουκ ημελλεν εσεσθαι [3 ηυχετο.
Μοιραι γαρ πρωται περι μου [4] κεκεληκαι απαντα [4 κεκλωκασιν.
Και με τρεφεν γενετης μητερα μου τροφον ειλομενος
Αυτικα δ' [5] ηυξανομην ευερνης και πασι ποθητος [5 ευξανομην.
Εν δ' ωραις ολιγαις μοιρων γαρ σφραγειδες επηλθον
Αι μενος [6] ωπησαν χαλεπη διδυμους περι [6 μεν νοσω πηξαν.
Αλλ' ο ταλαιφρων γεννησας ειασατο μουνος οναιτην
Τουτο δοκων οτι μοιραν εμην ιαμασι [7] θελγει [7 σωσει.
Και [8] τοτε δη μ' ετερα νοσος ειλε κακιστη [8 τους.
Της προτερης νουσου πολυ τι χειροτερη
Σηψιν γαρ [9] μου πεδιον ποδος * ειχεν εν οστοις [9 μοι. * εχεν.
Ειτ † εγαερον με φιλοι γενετου και μου * οιστε αγειλαν † ετι μοι. * οστε

Αυται

Λυπας και στοναχας τοις μου τεκεεσσι διδοντα
Και ταυθ ως αυτος [1] επαθην παλιν [2] ως το παροιθεν [2 αυτα [1] forte επαθον
Ουδ' ουτως μου γενεσις δεινη πλησθεις' εκορεσθη
Αλλ' επεαν παλι μου νοσον ηγαγε γαστερος [3] αλγεα [3 μητερα
Σπλαγχνα μου ογκωσασα και [4] εκλησατο τα λοιπα [4 εκληξατο τα-
Αχεις οτου ψυχην Μητερος χερσι αλγει απ' εκων
Ταυτ' επαθον βαιου τερματα μου βιοτης. Ξενε
Και κατελειπον τηκεδονα [5] στυγερην τοις με γειναμενοις [5 Omittitur.
Αινομοιρος λειψας τρεις συνομαιμονας αστεφανωτους.

I. *Via Appia.*

Ti. Claudio Niciati, Vix. A. XII. M. X. D. XX. et. Claudiæ. Nice. vix. A. II. M. XI. D. XXIII. Filiis. ſuis. infeliciſſimis. qui. ætate. ſua. non. ſunt. fruniti. mater. ſcelerata. et. ſibi. et. Lib. L. q. P. q. eorum.

NOT. Fruniti pro fruiti vel uſi, à fruniſcor, fruiſcor, fruor, Scalig. in Feſt. *Scelerata* dicitur, non quòd grave aliquod ſcelus admiſiſſet, ſed quod ita miſera & infelix eſſet, ut aliis videretur ſcelere aliquo polluta.

2. *Romæ in Urna.*

D. M. et. Ollæ. Quieti. Myrtale. Sabinæ. et. Pomponiæ. Feſtæ. Uxxoribus. ſuis. Q. Tarquitius. Aſper. et. Tarquitiae. Filiæ. innocent. vix. ann. IIII. M. X. D. IX.
Fecit. Pater. inflix. et. ſibi.
Nemo. nos. inquietet.
Have. et. vale. quiſquis. es.

1. *Sutrii.*

D. M.

Salaſiæ. L. F. Merulæ. ann. XIII. D. V. Proh dolor et lachrymæ. Merula. mater. infeliciſſ. ſibi. ipſa. et. ſuis. O. V. F.

Naſcentes morimur finisq. ab origine pendet.

NOT. O. V. F. Omnia viva fecit.

2. *Romæ.*

T. Peticius. L. F. Chirurgus. hanc domum labore et cura vivus perfeci.
Sed Filio ante homini jucundiſſimo paravi tribus ubi oſſa noſtra adquieſcent. Mors me adſequetur. tunc mihi demetur. dolor.
Valete et memores eſte pietatis Patris.

NOT. Substituerem pro tribus, privus, privatus, ſolus, orbatus.

3. *Florentiæ.*

Diſce quisque Pius Pater es vel Mater quæ generaſti natos habere. bonum eſt ſi non ſint invida fata ſi tibi non rapiat mors invida tam cito natos At meis atq. tuis dii niſi ſue Terra preceris ut mors in volcum vivat. . . . . ſemperque colatur Ælius Marcelliinus Pater

Filio Feliciſſimo

Hoc ego feci bene ſi quid ſapiunt inferi qui vixit annis X. mens. V. D. X.

4. *Romæ.*

Cinyra mater ſibi et filiis

Hoc Epio9 tumulo Cinir eſt cum fratre ſepultus
Ante ſuos annos quos tegit atra cinis.
His tumulum parvum mater cum carmine fecit
Ingenio quorum terram optate levem.

NOT. Lege V. 1. Hoc Epio, & dele 9.

1. *Romæ:*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

L. Valerius. Zabdæ. Mercatoris. Venalici. L. Aries
Seu. Stupor. huic. ſtudio. eſt. ſive. eſt. inſania. nomen
Omnis. ab. hac. cura. cura. levata. mea. eſt.

Monumentum. . . . abſolvi. . . . . et. impenſa. mea. amica. tellus. ut. det. hopitium. oſſib. quod. omnes. rogant. ſed. felices. impetrant. nam. quid. egregium. quidve. cupiendum. eſt. magis. quam. ubi. lucem. libertatis. acceperis. laſſæ. ſenectæ. ſpiritum. ibi. deponere. quod. innocentis. ſignum. eſt. maximum.

NOT. J. Bapt. Ferretius legit Innocentiæ, verſu ultimo.

2. *Romæ.*

Florus. ego. hic. jaceo. . . . . Bigarius. infans.
Qui. cito. dum. cupio. currus. cito. decidi. ad. umbras.
Januarius. Alumno. Dulciſſimo.

3. *Romæ.*

Minucia. Ɔ. L. Aſte. Medica.

*Ibid.*

Antoniæ. Aug. L. Thaluſæ. Obſtetric.

*Ibid.*

Mariæ. Ɔ. et. Suavitati L. Agrippinæ. Obſtetrici.

4. *Nemauſi.*

Flaviæ. Hedones. Medicæ. ex. t.

NOT. Fœminæ artem medic. exercebant.

## 1. *Romæ.*

Urſus Togatus vitrea qui primus pila luſi decenter cum meis luſoribus laudante Populo maximis clamoribus Thermis Trajani thermis Agrippæ et Titi multum et Neronis ſi tamen mihi creditis Ego ſum ovantes convenite Pilecrepi ſtatuamque amici floribus violis Roſis folioq. multo adque unguento marcido onerate amantes et merum profundite nigrum Falernum aut Setinum aut Cæcubum vivo ac volenti de apotheca Dominica Urſumque canite voce concordi ſenem hilarem jocoſum pilicrepum Scholaſticum qui vicit omnes anteceſſores ſuos ſenſi decore adque arte ſuptiliſſima nunc vera verſu verba dicamus ſenes ſum victus ipſe fateor a ter Conſule Vero Patrono nec ſemel ſed ſæpius cujus libenter dicor Exodiarius. . . . . :

NOT. Exodiarii olim proprie Attellani, poſtea verò Mimi, vel Scurræ Mimici, ita dicti erant; multa de his, Scaliger, Salmaſius & Valeſius, ſed nulla quæ ad rem noſtram faciant, dixerunt.

## 2. *Laodiceæ.*

Ξαιkεπτην Ακωλα μνημην βιου παρεδωκην
Βωμω τειμησας ſεμνω ταυτην αλοχον
Παρθενον ης απηλυσε μιτρην ησδ' ειον ανθος
Εσκεν εν ημιτελει παυσαμενον θαλαμω.
Τρεις γαρ επ εικοσιους τελεωσε βιον ενεαυτους
Και μετα τους δε θανεν τουτου λιπουσα φαος.

NOT. Ex itinerario, D. G. Wheeler, Equit. Aurati & Presbyteri digniſſimi Eccleſ. Anglic. hanc inſcriptionem habui, quam ita emendatam jucundius legas,

Ξαντίππης Ἀκωλα μνήμην βιοτῦ παρέδωκεν,
Βωμῶ τιμήσας σεμνοτάτην ἄλοχον,
Παρθένον, ἧς ἀπέλυσε μίτρην, ἧς ὥρειον ἄνθος.

Aquila fecit memoriam (i. e. monumentum in memoriam) Xantippes vitæ; uxorem ſanctiſſimam arâ adornans Virginem, cujus zonam ſolverat, cujus (ætatis, vel formæ) flos tempeſtivus ceſſavit (elanguit) thalamo imperfecto, (nuptiis non completis) i. e. quæ diu uxor non fuiſſet. Verſ. 5. ϐιου. Verſ. 6. τυτυ.

1. *Tabacidæ.*

Digitized by Google

1. *Tabacide, non procul à Thebis, ex eodem.*

Σκηνως μεν γενετηρες επει γηρας εστι θανουσι
Ταμιον τε κλαιεστον αναγθητο τωδε τυμβον
Ψυχη δ'ες το δικαιον εβη ην δε ουνομα τουμον
Νηδυμος Ιταλικης Αδαης παις ιμερος οντως
Ουκ ημιν εμερος δε πολυν χρονον ει τε γαννηθην
Εις ολιγων ετεων εναριθμιος αστατος αιων
Ουκ ανεδραστον εχων ιδιον δρομον ης δε λαχεντος
Μοιρης ταυτην εκτελεσαι και γαρ βασιληες
Ταυτ επεγραψε πατηρ ο Ζωσιμος εινεκ εμειο
Αιμνηστον εχων ψυχης ποθον αθανατοιο.

NOT. Fortè legend. in verſu 1. σκηνος. 2. αναιθηλον:

2. *Romæ.*

D. M.

Immatura. quies. quos. abſtulit. hic. ſiti. ſunt. tres
Mater. cum. parvis. pignoribus. geminis
Pollia. Saturnina. Parens. triginta. per. annos.
Vixit. et. enituit. docta. ſonare. mele.
Octo. Puer. Titius. proles. cito. rapta. Philippus
Et. Fratri. tenero. karior. una. ſoror.
Ælia. Saturnina. obit. uno. inſuper. anno.
Nec. ſaltus. vitam. protulit. aut. choreæ,

1. *Romæ.*

Σωφρονα Σεμνην Θεοδωραν φιλανδρον φιλοτεκνον αγαθην Μονανδρον Δικαιαν Θεοσεβην ΑΒΙΠC αθλιος απολεσας φαος οικου

NOT. Neſcit Sponius quid ſit Αβιπς, niſi unicâ literâ mutata legatur αβιος, i. e. vitam non curans (tanquam mortuus, vitâ ſuâ quaſi orbatus ob uxoris amiſſionem) ut interpretantur gloſſæ Philoxenis.

1. *Romæ.*

Hic ſita eſt Amymone Marci Optima et Pulcherrima Lanifica pia pudica Frugi Caſta Domiſeda.

2. *Crotonæ.*

Futiæ C. F. Lollianæ Filiæ Piiſſimæ C. Futius Ohirus iterum. II Vir. item dedit Decurionibus HS. X. N. Ut ex Uſuris eorum quod quodannis VII. Idus Apriles Natale Filiæ meæ epulantes confrequentetis. HS. CCC. N. et in profuſionibus. HS. CC. N. neque in alios uſus convertatis L. D. D. D.

NOT. Locus datus Decreto Decurionum.

3. *Romæ.*

D. M.

M. Canulei. Zozimi. vix. Ann. XXVIII. Fecit. Patronus Lib. benemerenti. Hic. in. vita. ſua. nulli maledixit. ſine. voluntate. Patroni. nihil. fecit. multum. ponderis. auri. et. argent. penes. eum. ſemper. fuit. concupiit. ex. eo. nihil. unqua. Hic. arte. in. cœlatura. Clodiana. evicit. omnes. . . .

4. *Beneventi.*

Vibia. L. L. Chreſta. mon. fecit. ſibi. et ſuis. et. C. Ruſtio. C. L. Thalaſſo. Filio. et. Vibiæ. C. L. Calybeni. Libertæ. Lenæ. ab. aſſe. quæſitum. lucro. ſuo. ſine. fraude. aliorum. h. m. h. n. s.

5.

D. M.

Sandalius. dicit. ambula. ſequere. me. cum. oenoforu. cum. calice. et. tapantione.

1. *Bergomi.*

Digitized by Google

*1. Bergomi.*

Pudens M. Lepidi. L. Grammaticus.

Procurator. eram. Lepidæ. moreſque regebam.
Dum. vixi. manſit. Cæſaris. illa. nurus.

Atteius. Philologus. Diſcipulus.

NOT. Hæc Æmilia Lepida, nobiliſſima fœmina, quæ Sullam, & M. Pompeium, proavos ſuos habuit, non erat revera Uxor, ſed deſtinata tantum Uxor L. Cæſari, & Divo Auguſto Nurus: poſtea Quirinio Privato data, & ab illo repudiata, & deinde ob adulteria, venena aliaque aqua & igni interdicta. Tacit. ann. l. 3. c. 22. de hac Lipſius hunc lapidem exponit. Ego potius de altera Æm. Lepida, Druſi Germanici filii, Tiberii Nepotis Uxore intelligo. Sed nec illa Cæſaris Nurus proprie dicta.

*2. Cordubæ.*

D. M. S.
Domitius. Iſquilinus. Magiſter. Gramm. Græcus. annor. CI. h. s. e. s. t. t. levis.

NOT. Hic ſitus eſt, ſit tibi terra l.

*3. In monte Sumano agri Vicetini.*

Palæmon. L. L. L. D. F. Gramma. Veicet. atque. Rhet. ſibi. et. Tuberoniæ. Contubernali. Feminæ obſequentiſſimæ. atque. benemerenti. lapideum. ſtruxit. tumulum. in. eo. quidem. cadaver. quies. eſto. alio. autem. revertito. animus.

NOT. Palæmon, Luciorum Libertus, Decimi Filius Grammaticus Veicetinus atq. Rhetor, temporibus Tiberii & Claudii, omnibus vitiis infamis floruit. Arrogantia fuit tanta, ut M. Varronem *Porcum* appellaret. Secum & natas & morituras literas jactaret. *Nomen ſuum* in Bucolicis non temere poſitum, ſed præſagiente Virgilio fore quandoque omnium Poetarum ac Poematum *Palæmonem* judicem, & multa ſimilia quæ ex Suetonio habere poſſis. Magnus quidem Faſtus, magna Grammaticorum fere arrogantia eſt; ſed quis non ferat? de verbis enim tantùm agitur, nihil mali, damni vel periculi, ulli mortalium ſubinde oritur, opus utiliſſimum, & Reipublicæ feliciter regendæ apprimè neceſſarium operantur. Sed perit

labor, pereunt noctes dieſque toti; in ſtudiis, in vigiliis, in ærumnis, paupereſcunt, ſeneſcunt, languent, occiduntur, & magna loqui demum (ſi dis placet) non licebit? Liceat ſanè; & non tantum hac in re Palæmonis ſucceſſores ſint, ſed & in illa altera quæſtuoſiori, de qua idem Suetonius hæc habet, *ex Schola quadragena annua cepit*, (i. e. ſecundum Budæum, 800. lib. Ang. mon.) *nec multo minus ex re familiari*. Sed fruſtra volo, quicquid Puerorum nugis, ineptiis, quicquid criminibus impendunt Parentes, id lucro quidem apponunt; quicquid autem bonis moribus & doctrinâ inſtituendis erogatur, id totum, id ſolum periiſſe credunt. Quies hoc in loco Adjectivum eſt. Mentem quietem, habet Nævius, lib. 2. Bell. Pun.

1. *Viriaci in Sabaudia.*

D. M.

Et. quieti. æternæ.
Rebricidi. Vixillæ.
Foeminæ. incomparabili
Quæ. vixit. ſine. cujusquam. animi læſione.
Camilla. Maria.
Martius. Saturninus.
Matri. Chariſſimæ.
po. cu.
et. S. A. D.

NOT. Leg. Bebryci Divixtillæ.

2. *Romæ.*

Dis. Manib.
Ti. Claudi. Felicis.
vix. ann. LXVI. ſine. macula.
Palpia. Atalante. Filia.
C. Palpius. Severus. Nepos.
Diadumenus. Lib.
P. A. P. B. M.

NOT. Patri. Avo. Patrono. b. mer.

1. *Neapoli.*

Digitized by Google

1. *Neapoli.*

D. M.

C. ÆLio. Qui. ſi. tantillum querelarum connubio liquiſſet lacrimarum tot in morte non fudiſſet. Criſpa Con.

2. *Romæ.*

Θ. K.

Αυρηλια Περσοφω Διοσκουριδης ανηρ τη εαυτου συνβιω χρηστοτατη και γλυκυτατη. μνειας χαριν Ευψυχι κυρια. και δοι σοι ο Οσιρις το ψυχρον υδωρ.
Εποιησε εαυτω και απελευθερων απελευθεροις.

NOT. Oſiris Servus Dominam ſuam alloquitur, & eam bono animo eſſe jubet; & aquam frigidam (quam vel ad menſam, vel ad balneas olim vivæ fecerat) ei ἐν Αδῃ moranti ſe miniſtraturum offert. Reyneſ.

3. *Romæ.*

Hoc jacet in tumulo ſecura Glyconis honeſto
Dulcis nomine erat anima quoq. dulcior uſque
Que nuCquam tetricos egit ſibi lucis honores
Set magi laſcivos ſuabis Bacchoque madere
Simplicitate ſequi cantus molleſque choreas
Luſibus ipſa ſuis generabat ſæpe et amores
Dulce ſibi natiſque ſuis quos pube reliquit.
Caſtorea Fratres ſub imagine quos generavit
Digna quidem frui perpetua de luce benigna
Set celerat quo nos fata benigna vocant.

P. Matius. Chariton Conjugi B. M. F.

NOT. Aliæ Schedæ habent. Verſu 5. Coronas. Verſu 10. Fata ſevera.

1. *Romæ,*

Digitized by Google

1. *Roma, tabula marmorea pervetuſta.*

Eucharis Liciniae. L.
Docta. erodita. omnes. artes. virgo. vixit. ann. XIIII.
Heus. Ocul. errante. quei. aſpicis. leti. domus
Morare. greſſum. et. titulum. noſtrum. perlege
Amor. Parenteis. quem. dedit. natæ. ſuæ
Ubei. ſe. Reliquiæ. conlocarent. corporis
Heic. viridis. ætas. cum. floreret. artibus
Creſcente. et. ævo. gloriam. conſcenderet
Properavit. hora. triſtis. fatalis. mea
Et. denegavit. ultra. veitæ. ſpiritum
Docta. erodita. paene. muſarum. manu
Quæ. modo. nobilium. ludos. decoravi. choro
Et. Græca. in. Scæna. prima. populo. apparui
En. hoc. in. tumulo. cinerem. noſtri. corporis
Infiſtæ. Parcæ. depoſierunt. carmine
Studium. Patronæ. cura. amor. laudes. decus
Silent. ambuſto. corpore. et. leto. tacent
Reliqui. fletum. nata. Genitori. meo
Et anteceſſi genita. poſt. leti. diem
Bis. hic. Septeni. mecum. natales. dies
Tenebris. tenentur. Ditis. æterna. domu
Rogo. ut. diſcendens. terram. mihi. dicas. levem.

2. *Roma.*

D. M.

Salve. Puer. ætatis. caſtæ. Geruntio. alumno. et. meæ. ſenectutis. alendæ. ſtudioſo. vix. ann. XV. M. IV. D. V.
Quod. ſi. vixiſſet. melios. fuiſſet.
Apuleia. plorans. mœſtiſſima. mater. fecit.

3. *Romæ.*

D. M.

Xantippes. ſive. Jaiæ. C. Caſſius. Lucilianus. Alumnæ. dulciſſimæ. ſeu. mortis. miſeret. ſeu. te. vitæ. perlige. nomen.
Xantippe. Jaia. eædem. ludicro. quod. exprimens. dolore. fugit.

Digitized by Google

fugit. anima. corpore. hic. conquieſcit. cunis. terræ. mollibus. quam. trino. annorum. filo. proterentia. novem. poſt. menſum. fata. conficiunt. malo. lues. ignita. torret. noctes. et. dies. venuſta. amoena. ineptiens. et. garrula. quam. ſiqua. pietas. inſitaſt. coeleſtibus. viventi. ingenio. ſoli. et. luci. reddite. altoris. meliorem. quem. Parentes. dixerunt. cum. primum. natuſt. Lucilianum. Caſſium.

NOT. Alii legunt Manes, pro Malo. lues.

1. *Romæ.*

Ευφρανθεις συνεχως γελασας παιξας τε τρυφησας
Και ψυχην ιλαρεως παντων τερψας εν αοιδαις
Ουδενα λυπησας ου λοιδορα ρηματα πεμψας
Αλλα φιλοσι Μουσων Βρομιου Παφιης τε βιωσας
Εξ Ασιης ελθων, Ιταλη χθονι ενθαδε κειμαι
Εν φθιμενοις νεος ων τουνομα Μηνοφιλος

2. *Romæ.*

Qui. colitis. Cybelen. et. qui. Phryga. plangitis. Attin.
Dum. vacat. et. tacita. Dyndima. nocte. ſilent
Flete. meos. cineres. non. eſt. alienus. in illis
Hector. et. hoc. tumulo. Mygdonis. umbra. teger
Ille. ego. qui. magni. Parvus. cognominis. heres
Corpore. in exiguo. res. numeroſa. fui.
Flectere. doctus. equos. nitida. certare. paleſtra.
Ferre. jocos. aſtu. fallere. noſſe. fidem
At. tibi. dent. ſuperi. quantum Domitilla mereris
Quæ facis exigua. ne. jaceamus. humo

3. *Romæ.*

D. M.

Feliculo. Creſcenti. Infanti. Dulciſſimo. et. alumno. kariſſimo. delicio. ſuo. vix. ann. VI. M. III. D. XVIII. H. IIII. fructum. alium. meritor. ſuor. reportare. maluſ. fatus. negavit.

Have. perpetuom.

1. *Romæ.*

1. *Romæ.*

Q. Uiri. Severini.
Attia. Severina. et. Q. Virius. Oneſas. Parentes.
Raptus. ego. ſuperis. Patribusq. ablatus. inique
Cum. frui. debueram. ætate. florida. luce
His. requieſco. locis. vitam. cui. fata. negarunt.
Præcipitem. memet. ſuperi. merſere. ſub. aulas
Ac. tumulo. cluſere. gravi. uſus. et. arsque. mihi
Fuerat. ſtudioſo. corde. reperta. maxima. quadripedum.
cura. ſtudia. quoque. plura. fuerunt. ingenio. ſemper. plenus. probitate. beatus. ut. quandoque. ſimul. Patribus. finito. lumine. vitæ. Manibus
His. quieti. pariter. ſociavimur. una
Quiſque. legis. doleas. devites. talia. fata
Qi. vixit. ann. XXVII. Men. X. D. XV.
Attio. Epicteto. Libert.

NOT. Ferretius hanc inſcriptionem Mediolani ponit, & noſtrâ minus correctam.

2. *Salonis:*

L. Liburcio Felici
V. ann. XXIIII.
Patria mira fortitudine
defens. interfect.
Commun. lachri.
ad. Rog. ductus
Juliola Marcella
V. PI. Poſt. III. Di. obiit.

NOT. Defensâ, interfectus vel interfecto. Communibus lachrymis ad Rogum ductus. V. Pi. &c. Marullus explicat per *Viro Piiſſimo, poſtea tertia die obiit.* Forſan *Uxor Pientiſſima.*

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ, extra Portam Aureliam.*

L. Cæcilius. L. et. Ͻ. L. Florus vixit. annos. XVI. et. menſibus. VII. Qui. hic. mixerit. aut. cacarit. habeat. Deos. Superos. et. Inferos. iratos.

NOT. Ex itinere Italico D. Mabillon.

2. *Salonis.*

D. M.
L. Cornelio. L. F. Beatiſſimo
Qui. vix. pl. m. ann. XXIX.
Fuit. ordinis milit. Coh. I.
habuit VII. Spol. XI. Coron. Civic.
a Claſſe Roman. cum. eorum nota
interemptus et a Sociis conclamatus
S. C. ex ærario Civi nobiliſſimo
et. B. M. P. III. idus Julias.

NOT. Habuit 7. ſpolia, toties ſcil. hoſte ſingulari certamine victo XI. Coronas civicas, toties ſervato Cive in prælio, à Sociis conclamatus, deploratus & ad rogum cum lachrymis deductus.

3. *Romæ.*

*Inſcriptio ſub Herma.*

Quiſquis hoc ſuſtulerit aut juſſerit Ultimus ſuorum moriatur.

NOT. Imprecatio graviſſima! amicos & parentes claudat ſepulchris; nec hæredem poſt ſe relinquat.

4. *Romæ.*

V. Salvidiena. Q. L. Hilara. ſibi. et. ſuæ
Libertæ. Salvidienæ. Fauſtillæ. Deliciæ. ſuæ. eruditæ. omnibus. artibus. reliquiſti. Mammam. tuam. gementem. plangentem. plorantem. vix. ann. XV. M. III. D. XI. h. VII. Virginem. eripuit. fatus. malus. deſtituiſti. Vitilla. mea. miſeram. Mammam. tuam. 1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Memor. Cærelliæ. Capitolin. Evodion. Conjux. F. memor. Aur. Evodiæ. Aug. lib. Evodion. Pater. F. Memor. Cærell. Evodion. ſe. vivo. ſibi. et. ſuis. F.
Tu, quicunque. titulum noſtrum releges rogo per ſuperos. Sic ut ad infernas partes recipiaris ne velis tribus ſepulcris moleſtari.

2. *Romæ.*

Somno. ſepulchro. Æternali. Sacrum,

3. *Ravennæ.*

Duo. Juvan. Lupi. et. Apri.

Una. Juvaneiæ. domus. hos. produxit. alumnos
Libertatis. opus. contulit. una. dies
Naufraga. mors. pariter. rapuit. quos. junxerat. ante
Et. duplices. luctus. ſic. periniqua. dedit.

4. *Romæ.*

D. M.

Muſica. cum. cantu. reſonares. carmina. mire
Adtas. parve. Puer. dulci. celebratus. amore
Morte. gravi. raptus. tætra. defungeris. ora
Immeritus. decimo. prægreſſus. nobilis, anno
Set. te. noſter. amor. memori. pietate. reformat
At. quanvis. te. terra. tegat. miſerabilis. ima
Sic. dolor. in. parvo. creſcit. referente. ſepulcro.
Q. Buſcus. Creſcens. et. Mindia. Fortunata. alumno. benemerenti. fecer.

Filio. Martialis.

5. *Romæ.*

Have. have. Herotion. et. vale. æternom. C. Ceſtius. Filiæ. P. C.

1. *Lugduni.*

Digitized by Google

1. *Lugduni.*

D. M.

Maternæ. L. Cl. Ruſini.
Cl. hunc. VVIVS. Stygias. Ruſinus. ad. undas
Inſtituit. titulum. poſt. animæ. requiem
Qui. teſtis. vitæ. fatis. ſit. lege. futurus
Cum. domus. accipiens. ſaxea. corpus. habens
Quodque. meam. retinet. vocem. data. litera. ſaxo
Voce. tua. vivet. quiſque. leget. titulos
Rottio. hic. ſitus. eſt. juvenili. robore. quondam
Cui. ſibi. moxque. ſi. . . . . . . . . . .ſi. nutrici. Marcianæ. item. Verinæ. Collatia. hac. monumenta. dedit. et. ſub. aſcia. dedicavit.

Curante. Cl. ſequente. Patrono.

2. *Romæ.*

D. M.

Cauliæ Januariæ. vix. ann. XXXIII. mens. III.
L. Offellius. Artemidorus. Conjugi. b. m. f. et. ſibi. cum qua vixit ſine ulla querela ann. XVII.

3. *Romæ.*

L. Seſtius Sotericus ſibi et Seſtiæ Priſcæ colllibertæ et Conjugi ſuæ bene mer. cum qua vixit. annis. XXX. de qua. nihil doluit niſi morte.
et. C. Titio Baſſo. amico ſuo. homini optimo. et ſingularis. exempli. et lib. libq. ſuis. P. q. eorum. in. fr. ped. XII. in agr. p. XII.

4. *Concordiæ.*

P. Cervonius P. F. Marinus teſtamento fieri juſſit. ſibi et Cinciæ. Sex. F. ſecundæ. uxori. Cilai. Concubinai.

NOT. Concubinas uxoribus ſuperinducere ſolebant veteres, nec non recentiores, & credo hodierni.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

C. Enniæ. P. Rubrius Celer Uxori. Car. Pientiſſimæ. cum qua vix. ann. XXXXIII. M. VIII. ſine. querela
B. M. P.
Optime valeas qui legis.

2. *Romæ.*

D M.
Sympheruſæ. Priſcillæ.
Vettia. Megiſte. et. M. Vettius. Oneſimus. alumnæ. dulciſſ. F. vix. A. I. M. XI. D. XX. h. III.

Nota. ſet. in. lacrumis. ſolum. dolor. omnibus. inſtat
Hic. ſita, ſum. vixi. tempus. inane. meum.
Annus. erat. vitæ. primus. mox. deinde. ſecundi
Liminibus. rapuit. me. ſibi. Perſephone.

NOT. Vel falſa eſt notatio, menſ. XI. vel *limina* hîc, pro *fine* accipiuntur, quæ ſignificatio eſt nova & inuſitata.

3. *Romæ.*

Securitati. Sacrum.
Valerius. Julianus. Italico. Filio. infeliciſſimo. et. Honoratæ Mammulæ. hujus. fecit.

Diſpar. damna. lege. Parkarum. et. carmina. diſpar
Hæc. ridenda. mihi. eſt. hic. lacrimandus. erit
Hæc. namq. emeritos. bis. XXXX. per. annos
Vixit. at. Hic. terno. Conſule. natus. erat
Cur. modo. tam. præceps. puerum. tam. ſæva. tuliſti.
Funeris. amborum. dic. rea. Perſephone
Vix. lucem. vidiſſe. ſatis. qui. vivere. poſſet
Vivere. quæ. nollet. vix. potuiſſe. mori.

NOT. Ferretius legit Verſ. 1. pro carmina, ſtamina. Verſ. 4. obit pro erat.

1: *Fani.*

1. *Fani, ad ædem S. Catharinæ.*

V. F.

M. Amnolus. Ponticus. ſibi et Sabinæ.
Docta lyra grata et geſtu formoſa Puella
Hic jacet æterna Sabis humata domo.
Cujus fatales penſare optaverat horas
Ponticus huic Conjux ultima dona tulit.

2. *Capuæ.*

Una. dies. adimit. crudeli. morte. peremptas
Quis. ara. hæc. poſitas. pœna. hominis. miſeri.
Filia. namque. perit. periit. et. mater. eundem
Deſerit. illa. Patrem. deſerit. illa. Virum.

NOT. Verſ. 3. Queis ara hæc poſita'ſt.

3. *Romæ.*

Rubria Prima Albanieſis
P. Rubrius Reutilis
Amice have et vale
Ego hic ſitus ſum

4. *Romæ.*

D. M.

Apolauſtus. Modian. . . . .
Publ. VII. vir. Epulon. iten. . . . .
Apolauſtus. Claudianu. . . . . . .
VII. Virum. Epulon.
Juſtus. Gavianus. Publ. Eet. . . . . .
P. Voluſius. Renatu. . . . . . .
Voluſiae. Juſtae. Matri. . . . . .
Simae. omnium. Feminar. . . . . .
tiori. Vniviri ae. que. v. mec. . . . . .
M. II. D. XXI. Ceteriſque. . . . . .
Poſteriſque. eorum

NOT. Verſu 7. ſanctiſ. vel cariſ. : . . Verſu 9. Sanc. . . : V. 10. Univiria, quæ & Univira in aliis dicitur.



Digitized by Google

1. *Romæ.*

D. M.

Reianiæ. C. F. Mæcianæ. Conj. incomparabili. Vnaviræ. et. caſtiſſimæ. quæ. ſibi. nupſit IIII. Kal. Feb. mortem. obiit. III. kal. Feb. vixit. ſecum. ann. XVIII. T. Fr. T. F. Liberalis. Hedonicus. Maritus.

NOT. Univiras, vel Univirias fuiſſe, in ſummâ & verâ laude fœminarum, apud multas gentes, & imprimis Romanos eſſe, aſſerit Cl. Reyneſius, ſuper hac inſcriptione. Sed quomodo in laudibus eſſet Reianiæ noſtræ, quòd Univira fuiſſet, cum ante maritum ſuum obiit, profectò non video. Si enim virgo illi nuptum data eſt, & ante illum moreretur, Univira non eſſe non potuit. Si non erat virgo, ſed alterius vidua, tunc Univira eſſe non potuit, quæ binos maritos habuiſſet. Univira ergo, & in hac & in aliis inſcriptionibus quas ponunt viri vidui, illa eſt quæ virum unice colebat, amabat, & jura connubialia ſanctiſſimè aſſervabat. Bivira vidua eſt, quæ bis nubit.

2. *Mediolani.*

Senti. Secundi. Metili. Marianus. Maximinus. Virianus. et. Verus. Verinus. Secundus. Diſcipuli. idemque. heredes. pro. meritis. ejus. quæ. in. eos. contulit. ut. etiam. poſt. obitum. ejus. nomen. pro. meritis. ſuis. legeretur.

3. *Romæ, in urna depoſitoria ſeu Sarcophago.*

D. Θ. K. M.

Εικοσιν. εξ. λυκαβασιν. ετω. ζησασα. Σαβεινα
Και. μησιν. τελεσασιν. ειτ εν δεκατον. παλιν. ημαρ
Τηδε σορω κειμαι. θυγατρος. μετα. η. με. διωξεν.
Διξαμενη. ςοργην. φιλομητορα. δογμασι. μοιρων.

Hic. jacet. exanimis. tumulis. Ælia. Sabina.
Cum. ſua. nata. ſimul. fletu. quem. procreat ipſa.
O fortuna. fidem. quantam. mutaſti. maligne
Quem. genuit. genetrix. ſecum. tenet. in. lare. ditis.

NOT.

N O T. Græci annos λυκάβαντας dicebant; alii ἀπὸ τοῦ λύκου, i. e. ſole, & βαίνω eo. Heſychius ita Λυκάβας, ὁ ἐνιαυτὸς, παρὰ τὸ λύγαιως βαίνειν, ὅ ἐστι σκοτεινῶς· λεληθότως γὰρ ὁ χρόνος διέρχεται. Artemidorus ita ſomniavit, Λυκάβας τοῖς πωντοῖς ἐνιαυτὸν σημαίνει ἀεὶ γὰρ οἱ λύκοι ἑπόμενοι ἀλλήλοις ἐν τάξει διεξιᾶσι τὸν ποταμόν· ὥσπερ αἱ τοῦ ἔτους ὧραι ἑπόμεναι ἀλλήλαις τελοῦσι τὸν ἐνιαυτόν. Aliter Ælianus. Sed de re nihili ſatis; Lar Ditis, hîc pro ſepulchro, & domo æterna, vel pro Orco ſumitur.

1. *Romæ.*

D. M.

Conditus. hic. Amor. eſt. dictus. de. nomine. Patris
Heu. miſeri. Patris. conditus. hic. amor. eſt.
Gallia. quem. genuit. de. gente. Novempopulona
Itala. terra. tegit. Gallia. quem. genuit.
Nobilis. ingenio. docuit. jus. inclyta. Roma
Oppetiit. fatis. nobilis. ingenio
Læſeris. hunc. tumulum. ſi. quiſquam. in. Tartara. pergas.
Atque. expers. tumuli. læſeris. hunc. tumulum.

2. *In Fabrica, in Faliſcis.*

Hic. Aquilæ. Cineres. miſerabilis. urna. ſepultos
Contegit. et. fatis. exproperata. nimis.
Occidit. infelix. cœpto. modo. flore. juventæ
Quam. finiit. annus. ſeptimus. et. decimus
Formonſus. frugi. doctus. pius. à. Patre. mœſto
Accepit. tumulos. quos. dare. debuerat.

3. *Romæ.*

D. M.

P. Licinii. et. Fl. Aminnæ. Cineribus. hic. locus. ſacer. eſt.
Vix. unan.

N O T. Vixerunt unanimes.



Digitized by Google

1. *In Marrucinis trans Aternum flumen.*

L. Caſſio. Termodoro. Nauclero. qui erat in Colleg. Serapys. Salon.
per freta per maria trajectus ſæpe per und.
Qui non debuerat obitus remanere in aērn. ſet mecum Conjunx ſi vivere nolueras ad ſtyga perpetua vel rate funerea utinam tecum comitata fuiſſem. Ulpia Candida Domus. Salon.

M. P.

Aērn. que fuit in Coll. Yſid.

NOT. Vir & uxor erant domo Salonenſes; ille conditione Nauclerus Dei Serapidis miniſtrorum Corpori adſcriptus. Hæc Iſidis Deæ ſacris mancipata. Obitus, pro mortuo; aern. pro æternum; pro perpetua lege vel pedibus. Ità Reyneſius. Sponius pro Aern. habet Aternum flumen.

2. *Florentiæ.*

D. M.

Ulpiæ. Vitali. fecit Fuficius Felix. Amicæ. ſuæ. fideliſſimæ. quæ. ſibi. moriens. fidem. ſervavit. et. ſibi. l. l. q. ſuis P. q. E.

3. *Romæ.*

Θ. K.

Φιλητωι τοδε σημα κατοιχομενωι συνομευνωι
A Βασηκνκς γαμετη μνημοσυνης ενεκεν.

4. *Neapoli.*

D. M. S.

Juliæ. Juſianæ. F. quæ. vix. ann. XX. M. XI. D. VII.
Poſſidet immeritum locus hic cito corpus iniquus
Quæ talem vitam meruit ut curva ſenectus.
Noluerunt ſuperi cito reddidit omne nefandis
Quod fuit ad ſuperos quæ nullis invida vixit.
C. Julius. Victorinus. et. Ælia. Theodote. et. C. Victorinus. Soter. Conjux. B. M. F.

1. *Neapoli*

Digitized by Google

1. *Neapoli Tabula marmorea, in medio parum excavata cum quinque foraminibus ad lacrymas ſuper Lydam effuſas capiendas:*

D. M.

Injice. ſi. pietas. uſquam. eſt. ſuſpiria. et. imple
Mecum. Hoſpes. lacrimis. marmoris. hoc. vacuum
Nam. formæ. exemplum. periit. cum obiit. mea. Lyda
Quam. periere. homines. vel. periere. Dii.

2. *Romæ.*

| | | |
|---|---|---|
| V | Antonius. Severus. Aquila hic jacet | E |
| L | Sine anima miſerabili fato qui vixit | T |
| T | Annos biſſenos et ſex menſes cui vota | V |
| O | Erant ut Parentibus iſta pararet | T |
| R | Set mors immatura fecit ut facerent | O |
| . | Parentes Filio contra ordinem. . . . | R |
| . | Studia amavi obſequens Magiſtris fui | . |
| . | Obſervavi Parentum præcepta me | . |
| . | . . . micos colui Patronos bonos. . . | . |
| . | . . . officio præſtus fuiſſet fatali. . . . | . |
| . | . . . m ætate tulerunt luc. . . . . . . | . |
| . | . . . . . quod Dii. . . . ib. . . . . . . | . |

3. *Sub Caſerta.*

Appollonia. quæ. vocitabatur
Lapide. hoc. incluſa. quieſco
Ipſo. mihi. flore. juventæ
Ruperunt. fila. ſorores
Annos. poſt. decem. et. octo.
Venerunt. viſere. lumen
Unum. ſortita. maritum
Servavi. caſta. pudorem
Mater. miſer ! hoc monumen
Extruxit. Olympias. amens
Hæc. ſunt. bene. vive. Viator.



Digitized by Google

NOT. Lege Verſ. 1. Apollonia quæ vocitabar, V. 9. Hoc monumentum. Et pro venerunt lege Vetuerunt, V. 6.

1. *Neapoli.*

D. M.

Pomponis. Creſcenti. Danuvio. Rheno. nepotibus. et. Euphrati: Patri. eorum. Filio. homini. ſimpliciſſimo. Pomp. Rhenus. Pater. fecit. qui. me. non. merentem. Eprocupaverunt.

NOT. Quadratarii error, pro preoc. i. e. me prævenerunt, has ſedes ante Patrem occupaverunt.

2. *Romæ.*

D. M.

Valeria. Jucunda. mater. Valerio. Achilleo. Filio. dulciſſimo. qui. vixit. annis. XXIV. menſe. uno. dieb VI. Quinti horis VI. qui. amplius V.

NOT. Quid de poſtremis hiſce putem non ſcio, niſi pauca quædam emendare liceat. Sic ergo lego. Valeria. I. M. Val. Ach. F. dulc. qui, vixit annis XXIV. menſe uno, Diebus IV (pro VI. quæ facilis mutatio eſt) quinti, horis VI. (i. e. dieb. 4. quinti diei hor. 6.) Qui (pro quæ, quod ſæpiſſime fit) ipſa Jucunda, horis V. tantùm prætergreſſa eſt, & obiit.

3. *Romæ.*

Feci. quod. volui. monumentum. ubi. oſſa. et. Cineres. æternum. requieſcent. mihi.

4. *Romæ.*

Patrem. Matrem. Liberos. una. lues. ſuſtulit. Lacrumis. confecta. Cypris. Filio. et. Nepotibus.

5. *Romæ.*

D. M.

Quietorium. Clymenes. et. Libertorum. et. Raphis.

6. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Q. Aricinius. Q. F. Baſſus. vix. ann. XXV.
Debuit. hoc. Patris. natus. duo. corpora. humare
Corpora. ſemianimes. corpus. inane. colunt
Qui. quia non. poſſunt. donis. æquare. merentem
Reſpondere. queunt. Baſſe. tuis. meritis.

V. C. Curtius. C. L. Antiochus. Pater.
Debuit. hoc. natus. nobis. præſtare. duobus
Ut. Cineres. Patrias. dederet. inferiis
Sed. quoniam. Diræ. genuerunt. fata. volucres
Te. Baſſe. ereptum. flevimus. ante. rogum

V. Aricinia. Nais. Mater

2. *Romæ:*

Θεοις. Χθονιοις.
Νυν Βασιλιος Εγω βρεφος αιλινον ωδε Μακρεινος
Παιδος Μακρεινου Γλωκερας Μηδος μη τεκουσης
Οκτω τι πλησας ετος Μυτοις Νηνας Β Μυ. Α.

N O T. Verſ. 1. lege Βασιλειος. 2. γλυκερας. . . . . μη. 3. ετος τεσσαρων ενιαυτοις. μηνας. ϛ. ημ. α.

3. *Auguſtæ Taurinorum:*

T. Arrio. T. F. Etro. Tertio. ann. XXI.
Mucia. T. F. Modeſta. Mater. V. F. ſibi. et. T. Arrio.
M. F. Viro.

Invida. florentem. rapuerunt. fata. juventam
Nec liquid. miſero. me. ſupereſſe. meis
Flevit. præſentem. mater. flevere. ſodales
Et. mater. tepido. condedit. oſſa. rogo
Quæ. prius. hoc. titulo. debuit. ipſa. tegi.

In. agro. p. XX. in. fronte. p. XX.

N O T. Aliter in Verſ. ult. legi.



Digitized by Google

1. *Ravellæ, in Regno Neapolitano.*

Hic. Puer. octavo. fraudatus. clauditur. anno
Impia. quem. fati. ſæva. ruina. premit.
Nomen. erat. Clemens. minime. lædendus. et. annis
Spes. erat. in. Puero. nunc. Cinis. et. gemitus.

2. *Romæ.*

D. M. S.

Ti. Claudi. Eugenetis. vix. A. XI. D. IX. Ti. Claudius. Anicetus. Pater. fecit.

*Απλνεουτ αιδη τι με νηπιον ηρπασας αφνω*
*Τι σπευδεις ου σοι παντες οφειλομεθα.*

3. *Apud Hiſconum, Ferentina Regione.*

D. M.

Aureliæ. Lucidiæ. Gratæ. Dulciſſ. Adoleſc. Integerr. venuſtiſſq. M. Aurel. Luc. Pius. infeliciſſ. Pater. inſperatos. tumulos, dedit. miſit. q. ultima. dona.

4. *Romæ, ara marmor.*

Claudia. Hedone. mater. infeliciſſima. quæ. ann. continuis. IIII. Claud. Hedonicum. Fil. Piiſſim. ann. XXIII. et. Filies. Fil. Titia. Peregrina. ann. VII. et. Titia. Felicula. Fil. cariſſ. ann. XXIX.. Ego. ſempitern. tempore. etiam. aput. ſuper. et. inferos. maledict. habeo. Quisq. leger. Si. tamen. Pius. eſt. neceſſe. eſt. doleatur. D. M. Titia. Felicula. vix, ann. XXIX. Claud. Hedone. Mater. infeliciſſ.

5. *Romæ.*

Didia. T. F. Fabia. Mater. in meo. dolore. in. hoc. Sepulchro. nomen. in. his. adſcripſi. meum. hic. eſt. domus. mea. cum. meis.

1. *Romæ,*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Matri. Piiſſimæ. Heleniæ Priſcæ. cujus. adfectus. erga. pietatem. matris. ſerviit. ad. fata. Ledæ. v. a. LXIV. Et. lib. libertab. q. P. q. eorum. Mactius. Thalamus. amicus. et. Tutor. ſua. impenſa. poſuit.
Matius. Thalamus. Heres. poſuit.

NOT. Scio Ledam Helenæ matrem fuiſſe, ſed quid ſit ſervire ad fata Ledæ, neſcio.

2. *Romæ.*

Memoriæ. M. Luccei. M. F. Nepotis. Sex. Onuſi. Anius.

Quum. præmatura. raptum. mihi. morte. nepotem
Flerem. Parcarum. putria. fila. querens
Et. gemerem. triſti. damnatam. ſorte. juventam
Verſaretque. novus. viſcera. torta. dolor
Me. deſolatum. me. deſertum. ac. ſpoliatum
Clamarem. largis. ſaxa. movens. lachrimis
Exacta. prope. nocte. ſuos. quum. Lucifer. ignes
Spargeret. et. volucri. roſcidus. iret. equo
Vidi. Sidereo. radiantem. lumine. Formam
Æthere. delabi. non. fuit. illa. quies
Sed. verus. Juveni. color. et. ſonus. at. ſtatus. ipſe
Major. erat. nota. corporis. effigie
Ardentis. oculorum. orbes. umeroſque. nitentis
Oſtendens. roſeo. reddidit. ore. ſonos
Adfinis. memorande. quid. o. me. ad. ſidera. cœli.
Ablatum. quereris. deſine. flere. Deum
Ne. pietas. ignara. ſuperna. ſede. receptum
Lugeat. et. lædat. numina. triſtitia
Non. ego. Tartareas. penetrabo. triſtis. ad. undas
Non Acheronteis. tranſvehar. umbra. vadis.
Non. ego. cœruleam. remo. ſulcabo. carinam
Nec. te. terribilem. fronte. timebo. Charon
Nec. Minos. mihi. jura. dabit. grandævus. et. atris
Non. errabo. locis. nec. cohibebor. aquis

Surge

Surge. refer. matri. ne. me. noctesque. dieſque
Defleat. ut. mœrens. Attica. Mater. Ityn
Nam. me. ſancta. Venus. ſedes. non. noſſe. ſilentum
Juſſit. et. in. cœli. lucida. templa. tulit
Erigor. et. gelidos. horror. perſuderat. artus
Spirabat. ſuavi. tinctus. odore. locus
Die. nepos. ſeu. Tu: turba. ſtipatus. amorum.
Lætus. Adoneis. luſibus. inſereris
Seu. grege. Pieridum. gaudes. . . . . . . .
Omnis. cœlicolum. te. . . . ſ. comitatur honos
Si. libeat. thyrſum. gravidis. a. . . . . . . . . .
Et. velare. comam. palmite. lib. . . . ſ. er. eris
Paſcere. ſi. crinem. et. lauro. redimi. . . . . . . . .
Arcum. cum. pharetra. ſumere. P. . . . ſ. hœbus eris
Induris. teretis: manicas. Phrigiu. . . . . . . . .
Non. unus. Cybeles. pectore. vivet. A. . . . ſ. tys
Si. ſpumantis. equi. libeat. quatere. ora. . . . ſ. lupatis
Cyllare. formoſi. membra. vehes. e. . . . ſ. quitis
Sed. quicumque. Deus. quicumque. vocab. . . ſ. eris herōs
Sit. ſoror. et. mater. ſit. puer. incol. . . . ſ. umis
Hæc. dona. unguentis. et. ſunt. potiora. . . . . ſ. metallis
Quæ. non. tempus. edax. non. rapi . . . ſ. it. unda. maris

1. *Romæ.*

Suetrius. Hermes hic ſitus eſt cui Tertia Conjunx
Aram conſtituit digno meritoque marito
Cum quo concordiam tam multoſque per annos
Vixit et tenero sbta marito eſt
De cujus fama multi cum laude locuntur
Quod fuerit Cultor Domini Rerumque et amator.

NOT. Sbta, ſubtracta.

2. *Inter viam Appiam & Latinam.*

Sol. me. rapuit.

1. *Florentiæ.*

Digitized by Google

1. *Florentiæ.*

Hilara minor Midaes Miniſtra ſimul cum Mida ſita eſt in eadem olla. Quartio gratiam rettulit merentei Hilarae quod viva rogavit Sepulta eſt ad VI.K. Apriles Ti. Claudio Ner. P. Quintilio Var. Coſ.
Mida Cubicularis IIIVir hic ſitus eſt Hilara minor viva rogavit ut oſſa ſua in Olla Midae coicerentur cum mort. eſſet.

[ *Ad latus.* ]

V. Quartio Textor IIIvir. Quæſtor Trib.

NOT. A. U. C. 740. ante Chriſt. ann. 12. Sed an Olla hoc ſenſu tunc temporis uſurpabatur, multum dubito.

2. *Florentiæ.*

Neceſſariam fuiſſe inſpectionem Ædificiorum et loci de quibus [2] apue me actum eſt re ipſa manifeſtatur. Cum igitur aedificia [3] ſolo puro poſita deprehenderim neque ullo ſepulchro ſuperpoſita vel conjuncta apparet venditionem eorum jure factam ideoque ad Ælium Rufinum militem ex cauſa emptionis pertinere videntur. Loci vero ſive agri quem adjacentem aedificIs Aelius Abaſcantus Pater Rufini ab Heredibus Patulci Diocletis aeque mercatus eſt quum habeat plurima et diſperſis locis ſepulchra jus per venditionem transferri ad emptorem non potuiſſet cum Pater Rufini et poſtea Rufinus quamquam non jure facta emtione ſemper in poſſeſſionem fuerint nullo jure eum

locum

locum vindicare ſibi Patulcii poſſunt. Plane cum in re praeſenti inſpexerim lituratum Ag. et. eraſum Patulcii dicunt remanere in ſtipul. capita quaedam exprimentia haec verba. Actius Diocl. Patul. Dioc. F. cum fratrib. qui nunc hic adſunt Vendunt. P. Aelio Abaſcanto locum purum in quo nulla ſepulchra jacta ſuperpoſita neq. conjuncta apparent. lib. Nep. Pronep. Q. et. reliqua. Ob contemptum tamen Religionis. Rufinus. P. Æli. Abas. F. agro privetur fietq. pub. ſepeliendor. militum. Claſſ. Pr. Mis. in uſum. Heredes vero Patul. Dioc. mulctentur [4] ſorte una cum anatociſmo binae centeſimae uſurae propter neglectam religionem ſepulchrorum clam dirutor. Pauperesq. milites. Claſs. Pr. Mis. donati ſint dum aegreſcunt et moriuntur ne aere [5] conlato curentur ſepelienturq. quam ſententiam ſanctam eſſe omnes ſciunto idq. totum teſtatur marmor.

NOT. [1] C. C. C. Calumniæ cavendæ Cauſâ. [2] Apue, pro apud. [3] Obſervandum eſt, *ſolum-purum* illud eſſe, quo nulla erant ſepulchra poſita, vel cui non erant conjuncta: & illius ſoli, venditionem & emptionem jure fieri poſſe; ſin autem illo ſepulchra ſuperpoſita eſſent, jus per venditionem transferri ad emptorem non poſſe; quæ erat Religio ſepulchrorum. [4] Sors, illa eſt quam nos dicimus ſummam principalem, anatociſmus *ἀνατοκισμὸς* eſt uſura uſuræ, quaſi ſortis regeneratio, ipſa enim uſura fit nova quædam ſors. [5] Cautum eſt hâc Senecionis ſententiâ, ne Militis Claſſes Prætoriæ Miſenenſis, collatitiam ſepulturam haberent, i. e. quæ facta à viatoribus cadaveribus repertis in via, ære hic & illic collato; ſed certos reditus ex agro Abaſcanti haberent, unde ſumptus funerei expenderentur.

## 1. *Romæ.*

Monumentum. quot. eſt. via. Triumphali. inter. miliarium. ſecundum. et. tertium. euntibus. ab. urbe. parte læva. in. Clivo. Cinnæ. et. eſt. in. agro. Aureli. Primiani. Fictoris. Pontificum. C. C. V. V. et. appellatur. Terentianorum. juxta. monumentum. Claudi. quondam. Proculi. et. ſi. qui. ali. atfines. ſunt. et. qua. quemque. tangit. et. Populum. Statia. Irene. Ius. Liberorum. habens. M. Licinio. Timotheo. donationis. mancipationiſq. cauſa. H S. N. I. mancipio. dedit. libripende. Claudio. Dativo. Anteſtellato.

T 3 Cornelio.

Cornelio. Victore. in. que. vacua. cuam. poſſeſſionem. monumenti. S. S. ceſſit. et. adio. monumentum. itum. aditum. ambitum. adque. hauſtum. coronare. veſci. mortuum. mortuas. mortuoſve. oſſa. inferre. ut. liceat. quot. mihi. Licinnio. Timotheo. tu. Statia. Irene. j. l. h. monumentum. S. S. H. S. N. L. Mancipio. dediſti. de. ea. re. dolum. abeſſe. afuturumque. eſſe. a. te. Herede. tuo. et. ab. his. omnibus. ad. quos. ea. res. pertinebit. hæc. ſic. recte. dari. fieri. præſtarique. ſtipulatus eſt. Licinius. Timoteus. ſpoſpondit. Statia. Irene. J. L. H.
Actum. pr. kal. Aug. Impp. DD. NN. Gallo. Aug. II. et. Voluſiano. Aug. Coſſ.
Isdem. Coſſ. eadem. die. Statia. Irene. j. l. h. donationi. monumenti S. S. ſicut. ſupra. ſcriptum eſt. conſenſi. ſubſcripſi.. .. et. atſignavi.

Actum.

NOT. A. D. 252. Fictores Pontificum, ſunt illi, qui liba fingebant, in uſum Sacerdotum. Fictores dicti à fingendeis libeis. Varro.

1. *Bergomi.*

Albiniæ. Vetti. Fil. Valerianæ. Pudiciſſ. Femin. P. Appius. P. F. Eutyches.
ad. cujus. memoriam. colendam. huic. Colleg. Dendroph. leg. HS. C̄. N. cujus. ſummæ. reditu. quodannis. die. natal. ejuſdem III. eid. April. Decur. Sportul. ex. denar. CCC. inter. Præſent. arbitr. ſuo. divid. oleum. et. propin. ex. den. DCCL. præbeant. item. lectiſternium. tempore. Parentalior. ex. den. CC. memoriis. ejuſdem. Valerianæ. et. Appi. Valerian. Fil. ejus. per. offic. Teſſerariorum. quodannis. ponatur. et. parentetur. item. coronæ. myrt. ternæ, et. tempore. Roſæ. Jul. ternæ. eis. ponantur. micatæ. de. ſelectis. ex den. L. profundantur. Item. Appius Eutychianus. Maritus. ejuſdem. Valerianæ. ſcholæ. vexillarior. largitus. eſt. HS. XXXX. N̄. ex. cujus. ſummæ. reditu. quodannis. die. SS. natalis. ejus. ante. ſtatuam. lectiſt. ex. den. CCL. inter. Præſent. ſibi. divid. oleum. et. propin. per. Roſam. præbeant.

1. *Via*

Digitized by Google

1. *Via Oſtienſi.*

Dis. Manib.

Annia. Cypris. monumentum. fecit.

M. Æmilio. Felici. Conjugi. meo. bene. merito. cum. quo. vixi. annis. L. ſine. ulla. quirilla. ſibi. ſuis. lib. libertab. q. noſtris. P. q. eorum. hoc. monum. ne. de. nomine. exſiat.

2. *Tarracone.*

D. M.

Antoniæ. Clementinæ. Ux. P. Ruffius. Flavs. M. F. et. S. viv. inq. memoriam. perpetuam. hortos. cohærentes. ſive. ſuburbanum. tradidit. lib. libertabq. ex. familia. Ux. Marullo. Antrocio. Helenæ. Tertullinæ. excepitq. ne quis. eos. venderet. ſet. per. genus. ipſorum. poſſeſſio. decurreret. vel. per. Atnatos. vel. per. Manumiſſos.

3. *Circa Theſſalonicam.*

Αυρηλια. Αρτημιδωρα. ζωσα. τον. δε. ταφον. τευξεν. εκ. κοινων. καματων. αυτη. και. φιλιω. ανδρι. τουνομα. Δημητριω. ζησαντα. ετη. τεσσαρα. και. ἐννεα μηνας. κασαι. εν. κοινω. ταφιω. αξιος. ης. εγγονου. σοφιας ει. δε. ο. κληρονομος. ο. εμος. παραπεμψη τουτων. δωσει. τω. ταμιειω. δεναριου.

✳︎. ψ. N̄

NOT. 700. denar.

4. *Extra oppidum Rignani.*

C. Clodio. Fabato. Marito. Optimo. Atilia. Marcella.
Terrenum. corpus. celeſtis. ſpiritus. in me
Quo. repetente. ſuam. ſedem. nunc. vivimus. illic
Et. fruitur. ſuperis. æterna. in. luce. Fabatus.

1. *Romæ.*

D. M.

M. Aurelius. Romanus. et. Antiſtia. Chreſime. uxor. ejus. fecerunt. ſibi. et. Lib. Libertab. q. P. q. eorum. monumentum. cum. ædificio. ſuperpoſito. hoc. autem. monumentum. cum. ædificio. neque. mutabitur. neque. væniet. neque. donabitur. neque. pignori. obligabitur. ſed. nec. ullo. modo. abalienabitur. ne. de. nomine. exeat. familiæ. ſuæ.

2. *Lugduni.*

D. M.

Et. memoriæ. æternæ. Cl. Meſſoris. et. Fl. Dionyſidis. Conjug. quæ. ſibi. viva. poſuit. utriſque. quæ. vix. ſine. ulla. querella. quæ. fuerat. felix. ſat. ſi. non. plena. doloris. quæ. filios. duos. caruit. cujus. unius. nati. mortem. non. interfuit. longeque. peregreque. mater. Orfana. viva. ſibi. et. ſuis. poſuit. et. ſub. aſcia. ded.

3. *Puteolis.*

D. M.

Ne. quis. flere. velit. ſi. tumulum. ac. titulum
Viderit. extructum. ſic. fatum. voluit
Vixi. dum. potui. tempore. quo. licuit
Ignis. habet. corpus. ipſam. cœlum. animam
Vexit. aqua. Porthmeus. terra. habet. hic. cineres
Ignis. aqua. terra. cœlum. ſimul. capiunt.
Si. nomen. quæris. quam. Liber. rapuit
Digna. Ariadna. Polo. nobile. ſidus. ero
Amoque. ego. nec. caſta. ceſſit. Penelope
Alceſti. Comes. æmula. mors. placuit
Salvos. erit. conjux. major. erit. tumulus
Terdenos. annos. menſes. undecim. poſt
Diviſos. fatis. ter. ſex. vixi. dies
Annos. bis. ſeptem. virgo. ago. ſed. reliquos
Conjuge. Alexandro. Soſia. cum. Soſio
Jungit. carus. amor. dividet. ipſa. mors.

NOT. Porthmeus eſt Charon, ſed quid vexit aqua, neſcio, aut quam partem Ariadnæ cepit aqua, niſi umbram.



Digitized by Google

Θ 1. *Romæ.* K.

Μνημ αρετης Μοιρης τοπελος φιλου ουνομα χρηστη
Σωφροσυνης ιερας ηλιε μεγαν εσχεν επαινον
Ενθαδε νυν κατα γης σωμα γε παυσε πονων
Την συνετον ψυχην μακαρων εις αερα δουσα
Προσθεν μεν θνητην νυν δε θεων μετοχος
Αειμνηστος απασι φιλοισι τε και τεκεεσσι
Τονδε ταφον 'σοφιης ενεκεν κυδνη παρακοιτη
Τευξε φρασας συνομενος Αλεξανδρειο πολειτης.
Αγεντη ευψυχι καμε μενει το θανειν.

NOT. Primus Verſus ineptiſſimus eſt, nec ullam efficit ſententiam. V. 5. lege θνητ' ην. V. 7. κυδνη vel κυδνῃ. V. 8. συνομευνος. in ultimo Ἄγεντη, εὐψύχι pro εὐψύχει, Bono animo ſis.

2. *Romæ.*

D. M. S.

Eutyches. Urſulæ. Conſæ. kariſſimæ. cum. qua. vixi. annis. XXII. M. VII. D. XXI. de. qua. nihil. unquam. queſtus. ſum. et. Aſianæ. Matri. B. M. F.

3. *Romæ.*

D. M.

Nymphæ. Julia. Melliſl. bene. merenti. de. Fratr. ſui. conjuge. vix. ann. cum. eo. VI. deceſſ. XXVII. piiſſima. de. qua. nihil. aliud. dolitus. eſt. niſi. mortem.

4. *Patavii.*

D. M.

Portitori. Plutoni. et. Proſerpin. have. Julia. C. Fil. maxima. Felix. Dom. Troment. Salon. animula. dulcis. animula. ſuavis. animula. in. Deorum. numerum. recepta. unde. tale. quando. tale. et. cui. talem. vixit. ann. LIX. M. VI. D. XII. hor. noc. IX. T. Scribonius. Barbula. Conjugi. incomparabili. B. M. P. C. et. infra. ſcriptis. V. V. C. Arrio. Marin.

1. *Brunduſii.*

Digitized by Google

1. *Brunduſii.*

M. Lollius. Arphocras. V. F. et. Paelinæ Uxori. V. et. lib. lib. q. P. q. eorum. M. S. S. E. H. N. S. neque. ulli. liquebit. locationis. cauſa. in. annis. centum quandoq. tranſvendere. quod. ſi. qui. adverſus. it. fecerint. eorum. bona. pertinere. debebunt. ad Rempublicam Brunduſinorum.

2. *Romæ.*

Hic. ſita. quæ. vixit. duo. de. triginta. per. annos
Unanimi. Calpurniano. ſociata. marito
Nomina. Matura. Tuder. eſt. mihi. nota. propago
Aufidius. Genitor. genuit. me. Plania. Mater
Quadraginta. duos. mecum. fero. flebilis. annos
Rapta. meis. fatis. ſuperi. ſic. namque. jubebant
Ima. penetrali. Lucinæ. ſacra. petenti
. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

NOT. Hæc Mulier nupta erat annorum 14, & dum Hecates ſacra peragebat, vel forſan dum parturiebat, occubuit.

3. *Romæ.*

Hoſpes. quod. deico. paullum. eſt. aſta. ac. pellige
Heic. eſt. ſepulcrum. hau. pulchrum. Pulchrai. Feminæ
Nomen. Parentes. nominarunt. Claudiam
Suom. Mareitum. corde. dilexit. ſouo
Gnatos. duos. creavit. horunc. alterum
In. terra. linquit. alium. ſub. terra. locat
Sermone. lepido. tum. autem. inceſſu. commodo
Domum. ſervavit. lanam. fecit. Dixi. abei.

NOT. Briſſonius in V. 2. legit haut.

*Galiſtri.*

Maria. Gemina. Emerit. an. P. M. L. H. S. E. S. T. T. L. Ipſa. ſibi. ſe. viva. ſecus. Conjugem. ſuum. F. C.

1. *Romæ*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Lezbiæ. oſſa. hic: ſita: ſunt.
Hoſpes. ſta. et. lachruma. ſi. quicquam. humanitus. inteſt
Oſſua. dum. cernis, conſita. mœſta. mihi
Quojus. laudati. mores. et. forma. probataſt
Anchialo. quem. cura. anxia. debilitat
Lesbia. ſum. quæ. dulcis. mores. ſola. reliqui
Et. quod. vitam. vivens. parui. in. officieis
Si. nomen. quæris. ſum. Lesbia. ſi. duo. amantes
Anchialus. dulcis. cum. ſuave. homine. Spurio
Sed. quid. ego. hoc. cerno. mea. ſunt. hic. oſſua. in. olla
Conſita. vive. hoſpes. dum. licet. atque. vale.

2. *Romæ.*

D. M.

Juliæ. Feliculæ. conjugi. bene. mer. ejuſdem. filio. Neptunali. Pater. fecit. Evariſtus. Public. Julianus. ſibi. et. ſuis. Poſteriſq. eorum.

Hoſpes. ad. hunc. tumulum. ne. meias. oſſa. precantur
Tecta. hominis. ſet. ſi. gratus. homo. es. miſce. bibe. da. mi.

3. *Prope Teanum.*

P. Tapſenna. P. F. Proculus
militavit. Cohor. X. Pr. Sin
Pettiæ. Urbanæ. Conjugi
qui. cum, vixit. annis. XXXII.
Cujus, dolorem. accepit. alium
Nullum. niſi. mortis. ejus. et
P. Tapſennæ. L. F. Patri. et
Q. Tapſennæ. P. F. Fratri.

NOT. Ex itinere Italico Mabillonii.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

D. M.

Julia. L. F. Priſca. vixit. ann. XXVII. Quint. Clodius. Hilarus. vixit. ann. XXXV. nil. unquam. peccavit. niſi. quod. mortua eſt.

2. *Romæ.*

Bene. valeas. quiſquis. es. C. Martiæ. Conjugi. meæ. B. meritæ. quæ. multis. cum. ſudoribus. matura. ætate. vixit. virtuoſe.

3. *Pelignis.*

P. Memiſianæ. Uxori. Caſtiſſ. et. incomparab. affectione. Feminæ. cujus. de. obſequiis. dicere. minus. ſupplet. dolore. Q. Herculanius. Maritus. cum. Pignerib. de. ea. natis. locum. conſecravit.

4. *Romæ.*

D. M. S.

Plætoriæ. Antiochidæ. Rariſſimæ. Feminæ. vix. ann. XXVI. M. III. D. XXI. T. Fl. Capito. Cojugi. Caſtiſſimæ. Piiſſimæ. et. de. ſe. optime. meritæ. de. qua. nullum. dolorem. niſi. acerbiſſimæ. ejus. mortis. acceperat. digniſſimæ. fecit.

5. *Prope Veronam.*

Læliæ. Clementinæ, Uxori. incomparabili. Q. F. Secundus. Maritus. et. ſibi. vivus. fecit.

Functa. jaces. hic. ſed. vivis. viveſque. ſecundo
 Lælia. tuo. debent. nec. benefacta. mori
Te. tellus. ſanctoſque. precor. pro. Conjuge Manes
 Vos. ite. placidi. tu. levis. oſſa. tegas.
  Vixit. ann. XXX. menſ. V. dies. X.



Digitized by Google

1. *Burdigalæ:*

Λειψανα λουκιλλης διδυματοκου ενθαδε κειται
Ης μεμερισ̃το βρεφη ζωον Πατερι θατερον Αυτη.

NOT. Lege μεμερισται.

2. *Sorboni prope Saſſinam.*

D. M.

Marcanæ. C.F. Veræ. T. Cæſius. Lyſimachus. Conjugi. ſanctiſſimæ. et. ſibi. vivos. poſuit.

Ver. tibi. contribuat. ſua. munera. florea. grata
Et. tibi. grata. comis. nutet. æſtiva. voluptas
Reddat. et. Autumnus. Bacchi. tibi. munera. ſemper
Ac. leve. hyberni. tempus. tellure. dicetur.

3. *Tranſylvan.*

Hic. pietatis. honos. hæc. ſunt. pia. dona. mariti
Cui. multum. dilecta. fui. ego. Marcellina
Pro. meritis. cerniſque. mihi. ſolus. Conjux. Ælius
coque. poſt. obitum. memor. amoris. dicat.

4. *In Græcia.*

Τυμβον. και. βωμον. Μελεαγρω ενταδε. πηξαν.
Κυρια κειμαι. τουδε πατρος. προηγησασα. συνευνος
υοι δη Μαγνος. Κλεονικος γλυκυτατω
γυν. . . . τη Μν. . . - μοσυνοιο. χαιρειν
Σεκουνδου επιμελουμενων

1. *

M. Aur. Mutius. Nolanus. ann. nat. LXVI. fatum. commune. præveniens. Quietorium. hoc. ſibi. vivens. paravit. et. Aruntiæ. Livillæ. uxori. dilectiſſ. et. liberisq. libertisq. Poſteriſque.

1. *Lugduni.*

1. *Lugduni.*

D. M.

Et. memoriæ. æternæ. Marcellinæ. Soliciæ. Filiæ. animæ. ſanctiſſimæ. et. rariſſimi. exempli. quaſi. . . . . . C. vixſit. annis XXII. M. V. D. IIII. ſine. ulla. animi. Conjugis. ſui. læſione. integro. corde. felix. etiam. in. eo. quod. prior. occupavit. Marti. . . . us Maritus. ſuæ. cariſſimæ. et. ſibi. Vivs. P. C. et. ſub. aſcia. dedicavit.

NOT. Sponius legit V. 2. qua. ſic. V. 3. XXIII. V. 5. Martius.

2. *Romæ.*

Θ, K.

Η σεμνη και φιλανδρος μονη προυχουσα πασων αλοχων εικοσαετης τεκεων δυο Μητηρ συν Ανδρι τω μοι Ζ επτα βιον ετελεσσα ενθαδε κειμαι Ουνομα δε μοι Μυρωνις γραφην δ᾽εν στηλη ἀμεμπτου βιοτοιο χαριν Πανθης ουμος ποσις εξετελεσσεν

3. *Buccini, Lucaniæ:*

In. quem. induxi. Sarcophagum. in. quem. dum. receptum. fuerit. corpus. meum. nulli. unquam. liceat. accedere. neque. vexare. oſſa. mea. non. Filius. neque. Nepotes. neque. de. affinitate. ullus. Si. quis. autem. infringere. vel. aperire. auſus. fuerit. iſtum. inferet. pænæ. nomine. Reip. folles. mille. ſane Nevia. priſca. ſi. permanſerit. uſque. in. diem. finitionis. ſuæ. recipietur. ibi. juxta. maritum. ſuum.

NOT. Ratio follium varia & incerta erat. Ærei enim, argentei, & etiam aurei erant aliquando folles. Sub Conſtantino & etiam ante folles dicebantur Seſtertii, & forſan hoc in loco ita accipiendi ſunt. Follis, ſaccus, & Marſupium, idem ſonant.

4. *Romæ.*

Omidia. Baſiliſſa. vixit. ann. XXV. quæ. poſt. longas. et. varias. infirmitates. hominibus. exempta. eſt. miſera. Val. Macedo. Maritus.

I. *Tranſilvan.*

Digitized by Google

1. *Tranſylvan.*

Bene. memorande. Conjugi. dulciſſime. quæ. vix. ann. XX. M. V. Fl: Promentius. Aur. Juſtinæ. maritus. et. lectornam. et. protector. contra. votum.
memoriam. poſuit.

2. *Neapoli.*

D. M.
Cn. Pompeius. Euphroſynus. et. Junia. Gemella: uxor. ex. omnibus. bonis. ſuis. hoc. ſibi. ſumpſerunt

3. *Romæ.*

D. M.
M. Pontius. Hudiſtus. Danauni. Conjugi bIInII mIIrIInti. FIIci. vixit. annis. mIIcum tribus.

4. *Meldulæ, in Flaminia.*

D. M.
Primitiva. have. et. tu. Quiſquis. es. vale. non. fueram. non. ſum. neſcio. non. ad. me. pertin. Alexand. Actor. Conjugi. Kar.

5. *Mediolani.*

Principius. ſe vivo. ſibi. et. Artemiæ. Virginiæ. ſuæ. domum. perpetuam. fecit.

6. *Galeatæ in Flaminia.*

D. M.
Rubriæ. Tertulliæ. v. a. XX. M. III. D. III. Conjugi. Optimæ. C. Refanius. Macrinus.

Livia. me. tellus. aluit. Geminamq. ſororem
Egregio. de. Patre. ſatam. ſancta. Genetrice
Kara. fui. caſto. bene. juncta. pudica. marito
Invida. ſed. fati. lex. reddidit. irrita. vota
Et. tantum. miſeræ. ſolatia. linquit. amanti
Conjugis. in. manibus. licuit. quod. reddere. vitam.

1. *Romæ.*

1. *Romæ.*

Procope. manus. lebo. contra. Deum. qui. me. innocentem. ſuſtulit. quæ. vixit. ann. XX. poſ. Proclus.

NOT. Hic, duæ manus expanſis palmis exſculptæ ſunt, viri, ut videtur, & mulieris.

2. *Rinoltellæ in agro Lucano.*

D. M.

Et. memoriæ. Quintiæ. Q. F. Alienæ. Feminæ. pietatis. eximiæ. ac. pudicitiæ. ſingularis. Cornelius. Juſtus. Uxori. probatiſſimæ. et. Filii. Matri. piiſſimæ.

3. *Emeritæ.*

Doc. Quiricus. Vitalio. ann. LXX. H. S. E. S. t. t. l. Albana. Sabina. marito. obſequentiſſimo. et. amicis. dulciſſimis. cum. quo. vixi. an. XXXVIII. Pinta. mens. anima. optima.

NOT. Pinta, pro pientiſſima.

4. *Romæ.*

Rubria. Sp. F. Donata. et. C. Julius. Conjuges. dulciſſimi. hic. ſiti. ſunt. Sepul. bene. valeas. qui. legis.

5. *Romæ.*

Rutiliæ. Priſcillæ. domo. Altin. vix. ann. XXIX. M. II. D. XIII. L. Junius. Avitus. Optumæ. Conjugi. cum. qua. vix. ann. IX. dulcit. ſine. ullo. diſcrim. huic. titulo. cedunt. quoque. ped. q. bin.

NOT. i. e. Pedes quadratos binos. Diſcrimen, hic, pro querelâ Anglicè, Difference.

6. *Romæ.*

Hic. eſt. illa. ſita. pia. frug. caſta. pudica. Sempronia. Moſchis. cui. pro. meriteis. ab. Conjuge. gratia. relataſt.

1. *Patavii.*

Digitized by Google

1. *Patavii.*

C. Sempronio. Q. F. Primus. vivos. f. ſibi. et. uxori. Clodiæ. Secundæ. et. Q. Sempronio. Tertio. Fratri. ſuo. in. Fr.p. XXXVI. retro. p. XXVI.
Illi. deos. iratos. quos. omnis. colunt. Si. quis. de. eo. Sepulcr. violarit.

2. *Roma.*

C. Rubrius. Urbanus. ſibi. et. Antoniæ. Domeſticæ. ſuæ. et. C. Domitio. Urbico. Rubriano. Filio. ſuo. et. Libertis. Libertab. q. Poſt. q. eorum.et.M. Antonio. Daphno. fecit.

*Hic pater recubat in lecto, ollam nummorum plenam complexus manu et brachio ſiniſtris. ex ea, aureos plures dextra ante ſe verſat. adſidet ad pedes Filius, habitu militari, gladio accinctus, nummoſque aliquot, quaſi decidentes excipit manu dextra. Stat juxtà tripes, ſupraque eum aliæ tres ollæ. tum ſequuntur verſus, quos Smetius antiquos eſſe non credit. Sed ſculpturæ maxime aptati ſunt, et ergo adpono.*

Qui. dum. vita. fuit. ſemper. vivebat. avarus.
Heredi. parcens. invidus. ipſe. ſibi.
Hic. accumbentem. ſclupi. genialiter. arte
Se. juſſit. docta. poſt ſua. fata. manu.
Ut. ſaltem. recubans. in. morte. quieſcere. poſſet
Securaque. jacens. ille. quiete frui
Filius. a. dextra. reſidet. qui. caſtra. ſecutus
Occidit. ante. Patris. funera. moeſta. ſui
Sed. quid. defunctis. prodeſt. genialis. imago
Hoc: potius. ritu. vivere. debuerat.

NOT. Genialis imago, eſt imago mortui, liberalis, & genialiter nummos ſuos profundentis.

1. *Romæ.*

Suſcipe me ſociam tumulis dulciſſ. . . . .
Cum mors eſt tecum non merùis. . . .
Hic mea mens ſimul eſt ſimul hic mea. . . . .
Mortem ferre tuam mors mihi. . . . .
Sanguine fortunis anima formi. . . . .
Et quantum in thalami fœde. . . .
Publica cura tuæ fidei commiſſ. . . .
Illuſtrem tribuit te M. . . .
O ſi Romuleos fas ſit. . . .
Conſ. . . . . . . . .

NOT. Lacunas ſic implere poſſis, ex conjecturis non vanis. V. 1. me conjux. 2. Se mori. 3. Mea membra quieſcent. 4. Major erit, vel ſæva fuit, vel triſtis erat. Ultra non audeo.

2. *Romæ.*

Dis. Man.
Sergiæ. Nica. vixit. annis. XVIIII. M. VI. Hermes. Sergi. Fructi. Conjugi. cariſſ. Nos. ab animo. potuit. disjungere. nemo. niſi. finitio. fati.

3. *Romæ.*

Hortulo. Ædicul. et. Sacell: cum. diſteg. Servilia. Cyrrira. fecit. ſibi. et. M. Servilio. Liberalis. optumo. viro. ſuo. pro. parte. tertia. HS. millia. IX. N. M. Servilio. Sereno. item. pro. parte. tertia. HS. millia. IX. Rubriæ. Dionæ. item. pro. parte. tertia. mill. IX. et. quos. I. F. C. H. S. in. Fr. p. XXIII. in agr. p. XIIX. Q. condere. vol. dab. in. arcae. Pont. Den. . num.

NOT. Characteres qui notabant Mill. novem exprimere non potui, ſed explicui, figuris vulgaribus. Siglas non intelligo.

4. *In Hiſpali:*

Terentiæ. Uxori. dulciſſ. lætitiæ. omn. genitæ. et. populi. mœrore extinctæ.
C. Floridus. Conj. Lib. P. vixit. ann. XIIII. M. II. D. IIII. H. VIII. S. T. T. L.

1. *Lugduni*

Digitized by Google

1. *Lugduni.*

D. M.

Et. memoriæ. æternæ. Sutiæ.

Ant. III. PIS. quæ. vixit. annis. XXV. M. XI. D. V. quæ. dum. nimiaria. fuit. facta. eſt. impia. et. Attio. Probatiolo. Cerealius. Caliſtio. Conjux. et. Pater. : : : et. ſibi. vivus. ponendum. curavit. et. ſub. aſcia. dedicavit.

NOT. Hanc inſcriptionem Burnettus noſter, in *Itinerario Epiſtolari ſuo* celeberrimo, correctiorem dedit, & commentario illuſtravit. D. M. *& memoriæ æternæ Sutiæ Anthidis, quæ vixit annis* 25. *m.* 11. *d.* 5. *quæ dum nimia pia fuit, facta eſt impia*, i. e. Chriſtiana, &c. Chriſtiani enim olim, impii, & *ἄθεοι* audiebant, propterea quod nec divos nec divas gentiles, nec illorum ſimulachra colerent; nec Deum Triunum ſuum vel per imagines, vel coram imaginibus adorarent. Et concede quæſumus, omnipotens & ſempiterne Deus, ut Chriſtiani omnes ob eandem rationem impii atque *ἄθεοι* iterum atque iterum audiant! qui plura de hac inſcriptione ſcire volet, Burnettum adeat, d. l. Ep. prima, ubi hanc rem (ſicut alia omnia) optimè explicat vir maximus & laudatiſſimus.

2. *Romæ.*

D. M.

L. Terentii. Aſclepiadis. et. L. Terentii. Felicis. Filii. miſerrimi. qui. fatum. Patris. immatura. morte. ſubſecutus. eſt. Hellanica. Mater. mœſtiſſima. poſuit. et. Læliæ. Terentiæ: Filiæ. innocentiſſimæ. et. ſibi.

3. *Helvetiis.*

Quieti. æternæ. Vergiliæ. Heliodoræ. Feminæ. incomparabili.

Actius. Licinianus. Conjugi. erga. ſe omni. karitate. benemerentiſſimæ. poſuit. et. S.

3. *Romæ.*

D. M.

Viria. Primitivæ. vix. ann. XVIII. M. I. D. XXIV. L. Virius. Helius. Conjugi. dulciſſ. Have. Domina. Vale. Domina.

*1. Non longè à Theſſalonica.*

Ουλπιος. Αγαθομεδεος. Χρηστη. τη. συμβιω. χρηστον. βιον. βραχυν. ιδουσα. ενταδε. κοσμουμαι. λιθω. μνειας. χαριν.

*2. Romæ, in Gemma Onychina.*

Ει. με. φιλουσα. φιλεις. διαστη. χαρις. ειδε. με. μισεις.
Τοσουτον. μη. μισεις: οσσον. εγω. σε. φιλω.

NOT. Aliter hæc legunt, ſed haud melius. In V. 1. διαθ, ι. In 2. μισηθεις.

*3. In Lapide Onych.*

Ει. φιλεις. ακολουθει. ου. φιλω.
μη. πλανω: τουτο. δε. και. γελω.

*4. In Sponda Lecti.*

Ηδυς Βιος. το. ζην. γλυκυ.
Το. θανειν. υπνια.

*4. Romæ.*

D. M.

Amfioni. Fratri. Piiſſimo. qui. ad. diem. mortis. ſuæ. ſimplici. adfectione. unoq. animo. egit. mecum.
Vixit annos. N. XXI. M. VIIII. D. VIII. Zethus. curavit. faciendum. Fratri. Dulciſſimo adqne. incomparabili.

*5. Veronæ.*

L. Annius. C. F. Pob ſibi. et. M. Annio. C. F. Fratri. fieri. teſtamento. juſſit. Probavere. Diomedes. et. Anthus. Liberti.

*6. Romæ.*

D. M.

D. Apuleius. Ionicus. fecit. Eutychiæ. ſorori. ſuæ. et. Eutycheti. Filio. ejus. in. hac: Cupa. Mater. et. Filius. poſiti. ſunt.

I. *Mediolani.*

Digitized by Google

1. *Mediolani.*

M. M. Miniciæ. Rufinæ. innocentiſſimæ. Feminæ. quæ. vix. annis. XXII. menſe. uno. D. XXIV. Minicia. Domitia. Sorori. poſuit. menſam. contra. votum.

2. *.

Æliæ. Trypho ſæ. jus. ſepulchri. Poſterisq. ejus. ollam. magnam. item. thus. vinum. far. et. oleum. ad. ſacra. privata. dedit. P. Felicianus. idem. jus. datum. eſt. et. Poſteris. Hyries. ex. teſtamento.

3. *Romæ.*

Vixiſſes. utinam. et. potius. mea. muſa. taceret,
Quam. mihi. ſcribendi. cauſa. Latina. fores.
Vixiſſes. neu. te. ſurgentem. in. vota. tuorum
Adſpicerem. addictam. manibus. ipſe. Sacreis
Sed quoniam. Parcis. vetitum. eſt. nihil. accipe. noſtri
Æternas. eheu. carminis. exequias.

NOT. Aliter. V. 2. foret. V. 4. ire. pro. ipſe.

4. *Romæ.*

Ingratæ. Veneri. ſpondebam. munera. ſupplex
Erepta. Conjux. virginitate. tibi
Perſephone. votis. invidit. pallida. noſtris
Et. præmaturo. funære. te. rapuit
Supremum. verſus. munus. donamus. et. aram
Et. gratam. cœpſit. docta.. Pedana. Chelyn.
Me. nunc. torquet. amor. tibi. triſtis. cura. receſſit
Lethæoque. jaces. condita. Sarcophago.

NOT. Ferretius pro cæpſit. V. 5. legit Scalpſit.

1. *Tibure.*

Aſtorio. meritam. dicat. hanc. Octavius. aram
Acri. homini. atque. alacri. forti. fido. atque. venuſto
Cui. domus. Aſirius. fuerat. cui. Quintio. nomen
Hic. in. flore. cubat. longum. ſecurus. in ævom
Poſt. ter. vicenos. et. tres. bene. conditus. annos.

2. *

C. Caninius. C. F. Arn. Labeo. Pater
Omnes. hei. mihi. ſunt. Filius. illum. manu
Ille. illam. merito. miſſit. et. veſtem. dedit
Quoad. vixſi. vixſere. omnes. una. inter. meos
Eundem. mi. amorem. præſtat. Puerilem. ſenexs
Monumentum. indicioſt. ſaxo. ſæptum. ac. marmore
Circum. ſtipatum. moerum. multis. millibus.

3. *Romæ.*

M. Æmilius. Artema. fecit. M. Licinio. Succeſſo. Fratri. B. M. et. Cæciliæ. Modeſtæ. Conjugi. ſuæ. et. ſibi. et. ſuis. Libertis. Lib. q. P. q. eorum. excepto. Hermete. Lib. quem. veto. propter. delicta. ſua. aditum. ambitum. ne. ullum. acceſſum. habeat. in. hoc. monumento.

4. *Smyrnæ, Figura ſtanti cum Serpente circa Columnam.*

Αδ' Ηρακλειδης κατεχει κονις ομβρις αιδας
Ειρυσεναι ηθεων ηλικος εξαγελας
Αρτι γαρ Ευμοχθου επι γυμναδας αγωνας εφηβου
Σχημα παιχων ερειζεν ωλεσεν αλκιμον
Αρκ δ' αεθμον ετων εξ και δεκα τυραννος Αμοιβων
Σμυρνομερεαι ξυνεσεν Μαιτει λελοισι γοον.

NOT. Legendum forte, V. 2. Ειρυσεν αιθεων ηλικος εξ αγελας αι- pro ηιθεων Juvenum. Hæc terra continet Heraclidas [ *de genere Herculeo ſatos* ] Orcus [ *neſcio quid ſit Ομβρυς* ] traxit ( eripuit illos ) ex turbâ Juvenum coætaneâ. Nuper enim Eumocthi Ephebi inter ſeſe exercentes,

Digitized by Google

exercentes, [*inter juvenes athletas*] puram formam conſecutus, amabilem perdidit ætatem, i. e. Ephebum quendam pulcherrimum occidit. Nuper etiam venuſtus Amibon annorum ſexdecim Smertomaræ matri gravem reliquit luctum. Video aliter poſſe verti hæc verba. Sed conjecturis cujuſcunque cum locus ſit cur non & noſtris?

1. *Placiæ.*

Υπομνημα

Αυρ. χρηστου ο κατεσκευασεν εαυτω ζων και τη
γλυκυτατη μου γυναικη Αυρ. Ευποσια
τοις δε λοιποις απαγορευω. Ει δε τις τολμησει επεν-
καταθεσθαι εσι εαυτω προς τον θεον.

NOT. i. e. Sit illi penes Deum. Deus vindictam ſumat.

2. *Romæ.*

T. Nigrio. ſimili. T. Fil. Bocco. ex. Germania. ſuperiore. luco. Auguſti. Nigrius. Modeſtus. Fratri. obtimo. et. piiſſimo. Cinerarium. fecit.

3. *Romæ.*

C. Alypius. Daduchus. Pætus. fecit. ſibi. et. Libertabus. ſuis. P. q. eorum. Et. lege. Philemoni. et. Helladi. amicis, jus. uniq. ædicul. et. C. Rufo. et. Apollonio. Hellopi. Col. meis. ſing. jus. ſing. ædic. et. Tropidi. et. Syntropio. Creſcenti. jus. ſingular. ædicul. T. T. Marcio. et. Philemo. jura. C. Sempronii amici. et Conliberti. fidei. veſtræ, committo. ne. quis. vendat. aut. abalienet. ſed. uti. his. qui. ſupra. ſcripti. ſcriptæve. ſunt. per. me. et. meos. Poſteroſque. ſingula. hæc. beneficia. facienda. præſtabuntur.

H. M. H. N. S.

4. *Romæ.*

D. M.

Annio. Hilario. et. Fl. Romulo. et. Anniæ. Feliciæ. Soteridis. quorum. corpora. Virginia. hic. condita. ſunt. ad. bene. quieſcendum.

1. *Romæ.*

L. Apicius. C. F. Scaptia. Capitolinus. ex. teſtamento. fieri. juſſit: monumen. arbitratu. heredum. meorum. et. ſibi. et. ſuis.

2. *Romæ.*

D. M. S.

Juliæ. Heureſi. ſanctiſſim. volente. fato. vix. annis. LXXXII. hic. ſuper. oſſua. cinereſque. tuos. Benedicta. quieſcit. fecit. Pomponia. Trophime. B. merenti.

3. *Auguſtæ Taurinorum.*

T. Aul. Vitalis. . . . . . . . . . . . . . . . . . L. Tettienus. Vitalis. natus. Aquileiæ. Edocatus. Julia. Emona. titulum. poſit. ante. æternam. domum. Julia. Auguſta. Taurinorum. dicit.

Quærere. ceſſavi. nunquam. nec. perdere. deſi.
Mors. intervenit. nunc. ab utroque. vaco.
Credite. mortales. aſtro. nato. nihil. eſt. ſperabile. datum.

4. *Romæ.*

L. Boionius. Gentilis. vivus. fecit. ſibi. et. L. L. q. P. q. eorum. hoc. monimentum. ſive. locum. ſi. quis. vendere. vel. donare. voluerit. inferet. virginib. veſtalibus. HS. XX. N. aut: ærario. Pop. Romani. in. fr. ped. VII. in. agro. p. XVIII.

5. *Romæ.*

C. Cæcilius. Felix. et. C. Cæcilius. Urbicus. locum. ita. uti. eſt. concameratum. parietibus. et. pila. comprehenſis. longum. p. VI. latum. p. VIII. S. conſecraverunt. ſibi. et. L. Cæcilio. Rufino. et. C. Cæcilio. materno. et. lib. lib. q. P. q. eorum. Excepta. Secundina. Liberta. impia. adverſus. Cæcil. Felicem. Patronum. ſuum. h. m. h. n. S.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Hæc. ædificia. propria. comparata. facta. dicataque. ſunt. monumenti. ſive. ſepulchrum. eſt. et. ollarum. quæ. in. his. ædificiis. inſunt. et. conſacratæ. ſunt. religioniſque, earum. cauſa. a. C. Cominio. Symphoro. et. lib. libq. Poſteris. eorum.

2. *Romæ.*

C. Julius. Hermes. Lib. Lib. q. ſuis. dedit. P. q. eorum. ita. ut. ne. quis. ex. hoc. agro. ædificiſve. quibus. donationis. cauſa emancipatum erit. de. nomine. alienaſſe. velit. niſi. in. perſona. Filiorum. aur. Libertorum. ſuorum. ne. ſimili. pœna. ſepulchri. teneatur.

3. *Romæ.*

C. Julius. Cæ
Dus. Lib. Samiaris
Quintianus. ſalutem

Cum. petieritis. a. me. ut. ſi. cui. quid. veſtrum. humanitus. acciderit. is. in. locum. qui. eſt. in. fundo. Æſchiniano. meo. intrantibus. a. via. parte. læva. a. monumento. Teſtatio. per. longitudinem. pedum. CLXXV. latitudin. a. maceria. introrurſus. pedum. XXV. inferatur. id. jus. concedere. me. hac. Epiſtula. notum. vobis. facio. bene. valere. vos. cupio.

Data. XIII. kal. Julias. in Hortis. Statiliæ. Maximæ.
Cejonio. Commodo } Coſ.
Civica. Pompeiano. }
Samyaris. Doryphorion:

NOT. A. D. 136. Pighii MS. ita habet
C. Julius. Cæ. . . . .
Duob. Lib. Lamiari. . . . .
Quiritiali. ſalutem, &c.
Et pro Æſchiniano habet Septimiano. Ego autem pro Teſtatio legere mallem Teſtaceo.

1. *Ayviſæ*

Digitized by Google

1. *Ayviſæ Hiſpan.*

P. X. et. C. Cornelius. Servinus. H. et. Curatores. operis. ejus. P. Hic. R. P. Ebuſii. XC. milia. numorum. legavit. ut. ex. eis. quodannis. tributum. Romanis. penderetur. et. ne. cives. iniquo. tempore. tributa. pendere. cogerentur. reliqua. ſex. millia. fenerarentur. et. ex. uſuris. ludi. ederentur. quodannis. cymvaſlum. nate. ejus. dare. V.

2. *Prope Brixiam.*

Clodiæ. Lethæ.

Mors. mea. cui. doluit. hunc. mihi. titulum. poſuit.

3. *Mediolani.*

Ενθαδε κειται Κυριλλος Κωνϛαντινοπολειτης Καταλειπων προσεχειν τω τοπω.

4. *Romæ.*

D. M.

P. Licini. et. Fl. Amyntæ. cineribus. hic. locus. ſacer. eſt. vix. unan.

5. *Romæ.*

Vale. Conjux. valete. nati. valeat. Tibur. Patria. ultima. Q. Lælii. morientis. decreta hæc. ſunt. ut. Tiburtinæ. domus. Suburbani. fundi. et. prædi. Nomentani. mænia. tangent. Tita. Marcellina. Conjux. fida. Publius. et. Quint. Fili. dulciſſi. coheredes. ſint.

6. *Tarracone.*

Marullo. Antiocho. Helenæ. Tertullianæ. P. Marull. Pat. vivens. bonis. ceſſit. parte. ſibi, quoad. vixer. reten. excepitq. ne. quiſquam. aliq. vend. ſed. per. gen. ips. poſſeſſio. Decur. vel. per. adnat. vel. manu. miſſos.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Et. hic. locus. Macereola. cluſus. ad. familiam. Meſſianam. et. Clodianam. pertinet.

2. *Romæ.*

Optatus. Nireus. Anthus. Amici. Sodales
Pactolo. de. familia. Q. Satrieni. Pollionis
Nos. tibi. digna. tuæ. monumenta. extrema. favillæ
Fecimus. at. nobis. Tu. gemitum. aſſiduum.

3. *Romæ.*

Cn. Cinna. Magno. L. Valerio. Voleſo. Coſ. Ad. XIII. k. Aprilis. ad. monumentum. ſociorum. in. Conventu. habendo. Curatore. C. Petronio. C. F. Fal. varia. actum. eſt. et. ita. decreverunt. locum. L. Semproni. Ɔ. L. Hilari. et. ollas. V. dari. adſignari. C. Petronio. C. F. Fal. variæ. Curatori. Ob. pium. officium. induſtriam. erga. ſocios. ejus. monumenti. et. ſociumq. eum. adſciver.

NOT. Monum. vetus. A. D. 5. ſub Auguſto.

4. *Romæ.*

D. M.

Servilia. Irene. reverens. pia. caſta. pudica:
Bis. quinos. denos. et. ſex. provecta. per. annos
Sit. tibi. terra. levis
Cineres. quoq. flore tegantur
Chryſes. B. M.

5. *Mediolani.*

*Ενθαδε σοι Δομνεινα πλεισθω πασα μοιρη Ενθαδε λοιπον εχεις ςτυγερον οικον κ᾽ ουκ ετι σοι φαος ηελιοιο ουκ ετι κλεινα δη δωματα Ρωμης ουδ᾽ αλοχος ουτε φιλη κασιγνητη αλλα σε καλυπτουσι παλαιεκ αμπελος και γαια εν Μεδιολανω.*

1. *Polæ.*

1. *Polæ Ænigma.*

Pater. cum. Filia. Frater. et. Soror.
Socer. et. Nurus. hic. tantum. duo. jacent.

2. *Romæ.*

Semicapri. quicumque. ſubis. ſacraria. Fauni
Hæc. lege. Romana. verba. notata. manu.
Herſilus. hic. jaceo. mecum. Marcella. quieſcit
Hæc. ſoror. hæc genetrix. hæc. mihi. ſponſa. fuit.
Ficta. putas. frontem. trahis. ac. anigmata. ſphinges
Credis. ſunt. Pythio. vera. magis. tripode.
Me. Pater. e. nata. genuit. mihi. jungitur. illa
Sic. mihi. ſponſa. Parens. ſic. fuit. illa. ſoror.

NOT. Hæc inter Spuria recentiora cum Grutero, meritò annumeres. Sed propter ſimilitudinem cum præcedente, hic appoſui. Obſervabis autem, mi Lector, Polenſia monumenta ferè omnia, rari & ſingularis ingenii eſſe.

3. *Romæ.*

Ummidiæ. manes. tumulus. tegit. iſte ſimulque
Primigeni. Vernæ. quos. tulit. una. dies.
Nam. Capitolinæ. compreſſi. examine. turbæ
Supremum. fati. competiere. diem.
Ummidiæ. C. F. et. P. Ummidio. Primigenio. vix. ann. XIII. P. Ummidius. Anoptes. fecit.

4. *Romæ.*

: : : : : : moriens. cum. dixerit. ipſe
Vivite. felices. animæ. mors. omnibus. inſtat
Hæc. poſtquam. poſuere. ſepulchrum.
Kari. ſcripſere. ſodales.

5. *Romæ.*

D. M.

Vervex. et. Pueri. Puer. unus. ſponſa. maritus
Cultello. lympha. fune. dolore. cadit

1. *Dia*

Digitized by Google

1. *Diæ Vocontiorum.*

D. M.

Liberorum. ac. Conjugibus. Publigicalis. T. net. ipſius. conſecratum. cum. beſe. vineæ. a. Rep. ex. cujus. reditu. omnib. annis. PPo. libari. volo. ne. minus. XV. V. S. E. H. T. H. N. S.

2. *Auguſtæ Taurinorum.*

: . : . : . : terras. nec. minus. et. maria
. . . . . . Impuri. aquæ. Padi. nec. minus. et. ſævi
: . . : . . ira. quod. optavi. mihi. tandem. pervenit
. . . . . . perpetuam. requiem. poſco.

NOT. Paulo aliter hæc legit Reyneſius, ſed non tanti eſt, ut exſcriberem.

3. *Genevæ:*

Vixi. ut. vivis. morieris. ut. mortuus. ſum.
Sic. vita. truditur.
Vale. viator. et. abi. in. rem. tuam.

4. *Narbone:*

Nec. juſſa. teſtamento. neque. voce. rogata.
Sed. pia. pro. meritis. ſponte. ſua. poſuit.

5. *:

Μοιρη. και. ληθη. Με. κατηγαγον. εις. αιδαο
Ουπω. Νυμφειον. θαλαμον. και. παςαδας. ωρης
Γευσαμενον. αθιγης. ελιπον. φαος. ηελιοιο.

6. *Tarracone.*

D. M.

C. Æmilius. Achillæus. ſibi. vivo. ſcribi. juſſit. ſic.
Non. fui. deinde. fui. modo. non. ſum.

1. *Romæ.*

1. *Romæ.*

D. M.

Hoc. Anullinæ. mei. memorantur. carmine. manes
Parvola. quæ. vix. denos . . . menſes
Sed. mea. divina. non. eſt. itura. ſub. umbras
Cœleſtis. anima. mundus. me. ſumpſit. et. aſtra.
Corpus. habet. tellus. et. ſaxum. nomine. inanæ.

**NOT.** Lege, & Saxum nomen inane.

2. *Boarni, ditionis Brixiæ.*

P. Atinius. L. F. Fab. hic. ſitus. eſt.
Si. lutus. ſi. pulvis. tardat. te. forte. viator
Arida. ſive. ſitis. nunc. tibi. iter. minuit
Perlege. cum. in. Patria. tulerit. te. dextera. fati
Ut. requietus. tuis. dicere. ſæpe. queas.
Finibus. Italiæ. monumentum. vidi. Voberna
In. quo. eſt. Atini. conditum.

**NOT.** Aliter hæc leguntur, V. 2. Arrida. V. 4. Patriam. 5. Quaea. 6. Vobernai.

3. *Polæ.*

Avidia. Maximina. domum. æternum. V. S. P. ſi. quis. aliud. corpus. ſuperpoſ. det. fiſco. P. CCC. M. N.

**NOT.** P. Polenſi.

4. *Narbone.*

. . . tibi. præterito. redeat. felicior. annus.
. . . Caper. et. facili. vita. regatur. ope.
. . . Duræ. mortis. ſacratos. lædere manes
. Ecce. monent. leges. et. levis. umbra. rogi

5. *Volſiniis.*

Et. { L. Camuleius } ibi
{ Funus. fecit }
Et. { Sibi. ſe. vivo. } tu

1. *Sylvæ.*

Digitized by Google

1. *Sylvæ in Luſitan.*

Oſſa. L. Bacchi. L. F. fictili. Sarcophago. heic. poſita ſunt. ad. locum. quem. ipſe. viv. emit. liberum. lis. abeat. prope. Sacell. Neptuni.

2. *Romæ.*

M. Camurius. P. F. Rom. Horanus. H. M. H. N. S.
Sed. ſi. hoc. monumento. ullius. Candidati. nomen. inſcripſero. ne. valeam.

3. *Romæ.*

Dis. Man.
L. Corneli. Victoris. v. ann. XXXI. M. II. D. XII.
Vixi. ſemper. bene. neminem. læſi.
Cur. mortuus. ſim. neſcio.
bene. valeas. qui. hæc. legis.

4. *Romæ.*

D. M. S.
Ἐνθαδε Γαιωνας οσιας Τιβερην ποτε Ρωμης
Και δειπνοις κρεινας πολλα μειτε υφεροσυνις
Καιμαι τω θανατω μηδην οφειλομενος
Gaionas. animula.

NOT. Leg. V. 1. πολιης Τίβεριν ποτε Ῥώμης. 2. κρίνας πολλὰ μετ᾽ εὐφροσύνης. 3. Κεῖμαι.

5. *Venciæ in Provincia.*

D. M.
Lucius. Gratius. Eutyches. domum. æternam. ſibi. vivus. curavit. ne. Heredem. rogaret.

6. *Romæ.*

D. M.
C. Larinatis. Attici. quod. ſi. quis. oſſa. ejus. prejecerit. aut. hanc. aram. apſtulerit. habebit. ſacra. Iſidis. quieta. irata.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

### 1. *Romæ.*

Pontia. Titi. Pontii. Filia. hic. ſum. quæ. duobus. natis. a. me. veneno. conſumptis. avaritiæ. opus. miſeræ. mihi. mortem. conſcivi. Tu. quiſquis. es. qui. tranſis. ſi. Pius. es. quæſo. a. me. oculos. averte.

NOT. Dubitatur de hac Inſcriptione.

### 2. *Bochignani.*

Μενανδρος. Διοπειθους. Κηφισιευς. εγεννηθη. επι. Αρχοντος. Σωσιγενους. ετελευτησεν. ετων. Ν̄. Και. Β̄. Μαιου. επι. Αρχοντος. φιλιππου. κατα. το. Β. και V. Α. ετος. της πολεμαιου. του Σωτηρος. Βασιλειας.

NOT. Euſebius in Chronico, ponit mortem Menandri in 32. Ptolomæi, Lagi F. i. e. Soteris Olympiade 122. vel 121. in extremum vergente. Sed lege hanc Inſcriptionem cum Scaligero, ita. Ετελευτησεν. ετων. N. και. B. επι. Αρχοντος. Φιλιππου. κατα. το. B. και Λ. ετος. Πτολ. &c. Et ab illo cognoſce, erratum eſſe 3. annis. in Sotigene numerando. Illum enim & Philippum, intercedunt tantum ann. 49. non 52. hæc inſcriptio erat in baſi cui Menandri effigies ſuperimpoſita erat Romæ.

### 3. *Romæ:*

D. M.

Prima. et. moribus. vixit. a. XXVIII. oſſa. bene. quieſcant. tuam. nullum. dolorem. accepi. tui. niſi. quod. fatalem. diem. celeriter. peregiſti.

### 4. *Narbone.*

L. Runnius. Pa. C. F. Pollio. Cupidius. perpoto. in. monumento. meo. quod. dormiendum. et. permanendum. hic. eſt. mihi.

### 5. *Romæ.*

Rupiliæ. Fortunatæ. qui. hanc. aram. ſuſt. man. irat. h.

NOT. Suſtulerit, manes iratos habeat.



Digitized by Google

1. *Romæ.*

Cæſius. Æquidicus. jam. centum. clauſerat annos
Felices. annos. tot. tulit. hora. brevis.
P. P.

2. *Spoleti.*

Artibus. ingenuis. cura. perdocta. ſuarum
Sortita. egregium. corporis. omne. decus
Nondum. bis. ſeptem. plenis. præcepta. ſub. annis
Hac. Corale. caſta. condita. ſede. jacet.
Ludite. felices. patitur. dum. vita. Puellæ
Sæpe. et. formoſas. fata. ſiniſtra. ferunt.

3. *Veronæ.*

Sponte. fui. Pauper. tam. re. quam. nomine. Felix
Quæſivi. nomen. quærat. avarus. opes.

4.

D. M.
Flaviæ. Rufillæ.
Quid. gnatum. cædit. Venus. arcum. perdidit. arcum
Quis. rapuit. Tuſco. Flavia. nata. ſolo.
Qui. factum. petit. hæc. dedit. hic. nam. lumine. formæ
Deceptus. matri. ſe. dare. crediderit.

NOT. Fictum, ſed ſatis ingenioſè.

5. *Mediolani.*

Siſte gradum fugiat quamvis brevis hora viator
Sic fati nullus te dolor exanimet
Lesbia quam tulerat tellus pulcherrima Tarſis
Indicio ſit amor totius Heſperiæ
Quam ereptam terris pia numina ſubtraxerunt
Hanc ſibi ſola domum corporis conſtituit.

NOT. Lege V. 6. inſtituit: certe error eſt Quadratarii.



Digitized by Google

1. *Romæ.*

Dis. Manibus.
Juliæ. Helpidis.
Oſſa. pija. cinereſque. ſacri. hic. ecce. quieſcunt.

2. *Romæ.*

Ηιθεον Καλοκαιρον εχει τοδε σημα λιπουσης
Ψυχης αθανατου σωμα Νεσιοκαιρου
Σπευδεν οδον θειην γαρ απο περιλιπουσα μεριμνας
Πευκεδανοιο βιου ως ανιη καθαρη.

3. *Neapoli.*

D. M.
Matutinæ. Lacænæ. Feminæ. ſanctiſſimæ. Tu. qui. legis.
Have. et. vale.

*Aug. Turin.*

Euge. Tace. Quieſce. Rutil.

4. *Romæ.*

D. M. S.
Sexti. Perpenne. Firmi. vixi. quemadmodum. volui. quare. mortuus. ſum. neſcio. viator. noli. mihi. maledicere. nequeo. in. tenebris. reſpondere.

5. *Cartagenæ.*

P. Sulpitius. Q. F. Q. N. Col. hic. ſitus. eſt. Ille. probatus. judicieis. multeis. cognatis. atque. privignis.

6. *Feltriæ.*

D. M.
L. Veturio. Nepoti. qui. ut exequium ſibi facerent donavit Clarne HS. N. M. DC. item. Hercl. HS. N. CCCC. Mulieribus HS. N. CCCC. ut facerent Clarn Aturiuc vin Her Par Mul Roſas V S F

1. *Gari-*

Digitized by Google

1. *Garigliani.*

Hujus. monumenti. jus. qua. maceria. cluſum. eſt. cum. taberna. et. cœnaculo. hered. non. ſequetur. neque. intra. maceria. humari. quemquam. licet.

NOT. Cœnaculum eſt locus, quo cœnabant amici Parenteſque mortuorum ad certos quoſdam dies annuos, pro voluntate defunctorum deſignatos.

2. *In Caſſinati Agro.*

Memoriæ. Sex. Vigelli. Aquinat. qui. ann. attigit. centens. ſet. alterum. et. nonagens. perpet. inoffenſa. valetudine. exegit. reliquos. ſeptem. et D. XIIX. decubuit. & occubuit. nat. Lud. Sæcul. VIII. obiit. ſequent.

NOT. Vixit Vigellius annos 99, & dies 18, anni centeſimi, quorum 92. bona valetudine uſus eſt: reliqu. 7. & dies 18. morbo vexatus, tandem occubuit. Hactenus plana ſunt omnia; quæ ſequuntur non ità. Ludi ſæculares primi ſunt inſtituti, A. Urb. Cond. 300. de 2. 3. & 4. nihil dico. Quinti ab Auguſto celebrati, A. U. 737. Sexti à Claudio, A. U. 800. Septimi, à Domitiano. A. U. 841. Octavi, à Severo cum Caracalla & Geta, A. U. 957. in quibus Vigellius ſeſe natum prædicat, & vixiſſe. 99. annos, quos ſi addas ad 957. numerus annorum Urbis, erit 1056. Jam verò Ludi ſæculares Noni (qui *ſequentes* hac epigraphe dicuntur) ab Imp. Philippo celebrati erant, A. U. 1001. Ergo ludos ſæculares hic accipe pro ſimplici ſæculo, i. e. pro annis 100.

3. *

A. Fabio Daphno
Fabia Pyrallis
Conjugi cariſſimo poſuit
Dii taleſque dabunt meritis pro talibus illi
Et Natum Patri Matris pietate probabunt.

4. *Neapoli.*

Fui. non. ſum.
Eſtis. non. eritis.
Nemo. immortalis.



Digitized by Google

1. *Patavii, in monumento veterrimo, reperta Urna coctilis, inſcrip.* VI. *Verſibus : intra quam alia item Urnula, 4 Verſib. inſcripta, intra eandem minorem urnulam, duæ ampullæ, altera ex auro, altera ex argento, liquidiſſimi liquoris plena, in medio earum Lucerna ardens.*

*In Urna majori.*

Plutoni. Sacrum. munus. ne. attingite. Fures
　Ignotum. eſt. vobis. hoc. quod. in. Urna. latet
Namque. elementa. gravi. clauſit. digeſta. labore
　Vaſe. ſub. hoc. modico. Maximus. Olybrius
Adſit. fœcundo. cuſtos. ſibi. copia. cornu
　Ne. pretium. tanti. diſpereat. laticis.

NOT. Aliter legitur. V. 2. Orbe latet. in 5. tibi pro ſibi.

*In Urna minori.*

Abite. hinc. peſſimi. fures
Vos. quid. voltis. voſtris
Cum. oculis. emiſſiciis
Abite. hinc. veſtro. cum. Mercurio
Petaſato. caduceatoq.
Maximus. Maximi. donum
Plotoni. Sacrum. facit.

NOT. Oculi emiſſicii, ſunt hic & illic & ubique circumvertentes, quaſi exploratores emiſſi, quales furum eſſe oportet. Maximus Olybrius Maximi. Fil. confugit, 546. ad templ. S. Petri, Urbe à Totila capta. Sed alius à noſtro, certè.

2. *Romæ.*

Sol. me. rapuit. incautum. plura. noli. quærere. abi. et. cave.

3. *Romæ.*

Ut. perferantur. ſi. qua. ſunt. ad. inferos. date. terræ. fructum. ut. terra. poſſit. reddere. ab. alio. ſperes. altero. quod. feceris.



Digitized by Google

1. *

Creſco. percrepas.
Gaudeo: perploras.
Invede. morere.

2. *S. Ægidii, ad Rhodanum.*

Veſci. citra. ſaturitatem. impigrum. eſſe. ad. laborem. vitale. ſemen. conſervare. tria. ſaluberrima.

NOT. Ex Hippocrate hæc.

3. *Romæ.*

D. M.
Claudiæ. Pontices. Cl. Euſtrophus. Patronæ. et. Conjugi. Optimæ. item. Flavia. Threptes. Cl. Aphrodiſius. et. Timotheus. Matri. Piiſſimæ.

4. *In Via Flaminia.*

Dis. Manibus.
Daſumia. Thais. Ancillæ. benemerenti. vix. ann. XX.
D. P. S. T. L.

NOT. De Pecunia ſua teſtamento legavit.

5. *Romæ.*

*Sub Effigie Leonis catulum tenentis.*

Iratus. recole. quod. nobilis. ira. Leonis
In. ſibi. proſtratos. ſe. negat. eſſe. feram.

6. *Placentiæ.*

A. . . . hoc. Patronum. titulum. pietatis. honorat
. . . . Quod. id. eſt. gratum. manibus. officium.
. . . . Non. juſſa. tamen. nec. voce. rogatá
Hic. aliis. obiit. vivit. Libertæ. ſuæ.
Suavis. Patronus.

1. *Comi.*

D. M.

Anniæ. Agathonices.

Vita. brevis. longo. melior. mortalibus. ævo.
Nam. parvo. ſpacio. floruit. hæc. anima
Bis. denos. perfuncta. annos. ſine. crimine. morum
Vita. Beata. fuit. ſpiritus. hic. nituit
At. Patrum. miſeranda. ætas. anima. cruciatur
Pænaque. de. longo. tempore. longa. data. eſt
De. Senio. luctus. ſenium. fletu. renovatur
Utraque. res. mortis. dulcior. exitio
Dat. tamen. hæc. Patronæ, pietas. ſolatia. fidæ.
Jugera. quot. terræ. dedicat. hic. tumulus

NOT. Ego mallem legere V. 10. durior quam dulcior.

2. *Romæ.*

D. M.

Fabiæ. Pyrallidi. Optimæ. et. Sanctæ. Patronæ. de. ſe. bene. merit. Artemiſius. Libertus.

Cunctorum. hæc. ſuboli. ſedem. poſt. morte reliquit
Ante. tamen. nato. Conjugi. et. ante. ſuo
Nondum. ſecura. dum. flet. mœſtiſſima. mente
Occidit. et. triſtes. decepit. mœſta. fovendo
Sed. nos. ſolliciti. memoreſque Parentis amore
Matrem. cum. nato. Conjuge. cumque. ſuo.
Securos. colimus. memores. de. nomine. noſtro
Et. faciet. ſuboles. multos. memorata. per. annos.
Sacra. dies. Patribuſq. ſuis. memoreſque. priorum
Et. memores. noſtri. noſtrorumq. alta. propago
Æterno. ſervent. ſemper. memorabile. nomen
Quiſquis. es. aut. olim. noſtra. de. ſtirpe. futurus
Sis. memor. antiqui. nominis. et. tituli
In. quorum. titulo. hic. datur. eſſe. locus.
Et. domus. æternæ. tu. tueare. focos.

3. *Lactorate.*

1. *Lactorate.*

D. J. M.

Non. fui. fui. memini. non. ſum. non. curo. Domnia. Italia. annor. XX.. hic. quieſco.

C. Munatius. C. Donnia. Caliſte. Liberte. Piiſſime.

2. *Stimigliani, in Sabinis.*

Quod. quiſque. veſtrum. mortuo. optarit. mihi. id. illi. eveniat. ſemper. vivo. et. mortuo.

3. *Romæ.*

D. M. S.

A. Furio. Epaphrodito. qui. vixit. annis. LXXX. et. Confiæ. Procule. quæ. vixit. LXV. Patronis. B. merentibus. fecerunt. Liberti. Libertæq. et. Colliberto. Furio. Epaphrodito. qui. in. eum. Sepulcrum. eſt. conditus. Vernæ. orum. qui. vixit. annis. XIX. hic. tumulus. nullo. patebit. ſi. quis. autem. in. hoc. ſepulcrum. marmorato. reliquias. corporis. intulerit. pœnibitu. inter. ſuos. Collibertos. HS. M. N. et. Poſteriſque. noſtrorum. eam. pœnam. hujus. ſepulcri. cura. egit. Furius. Succeſſus.

4. *Romæ.*

D. M.

Laſciviæ. Jucundæ. Vernæ. Q. Sulpici. Abaſcanti.

Quæ. nondum. ſeptem. vitæ. compleverat. annos
Quæ. caruit. luce. et. tenebris. ſe. miſcuit. atris
Laſcivia. nimium. fatis. crudelibus. orta. eſt
Liquit. et. orbatos. miſeros. fidoſq. Parentes
Uberibus. preſſis. nutricem. liquit. amantem
Conjux. Nutricis. infelix. ille. relictus
Mœret. et. ad. cineres. plangit. ſua. pectora. palmis
Nec. ſatis. ereptam. lucem. ſibi. . . . . . . .



Digitized by Google

1 . *Romæ.*

D. M.
Juliæ. Trophime. Liberti. Libertæ. Patronæ.
B. M.
fecerunt.

2. *Romæ.*

O. utinam. vivo. potuiſſem. præmia. morum
Reddere. nunc. lachrimas. accipe. pro. meritis
Nam. ſemper. fateor. tacita. te. mente. probavi.
Detexit. ſenſus. ultima. flamma. meos.
Tu. columen. rerum. ſemper. tu. cura. mearum
Nunc. eris. et. luctus. tu. quoq. cauſa. mei
Oſſibus. infundam. quæ. nunquam. vina. bibiſti.
Dis. Manibus.
Oneſimi. Anicetus. cariſſimo. fecit. Domino.

3: *Piſauri.*

D. M.
Petronii. Antigenidis.
Tu. pede. qui. ſtricto. vadis. per. ſenta. viator
Siſte, rogo. titulumque. meum. ne. ſpreveris. oro
Bis. quinos. annos. menſesque. duos. duo. ſoles.
In. ſuperos. feci. tenere. nutritus. amatus
Dogmata Pythagoræ. ſenſi. ſtudiumq. Sophorum
Et. libros. legi. legi. pia. carmina. Homeri
Sive. quot. Euclides. abaco. præſcripta. tuliſſet
Delicias. habui. pariter. luſuſque. procaces
Hæc. Hilarus. mihi: contulerat. Pater. ipſe. Patronus
Si. non. infelix. contraria. fata. habuiſſem
Nunc. vero. infernas. ſedes. Acherontis. ad. undas
Tetraque. Tartarei. per. ſidera. tendo, profundi
Effugi. tumidam. vitam. ſpes. forma. valete
Nil. mihi. vobiſcum. eſt. alios. deludite. quæſo
Hæc. domus. æterna. eſt. hic. ſum. ſitus. hic. ero. ſemper.

NOT.

Digitized by Google

NOT. Antiquam juventutis inſtituendæ rationem forſan habes Dogm. Pythagoræ, Philoſophorum libri. Homerus & Arithmetica, &c.

I. *Romæ.*

P. Scantius. Philetus. fecit. ſibi. et. Scantiæ. Nice. Lib. Requietorium. amicis. benefacere. ſemper. ſtudioſus. fui.

2. *

. : . Dia. M. L. Opta. . . . .
Dum. vixit. Patrono. ſuo. placuit. et. a. ſuis. amorem. habuit. quo. iniqua. natura. brevi. vita. . . . . vivendi. tribuit. hic. oſſa. ſ. . . . . . . . . .

3. *Romæ.*

Cæciliæ. D. D. Cæcilior. Trophimi. et. Logi. Lib. Helpidi. D. Cæcilius. vindex. aviæ. pientiſſ. fecit. et. lib. lib. q. P. q. ejus. et. præcepit. ut. ad. id. ſepulchrum. hortus. qui. eſt. cinctus. maceria. et. Dieta. ajuncta. januæ. cuſtodiæ. cauſa. ſepulchro. cedat. et. itum. aditum. ambitum ſacrificique. faciundi. cauſa. Proximis. ejus. recte. liceat.

NOT. Diæta, domcilium, habitatio in hortis amœnitatis causâ; hic cuſtodiæ.

4. *Romæ.*

Dis. Manib.
Clodiæ. C.l. Trophime. cojugi. cariſſimæ. fœminæ. omnium. ſanctiſſimæ. Piiſſimæ. quæ. vix. ann. XXV. hic. ſita. eſt. non. Maias.
Frontone. et. Candido. Coſ.
C. Clodius. Laſcivos. fecit.

NOT. Hos Coſſ. inter Ordinarios, fruſtra quæro.

5. *Romæ.*

Dis. Man. et. Terræ. Matri. trium. Cornelior. Georges Gneſi. Clementis. et. Philippi. Patris. Conſummatori Cornelia. Chryſis. Conjugi. et. Conliberto. et. Fil. ſuis. fecit.



Digitized by Google

1. *Romæ.*

Liberta. et. Conjunx. Petronia. cara. Patrono
Thalluſa. hoc. tumulo. condita. luce. caret
Quæ. bis. vicenos. complerat. lucibus. annos
Erepta. eſt. ſubito. Conjugis. e. gremio
Hanc. ſic. aſſidue deflet. Petronius. ut. jam
Deficiant. oculos. lumina. cara. ſuos.
Deſine. per. terras. infernas. tendere. ad. arces
Fata. animam. dederant. fata. eademque. necant.

2. *Agro Tuſculano.*

D. M. S.
Phœbo. Liberto. Optimo. M. Gellius. Abaſcant.
Hic. ſitus. eſt. quondam. Gelli. pars. maxima. Phœbus
Adfectus. omnis. poſſidet. iſte. lapis.
Vix. conſummavit. ſeptem. quinquennia. luſtri
Oſcula. ferventem. nec. tenuere. animam
Quod. ſi. mutari. potuiſſent. fata. ſororum
Gauderet. condi. Gellius. hoc. tumulo.

3. *Romæ.*

Clodia. M. L. Secunda.
O. quanta. pietas. fuerat. in. hac. adoleſcentia
Fides. amor. ſenſus. pudor. et. caſtitas
Noli. dolere. Amica. eventum. meum
Properavit. ætas. hoc. dedit. fatum. mihi

4. *

C. Curtius. C. L. Antiochus. Pater. et. Aricinia. Nais. Mat.
Baſſo. Filio. poſuerunt.
Debuit. hoc. natus. nobis. præſtare. duobus
Ut. cineres. patrios. dederet. inferiis.



Digitized by Google

1. *Romæ.*

Cn. Flavius. Cn. L. Soſia. Cn. Flavius. Cn. L. Apollonius.
Sei. qua. renaſcentes. optant. certamina. laudis
Ex. noſtra. aſpiciant. facta. priora. fide.

2. *Emeritæ.*

M. Helvius. M. L. Marſya ann. LX. Mallia. M. Lib. Galla.
Uxor. ann. XXXXI. H. S. S. S. V. T. L.
Tu. qui. carpis. iter. greſſu. properante. viator.
Siſte. gradum. quæſo. quod. peto. parva. mora. eſt.
Oro. ut
præteriens. dicas. S. T. T. L.

NOT. Hic ſiti ſunt, ſit vobis. t. l.

3. *Aug. Turin.*

T. Martio. T. L. qui. eam. rei. privatæ. euram. adhibuit. . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

[ *A tergo.* ]

Te. lapis. obteſtor. leviter. ſuper. oſſa. reſerva.
Ne. noſtro. doleat. conditus. officio. Recepta.

4. *Regii Lepidi.*

C. Nævius. ƆL. Dromo. et. Nævia. ƆL. Philumina. dum. licuit. ſuaviter. fructi. ſunt. annos. LV. Monumentum. heredem. non. ſequetur. nei. quis. eo. poſtea. inferatur.

NOT. ƆL. Conlibertus-ta.

5. *Romæ.*

L. Spurina. ƆL. Hilarus. hic. eſt.
Urbe. nunquam. fuit.

1. *Romæ.*

1. *Romæ.*

. . . Julia. Quincti. Ranci. filia
. . . iberti. Proti. quoi. ſatum. grave
. . . Parcæ. ac. finem. vitæ. ſtatuerunt
. . . et. his. decem. anneis. nata. indigniter
. . . oncepit. leiberum. ſemen. duplex
. . . pareret. Patronum. auxſilium. ac. decus
. . . ta. commoda. atque: incommoda
. . . Mors. eripuit. ſueis. Parentibus
. . . mmo in. luctu. ac. ſollicitudine
. . . rio. Gnatæ. fletus. in dies.
. . . edunt. ſibei. eſſe. talem. ereptam. filiam
Pater. mei. et. Genetrix. germana. oro. atque
Deſinite. luctu. queſtu. lacrumas. fundere
Sei. in. viva. jucunda. vobeis. voluptatei. fuei
Viro. atque. ameiceis. noteiſque. omnibus
Nunc. quoniam. fatum. ſe. ita. tolit. animo. v. . . .
Æquo. vos. ferre. concordeſque. vivere
Quas. ob. res. hoc. monumentum. ædificavit
Suæ. gnatæ. ſibeique. uxori. hanc. conſtituit
Æternam. ubei. omnes. pariter. . . . . . . .

2. *Romæ.*

Dis. Man.
Popilia. Felicula. Pia. ſancta. cara. ſuis. et. Menophilo.
Conjugi. Collib. ſuo. v. A. XIX.
Hunc. ego. nunc. titulum. tibi. ſtatuo, cariſſime Conjux
Luctuoſumque mihi. qui. ſcio. quid. fueris.
Poſtremum. officium quoniam. tibi. reddere. cogor
Et. merito. hoc. fieri. teſtis. et. ipſe. loquor.
Nunc. vos. conteſtor. manes. quibus. oſſa. relinquo
Tellus. huic. tumulo. ne. gravis. eſſe. velis.

1. *Romæ.*

1. *Romæ:*

| | | | |
|---|---|---|---|
| C: Vibius<br>C. L. Helenus. | C. Vibius.<br>C. C. L. Felix. | Vibia. C. Ↄ L.<br>Latina. vixit.<br>ann. XIX. | P. Rabirius.<br>P. L. Hila-<br>rus. |

Quæ. tibi. cumque. mei. potuerunt. pignora. amoris
  Nata. dari. Populo. ſunt. lacrumante. data.
Et. volui. majora. nimis. ſed. cura.. meorum.
  Fida. tuei. prohibet. me. cinerem. eſſe. rogi.

2. *Lugduni.*

D. M.

P. Primius. Eglectianus. P. Primi. Cupiti. Lib. Qui. ut. haberet. vivus. ſibi. poſuit. et. ſub. aſcia. dedicavit
Domui. æternæ.

3. *Capuæ vetuſtiſſimum.*

Staberiæ. P. L. Floræ. Oſſa. heic. ſita. ſunt. Rogo. te. mi. viator. noli. mi. nocere.

4. *Romæ.*

Herie. Thisbe. Monodiariæ. T. Claudi. Glaphyri. Choraulæ. a. Citonio. et. Sebaſiæ. Nicæ. Terrenum. Sacr. long. p. X. lat. p. X. in. quo. condita. eſt. Quiſquis es. parce. manibus. et. . . . . . . ere. noli.

NOT. Sirmondus, & poſt illum, Sponius, immortali ævo dignus, hæc aliter legit. Heriæ. Thisbe. Monod. T. Cl. Gl. Chor. Actionicæ & Sebaſtionicæ. Terrenum Sacrarum [*Sacrum Spon.*] long. p. X. lat. p. X. in quo condita eſt. Fodere noli, ne Sacrilegium committas. Verba Actionicæ & Sebaſtionicæ, non intelligit Sponius, nec, ut credo, quiſpiam alius: terrenum Sacr. redditur Gallicé *Le terrein du Sepulchre.*



Digitized by Google

1. *Romæ.*

Ruſticella. M. L. Cytheris.
Debitum. reddidit. X. K. Sept.
Maluginenſ. et. Blæſo. Coſ.

Quandocunque. levis. tellus. mea. conteget. oſſa
Inciſum. et. duro. nomine. erit. lapide
Quod. ſi. forte. tibi. fuerit. fatorum. cura. meorum
Ne. grave. ſit. tumulum. viſere. ſæpe. meum
Et. quicunque. tuis. umor. labetur. ocellis
Protinus. inde. meos. defluat. in. cineres
Quid. lacrumis. opus. eſt. Ruſticelli. cariſſime. Conjux
Extinctos. cineres. ſollicitare meos
Una. domus. cunctis. nec. fugienda. viris
Ut. quæ. volui. tempore. tempus. habet.
Nondum. bis. vicinos. annos. compleverat annus:
Supremum. Parcæ. ſorte. dedere. mihi.

NOT. Qui hos Coſſ. quærit operam perdet.

2. *Romæ.*

Cocceiæ. Nice. Domitiæ. F. Chryſæ. vix. ann. XXIIII. M. IV. D. XXIV. Hermes. Cocceius. Baſſ. Act. Conjugi. bene. m.

Æternam. tibi. ſedem. Hermes. aramque. dicavi
Nice. optaſſemq. utinam. tua. fata. ſuperſtes
Ut. mihi. tu faceres. ſed: iniqua. ſorte. maligna
Rapta. jaces. annis. viduata. . . . . . . . .
Jam. tibi. lac. Cybeles. ſint. et. Roſa. grata. Diones
Et. flores. grati. Nymphis. et. lilia. ſerta
Sitque. precor. meritis. qui. noſtra. parent. tibi. dona
Annua. et. hic. manes. placida. tibi. nocte. quieſcant
Et. ſuper. in. nido. Maratonis. cantet. aedon.

NOT. In Sacris inferorum peragendis, lacte utebantur. Sic Tibullus,

*Interea nigras pecudes promittite Diti,*
*Et nivei lactis pocula mixta mero.*



Digitized by Google

## 1. *Tibure.*

Ενταδε. την. ιεραν. κεφαλην. κατα γαια. * καλημε [*καλυπτει.
Ανδρος. θειου. † πολυβιου. παπλιου. Καπιτωνος [† ποπλιου.
Οσπερ ιμεν. νοον. * εικε βροτων. περι. † λιερα. θεοισιν. [*εχε † ιερα.
Αθανατοις. δεδωκεν. τοι. ουρανον. * ευρην. εχουσιν. [*ευρυν.
Τηνσεδε. τονδε. ταφου. sosτρεπτος. Νονιος. Αρτιμων.

NOT. Lege Τευξε. δε. τονδε. ταφον. σος θρεπτος. Νονιος. Αρτεμιων.

## 2. *Athenis, ad ædiculam quandam Græcorum.*

Η ποτε κυδιοωσα ξανθαις επικρατος εθειραις
Και χαριτοβλεφαροις ομμασι λαμπομενη
Χιονεοισι ευ πρεπουσα προσωποις ηδε παρειαις
Και γλυκερου στοματος οπα λιριοεσσαν ιεισα
Χειλεσι πορφυρεοισι ελεφαντινεων δι' οδοντων
Παντοιην δε αρετην περι καλλει σωμα τιθεισα
Ην τεκεν Ευτυχιδη Σθεναρω Κιλικις Χαριτωπις
Εικοσι πενταετης τρυφερα τηδ' εν χθονι κειται
Ερμαερος δε Αριστομαχοι- Παιδος και Μητρος. . . .
Μνημ' αλοχω φιλιη θηκατο κουριδιη.

NOT. Sponius Cl. vertit *επι κρατος* in verſu primo, per *admodum*; ſed vertendum potiùs per, *in capite*, eſſe puto: Caſus enim Genitivus eſt *τοῦ κρατὸς*. Nominativ. *τὸ κρὰς caput.*

## 3. *Romæ.*

D. M.
Cuſpia. Æglalis. hoc. Sarcophag. aperiri. n. lic.

NOT. *Non licet*. Leguntur Sarcophagus, & Sarcophagum. Sepulchrum erat lapideum, quo cadavera poſuerunt, quæ parentes & amici combuſta eſſe noluerunt, dictum ἀπὸ τοῦ φαγεῖν τὴν σάρκα, à carne conſumenda; quia loculi vel ſepulchra mortuorum, ex Aſſio lapide fiebant, qui lapis (teſte Plinio, l 36. c. 17.) defunctorum corpora in eo condita intra diem quadrageſimum exceptis dentibus, tota conſumpſit,

ſumpſit, & exedit; petebatur ab Aſſo quod eſt oppidum in Troade, rubri coloris erat, & ſalsè ſapiebat: vaſa autem ex illo facta erant, quibus podagroſi pedes ſuos immiſerunt, quos tamen diu illic non tenebant: & obſervandum eſt, ut quicunque his lapidibus effodiendis operarentur, ab omnibus morbis maliſque cruralibus quibuſcunque laborabant vacui & liberi eſſent, cujus contrarium in operariis metallicis verum reperitur: hæc omnia Sponio debet Lector.

1. *Romæ.*

C. Virii. Severini. Attia. Severina. et. Q. Virius. o. nefas. Parentes

2. *Romæ.*

D. M. S.

Potentii. Infantis. dulciſſ. ac. per. hoc. alumni. cariſſ. qui. propter. immatur. mortem. alium. fr. meritor. ſuor. reportare. non. potuit.

NOT. Lege Fructum.

3. *Romæ.*

Ποπιλιης ταφος ουτος. Ανηρ δ'εμος αυτον ετευξεν
Ωκεανος πασης εμπεραμος σοφιης.
Ουφηλοι γαρ εμοι πελεται κονις εν δ' Αχεροντι
Υμνησω την σην ω Ανερ ευσεβιην.
Μεμνεο κ'εν ζωοισ εμεθεν και πολλακι τυμβωι
Σπεισον απο βλεφαρων δακρυ 'αποιχομενης
Και λεγε Ποπιλιην ευδειν ανερ. ου θεμιτον γαρ
Θνησκειν τους αγαθους' αλλ' υπνον ηδυν εχειν.

NOT. Verſ. 3. φητοι, γεφιγξ. Heſych. *cardo, ſumma Oceani cura,* inquit Reyneſius in hunc locum. Ego vero mallem ita, κουφη τοι γαρ εμοι, &c. *mihi quidem Terra levis eſt, propter pietatem tuam,* ita ut communi iſtâ precatiuncula *ſit tibi terra levis non opus ſit.* Bella quidem inſcriptio eſt & lachrymoſa.

1. *Ravennæ.*

Digitized by Google

1. *Ravennæ.*

C. Publici. C. F. Ampliati. qui. vix. ann. VI. D. XXVII.
C. Publicius. Proculeianus. Alumno. ſuo. poſuit. Curantib.
Publicio. Dionyſio. et. Aurelia. Tyche. Parentibus.
Tempera. jam. Genitor. lachrimis. tuq. ô optima mater
Deſine. jam. flere. pœnam. non. ſentio. mortis
Pœna. fuit. vita. requies. mihi. morte. parata. eſt.

2. *Cippus.*

[ *In parte dextrâ.* ]

A urelius. L. L. Hermianus. de. Colle. Viminali.
Hæc. quæ. me. fato. præceſſit. corpore. caſto
Conjunx. una. meo. prædita. amans. animo
Feido. feida. viro. vixiſti. ſtudio. parili. quum
Nulla. inavarities. ceſſit. ab. officio:

[ *In parte ſiniſtrâ.* ]

Aurelia. L. L. Aurelia. L. L. Philematio
Viva. Philematium. ſum. Aurelia. nominitata
Caſta. pudens. volgei. neſcia. feida. viro
Vir. conlibertus. fuit. eidem. quo. careo. eheu
Ree. fuit. ee. vero. plus. ſuperaque. Parens
Septem. me. naatam. annorum. gremio. ipſe. recepit
XXX. annos. naata. necis. potior
Ille. meo. officio. aſſiduo. florebat. ad. omnis.
. . . . . . . . . . . . . . . . . .

3. *Chio.*

*Ερμην. τον κλεπτην. κς. υφειλετο. Θερμος. ο. κλεπτης*
*Ος. των. φιλητεων, ωιχετ᾽. αναξι. φερων.*

NOT. Quis furem Hermem ſuſtulit? Fur Thermus (ſive audax, ſive morbus calidus, i. e. febris) qui abiit ferens illum Regi Furum, i.e. vel Mercurio, vel forſan Plutoni cuncta *αρπαζοντι.*

Y 1. *Chio.*

### 1. *Chio.*

Βιττω. και. Φαινις. φιλη. ημερη. αι. ξυνειδοι
  Αι. πενιχραι. γραιαι. τηιδ᾽. εκλιθημεν ομου.
Αμφοτεραι. Κωιαι. πρωται γενος. ω. γλυκυς. ορθρος
  Προς λυχνον. ωι μυθους. ηιδομεν. ημιθεων.

N O T. Profectò hæc verba aliquid ſonant, & ſenſum præ ſe ſubuſtrem ferunt, ſed elicere non poſſum, niſi aliqua mutare fas ſit, & tunc quoque, an comprobantes aliquos habiturus ſim, multum dubito; ſed utut res ſit, ita verto. Bitto & Phænis, amicæ, quotidianæ mercenariæ [ φίλαι ἡμέριναι. συνεῖδοι ] Pauperculæ vetulæ hic diſcubuimus ſimul. Utræque Coæ; primæ [ ex iſto ] genere, cui dulce mane eſt, ad cujus Lucernam fabulas Divorum cantabamus. *Hoc eſt* primæ lanificarum fuimus, quibus grata eſt auroræ lux. ( ſicut eſt omnibus operariis ) & quidem hilares & jucundæ eramus, nam fabulas & geſta mortuorum heroum, ex Poetarum hymnis, ſonorè concinuimus, ad lumen Phoſphori; alium ipſe & altiorem ſenſum ſuboleo. Sed quoniam de vetulis agitur, hunc quem dixi eligo.

### 2. *Romæ.*

Heu crudele nimis fatum dua funera mœrens
  Plango vir et Genitor flebile merſa deo
Sat fuerat Porthmneu cumba vexiſſe maritam
  Abreptamque mihi ſede jacere tua
Adjecit Clotho iteratum rumpere filum
  Ut natum raperet triſtis ut ante mihi
Me decuit morti prius occubuiſſe ſupremæ
  Tuque mihi tales nate darę obſequias
Ad tu ne propera ſimili qui ſorte teneris
  Dunc annos titulo nomina ut ipſe legas
Illa bis undenos vixit natus quoque ſenos
  Nomen huic Prorus eſt huic quidem Athenaidis
Quas ego quas Genitor pro te dabo nate querellas
  Raptumque Stygio detinet unda lacu
Quam bene biſſenos florebas nate per annos
  Credebantque Deis vota placere mea
Stamina ruperunt ſubito tua candida Parcæ
  Abſtulerantque ſimul vota preceſque mihi

Cum

Digitized by Google

Cum te nate fleo planctus dabit Attica Aedo
Et comes lacrimis veniet pro conjuge Siren
Semper ut Alciont flebit te voce ſuprema
Et triſtis mecum reſonabit carmen et Echo
Oebaliuſque dabit mecum tibi murmura Cycnus.

NOT. Dua pro duo, Verſ. prim. Porthmneu, V. 3. O Charon, V. 9. Ad, pro at, V. 10. Dunc pro Donec, V. 14. Raptum quem, V. 15. Quomodo bis ſenos annos florebat natus, cum ipſa Mater, 22. tantum vixit? an decem annos nata filium peperit? non puto. Ergo ſi natus 12. annorum erat, Mater 22. per annos Uxor fuiſſet; ſed credo potius erratum à Quadratario fuiſſe, & *bis ſenos* pro *vix ſenos* reponi debere; ſed non tanti eſt, ut plura de hac re dicam. V. 19. Attica dicitur aedon, quia Philomela Pandionis Athenarum Regis erat filia, vel quia multæ Luſciniæ in Attica erant, dicitur ſupra, Marathonis aedon.

1. *De antiquis Paſtoribus, lapis vetuſtiſſimus in Sicilia repertus.*

Almo. Theon. Thyrſis. orti. ſub. monte. Pelori
Semine. diſparili. Laurente. Lacone. Sabina
Vite. Sabina. Lacon. ſulco. ſue. cognite. Laurens
Thyrſis. oves. vitulos Theon. egerat. Almo. Capellas
Almo. Puer. Pubesq. Theon. et. Thyrſis. Ephebus
Canna. Almo. Thyrſis. ſtipula. Theon. ore. melodus.
Nais. amat. Thyrſin. Glauce. Almona. Niſa. Theonem.
Niſa. roſas. Glauce. violas. dat. lilia. Nais.

NOT. Hæc & ſequentia deprompſi ex J. Bapt. Ferretii Muſis Lapidariis Veronæ impreſſis A. D. 1672. qui hæc incerti Authoris eſſe carmina, quamvis Cytherio Sidonio aſcripta, aſſerit, & penes quem ſit hujus Siculi Lapidis vetuſtatis fides, cuique incumbat probare an genuinæ ſint ſequentes Inſcriptiones, ego enim illud facere non auſus ſum.

2. *Q. Ennii, Poetæ Sepulchralis nota.*

Aſpicite. O. cives. Senis. Ennii. imaginis. urnam.
Hic. veſtrum. pinxit. maxima. facta. Patrum
Nemo. me. lacrumis. decoret. nec. funera. fletu
Faxit. cur. volito. vivus. per. ora. virum.



Digitized by Google

### 1. *Romæ.*

Veneria. Specla. vix. ann. XX. ſibi. et. Titiæ: Secundæ.
Mammæ. fecit. C. Aſinius.Malchio. Conjugi
Conjugium. inceptum....... Malchio. memento
Quæ. fuerit. nobis. conſociata. fides
Deſine. jam. flere. fatalis. mihi. hora. manebat
Quæ. conjugio. diſtulit. illa. tuo
Tunc. tu. talis. eris. qualem. tua. dextera. nobis
Sollicitum. præſtes. ſi. capit. illa. fides.

### 2. *Senecæ Philoſophi Epitaphium quod ipſe expirans compoſuit*

Cura. labor. meritum. ſumpti. pro. munere. honores
Ite. alias. poſthac. ſollicitate. animas
Me. procul. a. vobis. Deus. evocat. illicet. actis
Rebus. terrenis. Hoſpita. terra. vale
Corpus. avara. tamen. ſolennibus. accipe. ſaxis
Namque. animam. cœlo. reddimus. oſſa. tibi.

NOT. Ferretius hos verſus eſſe Senecæ animam exhalantis credere videtur, ejuſque ad S. Paulum, Paulique ad illum, epiſtolas genuinas eſſe. Proh Dii immortales! quid hoc rei eſt? qui ſemel connivent, nunquam oculos aperient.

### 3. *Romæ.*

Eruta. ſignorum. vaſtis. fragmenta. ruinis
Et. quæ. virtutis. ſint. monimenta. tuæ
Roma. Parens. ignoſce. brevi. ſi. clauſit. Hyrethro
Hæc. domus. et. domino. ſic. oneroſa. ſuo
Cedere. non. facile. eſt. meritis. et. tanta. videre
Nec. cupere. in magnis. ſed. voluiſſe. ſat. eſt.

### 4. *Puppii Tragici Poetæ lapis Romæ.*

Flebunt. amici. et. bene. noti. morte. in. mea
Nam. Populus. etiam. vivo me. lacrumatus. eſt.

NOT. Lachrymoſa poemata Puppi, Horat.

1. *Prope*

Digitized by Google

1. *Prope Arcetanum Caſtrum, in Agro Vicentino, tria ſequentia Epitaphia in laminis æneis, in quodam marmoreo Sepulcro deliteſcentibus eruta & inventa A.D.* 1543. *tradit* J. B. Ferretius.

D. M.

Lucius. ingenti. Romana. ſtirpe. Volumnus
Quo. cerne. in. gente. fata. tulere. mea.

*Ibidem.*

Foecundam. novies. Romæ. natam. obruit. altæ
Poſt. duos. me. natos. Arceianenſe. ſolum.
Sergia. mi. nomen. fuerat. Volumnius. inquam
Conjux. fata. cujus. fauſta. fuere. parum

*Ibidem.*

Heus. tui. qui. tranſis. ſecura. mente. viator
Siſte. gradum. hoc. tumulo. et. verba. notata. lege
Antilla. hic. jaceo. nondum. trieteride. plena
Bis mihi. cum. vita. carior. omnis. erat.

2. *Lugduni.*

Functus. honorato. ſenio. plenuſque. dierum.
Evocor. ad. ſuperos. pignora. quid. gemitis.

3. *Romæ antiquitùs.*

*Atilii Reguli ab Aratro ad Conſulat. vocati.*
Heic. ſitus. unei. quoi. plurime. conſentiunt
Gentes fuiſſe. virom. populei. primariom

4.

Hic. ſitus. eſt. Rufus. pulſo. qui. Vindice. quondam
Imperium. aſſeruit. non. ſibi. ſed. Patriæ.

NOT. Virginius Rufus cum omnes à Nerone ad Galbam deficerent, in Galliam Germanicum traduxit Exercitum, & Vindicem manus ſibi inferre coegit, militibus imperium illi offerentibus conſtantiſſime renuit,

## 1. *Ovidii Naſonis.*

Hic. ſitus. eſt. vates. quem. Divi. Cæſaris. ira
  Auguſti. Latia. cedere. juſſit. humo.
Sæpe. miſer. voluit. Patriis. occumbere terris
  Sed. fruſtra. hunc. illi. fata. dedere. locum.

NOT. Prope Cyoviam, non longe ab Euxino mari, ad Græciæ limites. in amœna valli, inter ruinas quaſdam A. D. 1581. à Polonis militibus hoſtes inſequentibus inventum fuit hoc ſepulchrum, ſentibus & caprificis coopertum. Teſte Cæſare Campana in hiſtoria ſua : hæc ex Ferretio.

## 2. *Helpidis, Uxoris primæ Severini Boetii V.C. Ticini extabat.*

Helpis. dicta. fui. Siculæ. Regionis. alumna
  Quam procul. a. patria. Conjugis. egit. amor
Quo. ſine. mœſta. dies. nox. anxia. flebilis. hora.
  Cumque. viro. ſolum. Spiritus. unus. erat
Lux. mea. non. clauſa. eſt. tali. remanente. marito
  Majorisq. animi. parte. ſuperſtes. ero.
Porticibuſq. ſacris. jam. nunc. peregrina. quieſco
  Judicis. æterni. teſtificata. thronum
Neve. manus. buſtum. violet. ne. forte. jugalis
  Hæc. iterum. cupiat. jungere. membra. cinis.

## 3. *Pacuvii Poetæ, olim Tarenti.*

Adoleſcens. tametſi. properas. hoc. te. ſaxum. rogat
Ut ſe. aſpicias. deinde. quod. ſcriptum eſt. legas
  Hic ſunt. Poetæ. Pacuvii. Marci. ſita. oſſa
  Hoc. te. volebam. neſcius. ne. eſſes. vale.
D. M.

## 4. *M. Annæi Lucani Cordubenſis.*

Corduba. me. genuit. rapuit. Nero. prælia. dixi
  Qua. geſſere. pares. hinc. ſocer. inde. gener.
Continuo. nunquam. direxi. carmina. ductu
  Quæ. tractim. ſerpant. plus. mihi. comma. placet.

NOT. Comma, conciſum loquendi genus.



Digitized by Google

1. *

ΤΗΗ ΤΡΙΒΟΝ ΠΑΓΑΓΕΙΣ
ΑΛΠΤΩΣ ΤΟΔΕ ΣΗΝΑ ΝΟΗΣΗΣ
ΜΗΔΕΟ ΜΑΙ ΓΕΛΑΣΗΣΕΙ
ΛΥΝΟΣ ΕΣΤΙΤΛΟΟΣ
ΕΥΛΑΝΣΟΗΝΧΕΙΡΣΣΑΕ
ΚΟΝΙΝ ΣΥΝΖΟΗ ΥΛΝΑΚΤΟΣ
ΟΣ ΜΟΥΚΑΚΙΗΛΗΤΟΝΛΣ
ΕΧΑΡΛ ΖΕΝΟΓΟΝ.

NOT. Danus quidam eruditus Lucæ Langermanno, Langermannus autem Iſaaco Voſſio V. Cl. hoc Canis Epitaphium communicavit, qui ſic (uti ſolebat omnia) optime digeſſit, & notis ad *Melam* doctiſſimis inſeruit.

Τὴν τρίβον εἰ παράγεις ἀλύπως τόδε σῆμα νοήσας
Μὴ δέομαι, γελάσῃς εἰ Κυνὸς ἐστὶ τάφος.
Ἐκλαύσθην. χεῖρες τε κόνιν συνέθηκαν Ἄνακτος
Ὅς μου καὶ στήλῃ τῇνδ' ἐχάραξε λόγον.

2. *Aquileiæ.*

Domum æternam
Julia Agape poſuit
Obſequenti Marito
Et Juliae Feliciſſ.
Fratrib. Pientiſſ.

3. *Veronæ, Sarcophago marmor.*

P. Julius. Apollonius. ſibi. et. Attiæ. Valeriæ. Conjugi. obſequentiſſimæ. vivus. paravit. ejuſq. corpus. in arca. condidit. et. locum. Servio. dedicavit.

NOT. Julia Agape *Maritum* habuit *obſequentem*. Julius Apollonius *uxorem obſequentiſſimam*. Jam ſumus ergo pares. *Obſequens* Maritus, *Blandus*, *facilis*, & *indulgens*. Obſequens uxor. *Obſequioſa*, *obediens*.



1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Θ K.

ΛΓΕ CαΙορνειvοC ετ ΑΓΗΛΙΑC ετ
ΠΑ ΔΙΟΓεΝεC
ΚΟΜΠΑΡΑΟΥΗΡΟΥΛΤ
CΙΒΙ ΕΤ CΟΥεΙC.

NOT. Latinum Monum. Græcè ſcriptum.

2. *Romæ.*

Dis. Man.
Monumentum hoc volens qui violaverit Illi manium numina irata ſunto

3. *Brixiæ.*

Atilia. C. M. L. Jucunda
Hic
Tranſeuntes per viam vocat
Hic
Vos nihil.

4. *Brixiæ.*

L. . . . Prudens. C. Mincius. C. L. CrIIeſtus
Pudenti. Val. . . . .
Ulterius nihil eſt morte nec utilius.

5. *

Immortales. mortales. ſi. foret. fas. flere
Flerent. Divæ. Camœnæ. Naevium. Poetam.
Itaque. poſtquam. Orcivo. traditus. theſauro
Obliti. ſunt. Romæ. Latina. loquier. lingua

NOT. Orcivus theſaurus, eſt Orcus, ubi regnat Pluton, qui & Orcus aliquando dicitur, & ubi mortui tanquam in theſaurario conduntur.

1. *Feltriæ.*

Digitized by Google

1. *Feltriæ.*

C. Julius. Caeſar.

Feltria. perpetuo. nimium. damnata. rigore
Forte. mihi. poſthac. non. adeunda. vale.

NOT. Hæc carmina, C. Jul. Cæſari tribuit V. Cl. Fulvius Urſinus qui hac in re, Horatianum illud

*Aliquando bonus dormitat Homerus,*

verum eſſe probat.

2. *Romæ.*

Julia. quæ. fueras. longa, digniſſima. vita
Occidis. e. noſtro. rapta. Puella. ſinu
Sed. comes. ætheriæ. nunc. degis. juncta. Coronæ
Nunc. Helicen. propius. cernis. et. Andromeden
Me. cruciat. Conjux. miſerum. me. abſumit. amantem
Sævus. amor. nullis. ignibus. inferior
Namq. ego. ſeu. rebus. fueram. diſtrictus. agendis
Seu. dederam. vacuo. languida. membra. thoro
Tu. mihi. ſemper. ades. tua. præſens. ſemper. imago. eſt
Quæ miſero. moveat. flebile. Cordolium
Impia. cur. teneros. O. mors. diſtinguis. amantes
Quos. bene. conveniens. conciliavit. amor.

3. *Romæ. Sub Statua viri armati Puellam pulcherrimam amplectentis, ad cujus pedes ſtat ſcutum cum Caſſide & Enſe, ubi nota* Titius fecit.

Laomedon. genuit. rapuit. Tirintinus. Heros
Mi. ſoboles. Ajax. ex. Telamone. ſatus.

NOT. Tirintinus pro Tirynthius Heros, i. e. Hercules, qui Heſionem à marino monſtro liberans, & præmio à Laomedonte promiſſo defraudatus, Ilium expugnavit, Heſionemque Telamoni ſocio qui primus muros conſcenderat, in uxorem dedit, Priamumque Teucrorum Regem, Laomedonte interfecto, nuncupavit.

1. Genntii

Digitized by Google

1. *Genutii Oratæ Piſcatoris ab Araneo Piſce interfecti, monumentum in agro Ateſtino defoſſum, teſte Fortunio Liceto, lib. 6. de Lucernis ant.*

Genutius. Orata.
Rom. Piſcator.
Maledictus. ille. Piſcis. qui. ſpina. me. confixit.
Heu. mons. Lucis. et. tu. Ripa
Cunctis. portum. mortem. mihi.

2. *Agro Aretino.*

Porcillæ. Veſtinæ. Cananivati
Decore. formæ. . . . . flore
. . . . . . Veſtæ. . . . . . .
Adſcriptæ. eheu. . . . Pat. . . . .
Abſum. . . . lento. . . . . . .
Torq. . . . . . mater. . . .
Mœſta. ſoror. mœſti. fratres. mœſtique. Parentes
. . . . . tum. . . . parc. noc. . . . .
Et. gemitu. et. preſſis. tundentes. pectora. palmis
Condiderant. tumulo . . . . ante. diem.

3. *Terentii Poetæ Comici.*

Natus. in. excelſis. tectis. Carthaginis. altæ
Romanis. Ducibus. bellica. præda. fui
Deſcripſi. mores. hominum. juvenumque. ſenumque.
Qualiter. et. Servi. decipiant. Dominos
Quid. meretrix. quid. Leno. dolis. confingat. avarus
Hæc. quicumque. leget. ſic. puto. cautus. erit.

4. *Romæ.*

Floridi.
Quod. vixi. Flos. eſt. ſervat. lapis. hic. mihi. nomen
Nolo. Deos. manes. Flos. ſatis. eſt. titulo.

5. *Vincentiæ.*

Digitized by Google

1. *Vicentiæ.*

Telephus. hac. ſede. jucunda. Potiuſque. quieſcent
Debita. cum. fatis. venerit. hora. tribus
Hic. locus. Heredi. ne. ceſſerit. inviolati
Sint. cineres. tum. quos. cana. favilla. teget
Telephus. IIIIII vir. ſibi. et. ſuis.

2. *Sicilia.*

Nicarin. Munatiæ. L. L. Zozimæ. Filia. Hymnetria. A. S.
Terra. precor. quæcumque. jaces. Nicario. ſuper. oſſa
Sis. levis. in. tenero. corpore. depoſita.
vixit. annos. XVIII.

2. *Narbona, Marmore vetuſtiſſ.*

Ut. belli. ſonuere. tubæ. violenta. peremit
Hypolyte. Teuthranta. Lyce. Clonon. Oebalon. Alce
Oebalon. enſe. Clonon. jaculo. Teuthranta. ſagitta.
Oebalus. ibat. equo. curru. Clonus. at. pede. Teuthras
Plus. puero. Teuthras. puer. Oebalus. at. Clonus. Heros
Figitur. Ora. Clonus. latus. Oebalus. ilia. Teuthras
Epicli. Teuthras. Deracli. Clonus. Oebalus. Idæ
Argolicus. Teuthras. Mœſus. Clonus. Oebalus. Arcas.

NOT. Habentur hæc in Virgilianis, & in Auſonianis carminibus, ſub titulo. *De trium Amazonum pugna.*

*Antiquis Romanis mos erat ſervos à fuga recuperatos ſtigmate notare, hoc eſt, literis aut notis quibuſdam frontem inurere. Cum verò Conſtantius id vetuiſſet, quod dedeceret faciem, quæ ad ſimilitudinem cæleſtis pulchritudinis figurata eſt, maculari; contumeliam frontis ad* Collaria *quæ fugitivis aptabantur, tranſtulerunt; in quibus inſcriptum* Domini *nomen, aut ſaltem in Laminis iis appenſis, legebatur. Qualia in ſequentibus videre eſt, quæ ex Sponio Cl. exſcripſi.*

I.

1.

Tene me quia fugi et Revoca me Domino meo Boniſa-
tio Linario.
Tene me ne fugiam, et revoca me ad Dominum Evvi-
ventium in Ara Calliſti.
Tene me ne fugiam et revoca me in foro Trajani purpu-
retica ad Paſchaſium Dominum meum.
Ptronia tene me quia fugi bis et revoca me ad domu A-
theodotenis ad Dominum meum Vitalione
T. M. Q. F. E. Rev. me. P. Rubrio. Lat. Dom. meo.

[ *Lamina ænea Collari alligata.* ]

Tene me quia fugi et reboca me in baſilica Pauli ad
Leone.
Tene me quia fug. et reboca me Victori Acolito à Domi-
nic V. Clementis.

☧

*Ex altera parte.*

Fugi Euplogio ex Prf. Urb.

NOT. Id eſt, Ex Præfecto Urbis.

2. *Athenis.*

Τον Αρχιερεα των Σεβαστων Τιβ. Κλαυδιον Αττι-
κον Ηρωδην Μαραθωνιον η Αντιοχις φυλη ανεθηκεν
ευνοιας ενεκεν και ευεργεσιας της εις την Πατριδα.

NOT. Id eſt, Antiochis Tribus [ *Diis commendat et* ] conſecrat Tiberium Claud. Atticum Herodem Marathonium, Pontificem Auguſtorum, ob benevolentiam & beneficentiam, in patriam ſuam. Marathone, quæ erat ex Atticæ populis natum fuiſſe Herodem Atticum oſtendit hæc inſcriptio. Indeque factum eſt ut inibi ſepeliri à ſuis Libertis voluerit, ſed non id permiſerunt Athenienſes, quorum juvenes eum ſuſtulerunt & in ſtadio Panathenaico ab Herode extructo ſepelierunt, univerſo populo funus cum lachrymis proſequente, quaſi communem Parentem amiſiſſet.

1. *Megaris*

Digitized by Google

## 1. *Megaris.*

Η Βουλη και Ο Δημος. Τιβ. Κλαυδιον Αττικον Υπατον επι ευεργεσιαις και ευνοια τη προς την πολιν.

NOT. A.C. 143. An de Patre Attico, an de filio Attico Herode, intelligendum ſit, non certò conſtat.

## 2. *Romæ, in Villa Borgheſia.*

Ποτνι Αθηναιων [1] επιηρανε Τριτογενεια
Ητ επι εργα βροτων [2] λαις Ραμνουσιας Ουπι
Γειτονες αγχιθυροι Ρωμης [3] εκατον τοπυλοιο
Πιονα δη και τονδε Θεαι τειμησατε χωρον
Δημον Δηωοιο φιλοξεινον Τριοπαο
Τοφρα κε και Τριοπειαι εν [4] αθανατοις ανεγησθο
Ως οτε και Ραμνουντα και [5] ευρυχορους ες Αθηνας
Ηλθετε δωματα Πατρος [6] εριγδουποιο λιπουσαι
Ως τηνδε ερεσθε πολυσταφυλον κατ αλωην
Ληια τε σταχυων και δενδρεα βοτρυοεντα
[7] Λειμωνων τε κομας απαλοτρεφεων εφεπουσαι.
Υμμι γαρ Ηρωδης ιερην ανα γαιαν ενηκε
Την οσσην περι τειχος ευτροχον εστεφανωται
Ανδρασιν [8] οψιγονοισιν ακινητην και ασυλον
Εμμεναι ηδ επι οι εξ αθανατοιο καρηνου
Σμερδαλεον [9] οισασα λοφον κατενευσεν Αθηνη
[10] Μη τοι νοιποινον βωλον μιαν η ενα λααν
Οχλισσαι επει ου μοιρεων [11] Ατρεισσαν αναγκη
Ος κε θεων εδεεσσιν αλιτροσυνεν [12] αναθηιν
Κλυτε περικτιονες και γειτονες αγροιωται
Ιερος ουτος ο χωρος ακινητοι δε θεαιναι
Και πολυκμητοι και [13] υποσκειν ουας ετοιμαι
Μηδε τις ημεροιδων ορχους η [14] εν αλσεα δενδρων
Η ποιην χιλοι ευαλδει χλωρα θεουσαν
Δμωην κυανεου Αιδος [15] ρηξειε μακελλαν

Σημα

Σημα νεον τευχων ηε ϖροτερον [16] κεραιξων
Ου θεμις αμφι νεκυσσι βαλειν ιεροχθονα βωλον
Πλην ο κεν αιματος [17] ηισι και εγγονος εσσαμενο
Κεινοις δ' ουκ αθεμιςον επει Τιμαοερος [18] εστωρ
Και γαρ αθηναια [19] ϖερι χθονιον Βασιλεα
Νηωι εγκατεθηκε συνεςιον εμμεναι Ιερων
Ει δε τωι ακλυςα ταυςα και ουκ [20] επιπεισεται αυτων
[21] Αλλ απιοιμησει μη οι νητιτα γενηται
Αλλα μιν αϖερφατος Νεμεσισ και ρομβος Αλαςτωρ
Τισονται ςτυγερην δε κυλινδησει κατοτητα
Ουδε γαρ ιφθιμον Τριοπεω μενος [22] Αολιδαω
Ωναθ οτε νειον Δημητερος εξαλαπαξεν
Τω ητοι ποινην επωνυμιην [23] λασασθα
Χωερυμητοι επιται [24] επιτεροπειος [25] Ερινυς.

Salmaſius ita corrigit

[1] επειεργε. [2] Ελαις pro ελαεις exagitas, inſequeris. [3] ευρυπεταπυλοιο. [4] Αθανατοισι λεγηδον. [5] Ευρυχορευς. [6] Εριγδουποιο. [7] Λειμωνων. [8] Οψιγονοισιν. [9] Σισασα. [10] Μητε νηποινον. [11] Ατρεμες pro ἀτρέμες ab ἀτρεμὴς idem quod ἄτρεςος. [12] Αναθειη. [13] Υποχειν. [14] Εναλσεια, unicà voce. ἐναλσὴς nemoroſus. [15] Δμαιη-ρηξεια μαχελλα. [16] κεραιζων. [17] ἦισι καὶ εγγονος εσσαμενοιο. [18] Ειςωρ pro ἵςωρ, Teſtis, conſcius. [19] Περι οι. [20] Επιπευσεται. [21] Αλλ' αποτιμησει. [22] Αιολιδαο. Triopa Canaces filius. Canace autem Æoli filia. [23] Αλεαδαι. [24] Επι Τειωπειος [25] Εριννυς.

NOT. Explicatio Arcudii, ad verbum. Veneranda Athenarum Præſes Minerva è Jovis capite nata... Et quæ opera hominum ſubſequeris Rhamnuſia,... Vicinæ prope Urbis ( Romæ ) mœnia centum portas habentis,.. Uberem quoque hunc, O Deæ, honoretis locum,.. Pagum Cereri-addicti hoſpitalem Triopii... Interim & Triopes inter mortales dicamini,.. ſicut cum & Rhamnuntem & amplas Athenas.. Veniſtis, ædibus Patris grandiſoni relictis.. Ita hanc properate vinearum plenam ad aream.. Et campos ſegetum & arbores vitiferas.. Pratorumque gramina teneras herbas alentium ſoventes.. Vobis enim Herodes terram ſuam dicavit.. Tantam quanta eſt muro bene ædificato circumſepta.. Hominibus poſteris immobilem atque inviolabilem.. Futuram. Ipſa vero illi immortali capite.. Horribilem quatiens criſtam annuit Minerva.. Ne cui liceat impune glebam unam velunum lapidem.. Movere, quoniam Parcarum formidandarum ſortes incvitabiles.. Si quis delubris Deorum injuriam attulerit.. Audite

dite Accolæ, & vicini Agricolæ .. ſacer hic locus, & immobiles Deæ .. Et valde honorabiles, & præbere aures paratæ .. Ne quis etiam Vinearum ordines, aut in nemora arborum, .. aut herbam humore bene nutriente vireſcentem & creſcentem .. 25 Servum atri Plutonis adjiciat ligonem .. Sepulcrum novum condens aut vetus deſtruens .. Non eſt fas contegere mortuos è terra Diis dicata .. Præterquam illi qui ſit conſanguineus, & poſterus ejus qui conſtruxit .. Illis enim eſt licitum quandoquidem Vindex adeſt conſcius .. 30 Namque Minerva ſibi inferum Regem .. In templo adſcivit, ut contubernalis ſit Sacrorum .. Si cui vero non audita hæc; & non obediet illis, .. ſed deſpiciet, non illi ſine pœna redeat .. Sed ipſum repentina Nemeſis & turbo pœnarum exactor .. 35 Punient; infeſtam vero illi advolvet ærumnam .., Neque enim generoſam Triopæ vim Æolidæ .. Juvit cum nemus Cereris excidit .. Idcirco ſane pœnam, aut titulum illi vereantur ... Loci, ne ſequatur Triopæa Erynnis. Notum eſt ex Fabulis, Eriſicthona Triopæ filium nemus Cereri ſacrum excidiſſe, & propterea βυλίμῳ ab Illa affectum fuiſſe; ſed quòd idem ſcelus admiſit Triopa, & eaſdem pœnas luit, hujus carminis Auctor primus, ut credo, docuit. Hic Herodes Athenienſis, gente, opibus, & arte, Sophiſta nobiliſſimus ſub Trajano, Hadriano, Antonino Pio, & M. Aurelio floruit. Uxorem habuit Regillam matronam Romanam, cui in Agro Romano in villa ſua Triopæa ædem extruxit; ejuſque memoriæ curavit hoc ſequens Epigramma incidi, quod nunc in Villa Borgheſia conſpicitur.

Μαρκελλου.

[1] Δευριτε Θυβριαδες νηον ποτι τονδε γυναικες
Ρηγιλλης εδος αμφι [2] θυοσκοα ιρα φερουσαι!
Ηδε πολυκτεανων μεν [3] ενη εξ Αινεαδαων
Αγχισεω κλυτον αιμα και Ιδαιης Αφροδιτης
Γηματο δ' ες Μαραθωνα θεαι δε μιν Ουρανιωναι
[4] Τιμωσιν Δηωτε Νεη Δηωτε Παλαιη
[5] Τηισιπερ ιερον ειδος ευζωνοιο γυναικος
[6] Αγχειται αυτη δε μεθ' Ηρωινησιν [7] ενασται
Εν Μακαρων νησοισιν ινα χρονος [8] ενβασιλευει
Τουτο γαρ αντ' αγαθοιο νοου [9] ειληχεν αποινον
Ως οι Ζευς ωκτειρεν οδυρομενον παρακοιτην
Γηραι εν αζαλεωι χηρηι κατακειμενον ευνηι
Ουνεκα οι Παιδας μεν αμυμονος εκ Μεγαροιο
[10] Αρπυιαι Κλωθωες ανηρειψαντο μελαιναι
Ημισεάς [11] πλεονον [12] δυω δ' ετι παιδε λιπεσθην

Νηπιαχω

Digitized by Google

Νηπιαχω αγνωτε κακων επι παμπαν απυστω
Οιην σφιν νηλης κατα Μητερα ποτμος εμαρψε
Πριν περ [13] γρεαινισι μιγημεναι ηλακατηισι
Τωι δε Ζευς επηρεον οδυρομενω ακορητον
Και Βασιλευς Δια Πατρι φυην και μητιν [14] εοικως
Ζευσ μεν ες Ωκεανον θαλερην εστειλε γυναικα
Αυρησι Ζεφυροιο κομιζεμεν [15] ηδυσιησιν
Αυταρ ο αστεροεντα περισφυρα Παιδι πεδιλα
Δωκεν εχειν τα λεγουσι και ερμαωνα φορηναι
Ημος οτ Αινειαν πολεμου εξηγεν Αχαιων
Νυκτα δια δνοφερην οδε οι περι ποσσι Σαωτηρ
Παμφανοων ενεκειτο [16] σελ. . . . ς κυκλο. . . , ερ. . . .
Τονδε και Αινεαδαι [17] παρενεγραψαντο πεδιλωι
. . . . . . . . . . . . . . . . . . η γενεεσσι γερα
Τυρσηνων αρχαιον επισφυριον περας ανδρων
Ου . . . . οσσηται και Κεκροπιδην περ εοντα
Ερσης [20] εργειδωντα και ερμεω ει ετεον δη
Κηρυξ Ηρωδεω προγονος Θησειαδαο
Τουνεκα τειμηεις και επωνυμος [21] ημεν Ανασσα
[22] Ει βουλην αγερεσθαι ινα πρωτοθρονες εδραι
Ελλαδι δ' ουτε γενος βασιλευτερος. ουτ επι φωνην
Ηρωδεω γλωσσαν δε τε μιν καλεουσιν [23] Αθηνεων
Ηδε και αυτη περ καλλισφυρος Αινεωνη
Και Γανυμηδειη και Δαρδανιον γενος ηεν
Τρωος [24] Εριχθονιδαο ον διφιλον ιερα ρεξαι
Και θυσαι θυεων αταρ ου κ αεκοντος αναγκη
Ειδε τοι ευσεβεεσσι και Ηρωων αλεγιζειν
Ου μεν γαρ θνητη αταρ ουδε θεαινα τετυκται
Τουνεκεν ουτε νεων ιερων λαχεν ουτ ετι τυμβον
Ουδε γερα θνητοις αταρ ουδε θεοισιν ομοια
Σημα μεν οι [25] νεω ικελον δημοι εν [26] Αθηναις
Ψυχη δε σκηπτρον Ραδαμανθυος αμφιπολευει
Τουτο δε Φαυστεινηι κεχαρισμενον ισταται αγαλμα

Δημοι

Digitized by Google

Δημωι ενι Τριοπεω ινα οι παρος ευρεες αγροι
Και χορος ημεριδων και [28] επαινεντες αρουραι
Ου [29] μιν ακμησειε θεα βασιλεια γυναικων
Αμφιπολον γεραων εμεναι και [30] οπλονα Νυμφην
Ουδε γαρ Ιφιγενειαν ευθρονος Ιοχεαιρα
Ουδ' Ερσην γοργωπις απηκμησεν Αθηνη
Ουδε μιν η [31] Ρωμνισι παλαιησιν μεδεουσα
Καισαρος ιφθιμοιο παρεψεται ομπνια Μητηρ
Ες χορον ερχομενην [32] προτεραων ημιθεαων
Η λαχεν [33] ηλυσιησι χορος τασιησιν ανασσειν
Αυτη τ' Αλκμηνη τε [34] Μακαρεια τε Καδμειωνη.

[1] Δευρ' ιτε. [2] Θυοσκοον. [3] Ενι. [4] Τιεσιν. [5] Ηοιπερ. [6] Αγκειται. [7] Ηρωινησι νενασται. [8] Εμβασιλευει. Ειληχεν. [10] Αρπυιαι. [11] Πλεε-ναν. [12] Δοιω δ' επι παιδε λιπεσθην. [13] Γηραιησι....... ηλακατησι. [14] Ομοιος. [15] Ηλυσιησιν. [16] Σεληναιης κυκλος αιγλης. [17] Παρεννεαψαντο. [18] Συμβολον Αυσονιοισιν. [19] Ως μιν εκοσμησεν και Κεκροπιδην. [20] Τυρσηνων... γερας ανδρων [21] Εκγεγαωτα. [22] Η μεν Ανασσαν. [23] Εις. [24] Αθηναι. [25] Εριχθονιδεω δ' δη φιλον. [26] Νηῷ. [27] Αθηνης. [28] Ελαιωεντες. [29] Μεν. [30] Οπαονα. [31] Ηρωινησι. [32] Προτεραων. [33] Ηλυσιησι χοροστασιησιν. [34] Μακαρεα.

NOT. Petri Arcudii Explicatio. Huc adeſte Tiberis accolæ ad Templum mulieres---Regillæ ad ædem ſuffimenta ſacra ferentes.---Ea vero opulentiſſimis quidem erat è filiis Æneæ---Anchiſis inclytus ſanguis & Idææ Veneris.--- 5 Nupſit vero Marathone: Divæ ante ipſam cœleſtes---Honorant, Ceres junior & Ceres ſenior---Quibus ſacra effigies bene-ſuccinctæ mulieris---Dicata eſt. Ipſa vero cum Heroinis habitat---In beatorum inſulis ubi Saturnus regnat.--10 Hoc enim pro bona mente ſortita eſt munus. Namque illius Jupiter miſeratus eſt lugentem Conjugem---Senecta in arida viduo jacentem in lecto---Quoniam illi liberos egregia è domo---Raptrices Parcæ arripuerunt atræ--15 Dimidiam è multis partem: Duo autem nati adhuc ſuperſunt ---Infantes & puri malorum nondum notitiam habentes---Qualem illis ſæva matrem mors rapuerit---Antequam inter ſeniles ſociaretur colos---Illi porro Jupiter auxiliator deflenti inſatiabiliter---20 Et Imperator Jovi Patri natura & conſilio ſimilis---Jupiter quidem ad Oceanum teneram miſit Uxorem---Auris Zephyri ut deferretur Elyſiis---At is ſtellatos in talis puero calceos---Dedit geſtandos quos aiunt & Mercurium portaſſe---25 Tunc cum Æneam ex bello extraheret Græcorum---Noctem per obſcuram, Ille porro ipſi.... ſalutem dans -- Lucem præferens .......... ---Illum. .... Ænea prognati



afluerunt

aſſuerunt calceo--- . . . . . . . . . . nobilibus honorem--- Tyrrhenorum vetus circa talos ornamentum virorum . . . . . . viderit licet Cecrope natum---Herſes operum diſtributorem & Mercurii---Præco Herodis eſt progenitor Theſeo-nati---Propterea honoratus & Conſularis nominis, ut Regium---ad Senatum accederet ubi prima ordinis Subſellia. ---In Græcia porro neque genere nobilior, neque eloquentia---Quiſquam Herode quem & linguam vocant Athenarum.---Illa vero & ipſa pulchripes Æneæ proles---Et Ganymedæa & Dardanium genus erat---Trois Ericthonio-nati, cui [ *Regillæ* ] liberet etiam ſacra facere---Et hoſtias mactare : verum invito non eſt opus---Sed ſi homines pii, & Heroum curam gerunt.---Neque enim mortalis, at neque Dea eſt ---Idcirco neque Templum Sacrum ſortita eſt, neque Sepulcrum---Neque honores mortalibus, at neque Diis ſimiles---Monumentum quidem ipſi Templo ſimile eſt apud Athenas---Anima vero circa Sceptrum Rhadamanthi verſatur.---Hæc autem Fauſtinæ grata locata eſt ſtatua---In pago Triopeo, ubi illi prius ampli erant campi---Et ordo vitium, & conſiti agri---Nec ſpernet Dea Regina Fœminarum---Famulam honorum eſſe, & comitem Nympham : ---Neque enim Iphigeniam pulcrum habens Solium Diana---Neque Herſen terribiles-habens-oculos deſpexit Minerva---Neque Regillam ipſam heroinis antiquis imperans---Cæſaris magnanimi parvi pendet Auguſta Mater ---Ad chorum accedentem priorum ſemi-dearum---Cui contingit Elyſiis choreis præeſſe---Ipſa & Alcmena, & beata Cadmi filia.

## I. *Dioſcoridis Epigramma ineditum.*

Τῆς Σαμίης τὸ μνῆμα Φιλαινίδος ἀλλὰ προσειπεῖν
Τλῆθι μὲ καὶ στήλης πλησίον ἀνερ ἴθι.
Οὐκ εἰμ' ἡ τὰ γυναιξὶν ἀναγραψάσα προσαντῆ
Ἔργα, καὶ αἰσχύνην οὐ νομίσασα θεόν.
Ἀλλὰ φιλαιδήμων καὶ ἐμὸν τάφον· εἰ δὲ τις ἡμᾶς
Αἰσχύνων λάμψειεν ἔπλασεν ἱστορίην
Τὸν μὲν ἀναπτύξαι χρόνος ὄνομα· τἀμὰ δὲ λυγρὰ
Ὀστεα τερφθεῖν κληδὸν' ἀπωσαμένης.

NOT. Nota nimis ſunt *Philænidis Leucadiæ* ἀφροδίσια σχήματα (quibus nimis adſimiles ſunt Tabellæ noſtræ laſcivæ hodiernæ) quam ut illis immorer diutiùs. Hanc famam à ſe longè propellere *Philænis noſtra* ſtudioſè conatur. Ita vertit Ezech. Spanhemius V. M. & Doctiſſ. qui primus edidit in Aureo illius opere *De Præſtantia & Uſu Numiſmatum*——[ *Samiæ monumentum ſum Philænidis, ſed adloqui me patere, & ad Cippum propius accede, Viator; Non ea ſum quæ mulieribus delineavit proterva opera, Verecundiam non habens* pro

*pro Dea ; ſed amans pudoris per meos manes. Si quis verò, nos infamans, impudentem finxit hiſtoriam, ejus quidem revelet nomen tempus, Mea autem turpem oſſa in cineres redigat famam à me amolientis* ] Sed quid, quæſo, mali eſt, Ut *Tempus nomen impudentis Hiſtorici revelet ?* Id volunt, id ambitiosè quærunt, quicumque hiſtoriam attexunt. Cùm ergo mali aliquid ominatur, & precatur Philænis Hiſtorico falſo, oportet ut ejus generis ſint Diræ, à quibus Hiſtoriographi maximè abhorrent. Quæ ſunt-- ut *Lectoribus nauſeam creent--nec vivi volitent per ora virum.* Lege ergo V. 7. Τȣ̃ μὲν ἀναπτύσαι χρόνος ὄνομα. Tempus illius nomen *expuat, ejiciat.* Et facilis quidem mutatio eſt Σ in Ξ. Sed nec τερφθείη per, *in cineres redigat* verti debuit. Ὀστᾶ τερφθείη, eſt, *Oſſa delectentur*, verbatim, i. e. pro vulgari formula loquendi, *molliter, placideque quieſcant oſſa.* Sed pace Viri præſtantiſſimi hæc dixerim, qui Rei Nummariæ ſuæ totus intentus, leviora hæc nobis minorum gentium Criticis permittit.

Digitized by Google

# Finis Primæ Partis.

Digitized by Google

# PARS SECUNDA.

[ * ]

Digitized by Google

Digitized by Google

# HENRICO GODOLPHIN
## S. T. P.
## Collegii Ætonensis Socio,
Canonico Paulino Reſidentiario,

Viro Mihi Amiciſſimo,

Gul: Fleetwood S. P. D.

UT Nomen Tuum, Vir Eximie, Monumentis noſtris Chriſtianis inſcriberem, duo me præcipue impulerunt: Primum, ut favorem veſtrum & ſummam animi benevolentiam, quâ me per multos annos es amplexus, & laudis & honoris noſtri gratiâ, publicè prædicarem; Qui enim primas partes aſſequi non poteſt, ut ipſe Dignus ſit & Benemeritus, pulchrè ſatis ſeſe habet, ſi ſecundas arripiat, ut, nempe, Dignis Aliis & Benemeritis colatur & ametur. Alterum, ut Gratitudinem erga te noſtram, & amorem maximè ſincerum palàm omnibus oſtenderem; grave enim & honeſto Viro indignum exiſtimabam, ſi, cui plus quam cuivis alii mortalium deberem, Illi non grates maximas perſolverem.



Digitized by Google

ſolverem. Cumque aliàs immerentem ſatis & indignum tantis beneficiis me cognovi, nollem profectò, illorum immemor, adhuc indignior fieri. Accipias ergo, Vir ſuaviſſime, hoc qualecunque Munus noſtrum, grati animi indicium, & amoris pignus nunquam morituri: quod & perfectiùs (credo) multo, Teque Meque ipſo dignius accepiſſes, ni per Te, Tuoſque, aliud opus, & partes longè aliæ Mihi crederentur; in quas ſi totam Operam, Labores, Cogitationeſque omnes conferam, non erit certè qui queratur aut accuſet. Relictis itaque Sepulchris, Umbris, Manibus, & mortuorum Monumentis, ad viva Chriſti membra, ad curam animarum immortalium ab Inferis redemptarum, & ad Spartam quam accepi exornandam Me recipio. Adſit Deus cœptis noſtris & propoſitis propitius, Teque Tuamque nobilem Proſapiam diu incolumem conſervet.

*Londini, Kalend. Novemb.*
*A. Ch.* 1690.

PRÆFATIO

# PRÆFATIO

## AD

# LECTOREM.

*DUM in Inſcriptionibus legendis & perlegendis occupatus tenebar, & delectum quendam Rariorum Elegantiorumque omnium exhibere ſtatuebam, ad Chriſtiana tandem perveniens Monumenta, conſilium animumque primâ fronte mutare coactus ſum; nec enim aut tot numero, aut tanta illorum erat Elegantia & Varietas, ut delectum facilè paterentur. Sive hoc Primævæ Chriſtianorum miræ in omnibus ſimplicitati, ſive ſæculi Barbariei indies creſcenti, ſive alii cuicunque cauſæ tribuendum eſt, aliis dijudicandum permitto; ad unum omnia, quæcunque libris impreſſis inveniri in promptu erant, hic exhibeo, immo ſingula & ſola aliquoties Defunctorum nomina, ut ne*

Digitized by Google

*ne tantillum quidem, quicquid Chriſtianam vetuſtatem ſpiret, deſideretur. Quæ in Gruteri Corpore ad finem ſimul & promiſcuè erant poſita, in certiorem quandam methodum redegi, in diſponendis ordinem alphabeticum Literarum ſervavi; omnia hìc digeſta, & locis ſuis propriis inſerta habes, præter pauca anonyma, quæ ad calcem Libri rejiciuntur, & quædam alia per Typographi incuriam omiſſa. Plura inter hæc, quæ ætatis mediæ & ſequioris erant ſæculi invenies, quæ, ſecundum incæpti noſtri rationem, omittenda primò cenſebam; ſed quoniam in iis utplurimùm de Pontificibus Romanis agitur, & omnia intra annum Domini milleſimum clauduntur, nec lectu nec exſcriptu indigna exiſtimabam. Si novam Inſcriptionum Antiquarum Collectionem à ſe factam in lucem protuliſſet Raphael Fabrettus Urbinas, vir ſcriptis & eruditione clarus, (cujus ſpem & deſiderium magnum nobis excitârunt viri optimi & eruditi DD. Joh. Mabillon & Michael Germain, in* Itinere ſuo Italico Literario, *pag. 73,) perfectius ſanè multo Opus noſtrum evaſiſſet, quippe quod illius ſpoliis & theſauris locupletatum & onuſtum eſſet. Sed donec illarum Inſcriptionum copiam nobis faciet iſte vir clariſſimus, hiſce ut contentus acquieſcas velim, Lector erudite. Unum præterea tantùm volo, Monumenta, ſcilicet, pag. 348,3. 351,3. 408,1. (cujus Literæ non ſatis accuratè exprimuntur) & 444,2. majorem vetuſtatis ſpeciem præ ſe ferre, quam reipſa habent: Non enim hàc in re clariſſimi Dodwelli noſtri partes poſſumus deſerere, quicquid è contra opponat idem ſuprà laudatus Joh. Mabillon, in* Itinere Italico, *pag. 138. quas enim rationes ibi affert, ſententiam de Paucitate Martyrum, (quam in Diſſertatione, quæ inter Cyprianicas*



Digitized by Google

*aniças aurea prælucet, undecima firmam & ratam dedit Dodwellus) ut mutem, nunquam efficient. Cum meliora proferet Monachus doctiſſimus, apertas aures, mentem facilem, & fidem argumentis dignam inveniet.*

---

MONUMENTA

---

Digitized by Google

# MONUMENTA CHRISTIANA.

I. *Romæ, in Cœmeterio S. Agnetis Via Nomentana.*

. . . . . Et Abundantius Acol. Reg. Quarte. T T. Veſtinæ. qui vixit ann. XXX.
Dep. in P.D. nat. Sci. Marci. menſe Octobr. ind. XII.

NOT. *Abundantius Acolythus Regionis quartæ Titulo Veſtinæ, qui vixit ann.* 30 *depoſitus in pace, die natali S. Marci, indictione* 12. S. Marcus Pont. Rom obiit Octob. 7. A. D. 336. Abundantius A. D. 414. Sub Honorio Imp. Romulus in tres partes Urbem diviſit, Serv. Tullius in quatuor Regiones: Auguſtus in quatuordecim: quas in ſeptem redegerunt Pontifices Romani, nominibus mutatis. Sed cave, ne cum Baronio ejuſque aſſeclis, ex auctoritate libri Pontificalis S. Clementem, hanc Regionum diſtributionem feciſſe exiſtimes; nam rationibus pluſquam veriſimilibus, probavit Epiſcopus Ceſtrienſis noſter, in Diſſert. prim. Fabianum P. qui ſub imperio Maximini poſt relegationem Pontiani, & mortem Anteri, Prædeceſſorum ſuorum ordinatus eſt, ſtatim poſt perſecutionem eam, quæ breviſſima fuit, pacatiſſimo tempore, Regiones diviſiſſe Diaconis, & Subdiaconos inſtituiſſe, & multas fabricas per cœmeteria fieri juſſiſſe, & ſimul inſtituiſſe, ut geſta Martyrum colligerentur circa A. D. 236. Veſtina erat nobiliſſima Matrona, de qua nomen acceperunt Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, & Acolythi; hujus ordinis officium erat, in ſacris miniſtrare, parare mappas, altaria, lumina, aliaque neceſſaria; cereos portare, calices, ſubdiaconis præparare. Tria Acolythorum erant genera in Rom. Eccleſ. *Palatini*, qui Pontifici in Palatio inſerviebant. *Stationarii*, qui eidem adſtabant in Eccleſiis, in quibus Stationes de more habebantur; & *Regionarii* qui in titularibus Regionibus ſuis, in ſacris obeundi, muniis, Diaconis adminiſtrabant.

I. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ, Cœmeterio S. Cyriacæ.*

Acutius qui bixit annos XXX.

2. *Aquis Sextiis:*

Hic. in. pace. quieſcet. Adjutor. qui. poſt. acceptam. pœnitentiam. migravit. ad Dnm̄. ann. LXV. mens. VII. D. XV. depoſitum. S. D. VIIII. kal. Januar.
Anaſtaſio. V. C. Conſule.

NOT. Ergo Anaſtaſius erat Coſ. antequam imperium adeptus eſt, quod erat. A. D. 492. De quo tamen tacent Hiſtorici, & Faſti Conſulares. Reyneſius Olybrio Collegam tribuit. A. D. 491. *Poſt acceptam pœnitentiam*, i. e. poſt abſolutionem & pacem illi redditam; quod factum erat, per manûs impoſitionem, in pœnitentes, ita enim S. Cyprianus Ep. l. 3. ep. 17. *Si incommodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint* [Lapſi quidam qui libellos à Martyribus acceperant] *non expectent præſentiam noſtram* (Epiſcopi ſcilicet, illis enim ſolis præſentibus hoc licitum erat) *quin apud Presbyterum quemcunque, vel ſi exitus urgere cœperit, apud Diaconum quoque, Exomologeſin facere poſſint, ut manu eis in pœnitentiam impoſita, cum pace veniant ad Dominum.* S. D. pro ſub Die.

3. *Civitate Portuenſi.*

Æliæ. Sabinæ. Nevia. Fortunata. Filiæ. dulciſſime in pace.

4. *Veronæ.*

Agapio. qui. in. Pontificatu. tertius. ſucceſſit. Sacrum.

5. *Romæ, Cœm. S. Cyriacæ.*

Locus. Agricoles.

6. *Cippus in Agro Hiſpalenſi.*

Alexandria. clariſſima. Femina. vixit. annos. plus. minus. XXV. Receſſit. in. pace. decimo. Kal. Januarias. Era. DIII. [*i. e. A. D.* 465.]
Probus. Filius. vixit. aunos. II. men. unum.



Digitized by Google

1. *Via Oſtienſi in Baſilica S. Pauli.*

. . . . . . . . . grata Maria
. . . . . corda tuorum
. . . . . que relinquens
. . . . . randa fidelis
. . . . . mque maritus
. . . . mors tibi ſuſtulit ullum
Depoſ. VIII. Kal. Octobr. Adelfio. V. C. Conſule.

☧ Sedis Apoſtolicæ Levites ſummus in iſta
Mente petens XPM membra, recondit humo
Inſignis meritis claruſque per omnia miles
Enituit tanti dignus honore loci
A Deo ſic Datus altaris fuit ille Miniſter
Nomen ut æquaret vita decora Viri
Depoſ. VII. idus. Maias Leone Juniore Aug. primum Conſ.

NOT. Bina hæc ſunt Epitaphia, duorum in eodem loco tumulatorum. Adelfius erat Coſ. A. D. 451. Leo Jun. Coſſ. erat. A. D. 474. quo etiam obiit. Alii juvenem faciunt 17. annorum. Alii bimulum aut trimulum. Nomen huic Diacono vel Levitæ erat Adeodatus.

*Cœm. S. Agn.*

Abentius et Marcia Abentiæ Filiæ cariſſimæ in pace. quæ vixit. ann. V. M. VII. D. XVIII.

3. *Lugduni.*

✝ Epitaphium hunc quīntuis Lector bone recordationis Agapi Neguciatoris membra quieſcunt. Nam fuit iſte Stacio miſeris et portus eginis. Omnebs arts fuit præcipue loca Sctorum adſedue et elemoſinam ſtuduit. Vixit in pace anns LXXXV. ob VIII. kal. Aprilis. LXI. P. C. Juſtini indict. quarta.

NOT. *Quintuis*, quem intueris.

1. *Romæ*,

1. *Romæ, Regione trans Tiberina.*

Ενθαδε κειται Αλεξανδρος. Ιατρος. Χριστιανος. και πνευματικος.

NOT. Pneumaticus, eſt Presbyter Auricularius, Confeſſor, & hic noſter, rem, ut videtur, medicam exercebat: Sed hæc tantùm conjectanea ſunt.

2. *Rom. Cœm. S. Cyriacæ.*

Alexandria Ilaro Cojugi benemerenti. in pace. qui vixit annis LV.

3. *In Eccleſia Bituric. S. Stephani.*

Anaſtaſius Paulus. Probus. Sabinian. Pompeius. Anaſtaſius. Vir. Jul. Com. Domeſtico. Equit. et. Conſ. Ordin:

NOT. Titulus hujus Inſcript. eſt in Reyneſio, [*In Eccleſia Bituric. S. Stephani extant Diptycha Anaſtaſii Coſ. qui poſt Imperator, ſic inſcripta.*] Et ex hoc titulo & ſequenti inſcriptione, Conſulatum Anaſtaſii adhuc privati, & Comitivam Equitum Domeſticorum probat; ſed non video quomodo.

4. *Romæ, in Eccleſ. S. Pauli via Oſt.*

Anaſtaſio. benemerenti. in. pace. viro. honeſto. qui. vixit. annis. P. M. LX. requievit die nonas Octobres Conſ. Dn. Theodoſi. Aug. XVI. et. Fauſti. V. C.

NOT. A. D. 438. p. m. pro plus minus.

5. *Romæ, in Cœm. Pontiani, via Port.*

Ab Urſu Pileatu Portu Anaſtaſius Innocentius.

NOT. Locus (ita dictus à ſigno quodam quod ibi habebatur) in quo Anaſtaſ. & Innoc. ſepulti.

6. *Rom. Cœm. S. Cyriacæ.*

Annella. quæ. vix. ann. IIII. M X D G. dep. XII. Kal. Dec.

NOT. G pro C, & C pro V, crebro occurrit, & hic D G ſignificat Dies quinque.

1. *Rom. Cœm. S. Cyriacæ.*

In pace. Anaſtaſa. qui. vixit. ann. Sevth. Gallica. V. C. Conſ.

NOT. Conſul hic laudatus eſt Eutharicus Cillica, Gothus, Amalaſuentæ Conjux Pater Athalarici Gener Dieterici Regis Italiæ Coſ. cum Juſtino A. D. 519. non 369. Sicut Onuphrius, nec 317. vel 330. ſicut Aringhius, exponens de Gallicano hanc Inſcriptionem.

2. *Mediolani.*

A ☧ Ω

In. ſomnum. pacis. Femina. Apronia. nata ❧ IIII. annorum. quæ. nihil. frunita.

NOT. Id eſt, XXXIIII. frunio, digero, perficio: fruniſcor, fruiſcor, fruor, idem: frunitus, prudens: infrunitus, inſipiens.

3. *Romæ, in æde S. Petri ad vincula.*

Hic poſitus eſt Antiochos Candidatus Primiceriorum.

NOT. Cand. Prim. qui in ſacro Scrinio militans Notariis Principis, & horum Primiceriis gradu locoque proximus eſt, eoque ordine militiæ decurſo ad Primiceriatus ſummitatem pervenit. Caſſiod. lib. 6. ep. 16.

4. *Ibid. in Cœmet.*

Aſella quæ vixit annis XLIII. et M. IV. et. Dies. V. et, defuncta eſt. Decimu. Kal. Auguſtas.

5. *Ibid. in Cœmet. S. Agnetis, via Noment.*

Locus Aſterii et Piperoſæ.

NOT. Reyneſius legit Triperoſæ.

1. *Mediolani.*

Digitized by Google

1. *Mediolani, inciſum lapide juxta imaginem S. Anathol.*

D. Anatholoni. Attico. ſecundo. Epo.
Petri. Hoſpes. Sanćteq. Anatholon. Domne. probate
Atque. idem. Socius. Barnabæ. Apoſtolici
Qui. Mediolani. verbi. myſteria. tradens
Tè. jubet. agnatos. viſere. Cenomanos
Dum. tua. membra. metu. regidis. ſubducta: Tyrannis
Brixia. vicino. detinet. in. Loculo
Hic titulum. et. picto. venerandos. pariete. vultus
Miroclis. reddit. Præſtitis. alma. fides.

Mirocles Epiſcopus.

NOT. *Domnus* pro *Dominus*, Francorum Regibus proprie olim tribuebatur. Cùm autem vocabulum hoc, Papas innuere, dicunt *Authores Romæ ſubterraneæ*. certe falſi ſunt, niſi Papas eodem, quo veteres, ſenſu accipiunt, pro Epiſcopis. Nam & *Papæ* & *Domni*, non ſolum Romani, ſed & alii Epiſcopi paſſim audiebant. Mirocles quartus ab Anathalone, Mediolani Epiſcopus, depoſitus eſt, A. D. 303. ante S. Ambroſium 84, ſecundum Indicem Epiſc. Mediol. Mabillonio editum, pag. 110.

2. *Romæ.*

Salvis. Auguſtis. Felix. Leonides. Auli. Egnatii.
Aulus Palateina Egnatius Priſcilianus
Arte ſuper gemina nobilis et Sophia
Dum vixi didici quæ mors quæ vita homini eſſet
Æterna unde animæ gaudia percipio

3. *Romæ.*

D. M.

Aurelio. Balbo. vita. integerrimo. moribusq. ornato. qui. ſe. quietioris. perfectiorisq. vitæ. deſiderio. ex. negotiis. civilibus. in. quibus. fuerat. cum. laude. verſatus. Jovis. Op. Ma. Beneficio. ducto. hic. in. ſpe. Reſurrectionis. quieſcenti, Locus. publice. datus. eſt.

4. *Rom. in Cœm. S. Cyriacæ.*

Atilie Januarie innnocentiſſime puelle que vixit annis XXI

1. *Mediolani;*

Digitized by Google

1. *Mediolani.*

Atilius. A. F. Creſcens. V. P. ex. Tabulario. Palati. qui. vixit. in. hoc. ſeculo. annos. XXVII. men.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

NOT. Tabularii, qui tabulas publicas civitatum, & rei vectigalis rationes tractant. Item Servi per tabulas ſeu inſtrumenta chartarum manumiſſi. Item Tributarii Eccleſiarum, qui cenſum Eccleſiis debebant, & in Eccleſia manumiſſi, ſed ſub onere alicujus Servitii, & qui ſine Liberis decedentes, nullum alium niſi Eccleſiam hæredem relinquebant.

2. *Lenis, Brixiano Agro.*

B. M.

Attiæ. Innocentiæ. ſummæ. caſtitatis. ac. Sapientiæ. Feminæ. quæ. vixit. an. p. m. XLIII. M. VIII. D. IIII. Jul. Auguſtinus. Subdiac. Conjugi. dulciſſimæ. convixit. ann. VII. M. III. D. XX.

Contra. votum. b. m. m. p.

3. *Brixiæ.*

Attio. Proculo. Lectori. Filio. dulciſſimo. qui. vixit. ann. XVIII. M. VIII. D. VII.

Fabia. ſecunda. contra. vot. menſam. poſuit.

NOT. Chriſtiani, pro more gentilium, epulas ad Sepulchra mortuorum parabant. *Menſam* ergo *ponere*, eſt *convivium parare*. Talis autem menſa *ſigma* vocabatur, à formâ illius Literæ. Hunc morem aliquando Patres corripiebant acriter, aliquando probabant.

4. *Aquileiæ.*

Aureliæ. animæ. dulc. quæ. vixit. in. pace. ann. IIII. M. V. D. XXIIII.

Aurelius. et. Prima. Parentes. Filiæ. Dulciſſ. fecerunt.

I.

Digitized by Google

1. *

Aureliæ. Peregrinæ. Filiæ. Aurelia. Leontis. Fil. adoptatæ. fecit. quæ. vix. annis. XLI. et. dies. XX. depoſita. eſt. VIII. kal. Novembris. in. pace.

2.

Aurelius. Munnus. qui. vix. an. II. Dep. IIII. Kal. Jul. die Merc.

3. *Mediolani.*

D. M.

Aurelius. Maheſtinus. Marinus. qui. vixit. in. ſæculo. an. XL. M. VI. D. XIV. Valeria. Maximina. Conjugi. dulciſſimo. contra. votum. poſuit.

4. *Romæ.*

Aur. Profectus. benemerens. in. pace. qui. vixit. ann. p. m. LV. Depoſitus. pridie. Kal. Decemb. Monaxio. et. Plentae. VV. CC. Conſ.

NOT. Lege Plinta. A. D. 419.

5. *Venetiis.*

Aur. Saturninus. Diac. ſibi. et. Aura. Veneriæ. dulciſſimæ. Conj. de. proprio. ſibi. fecerunt. rogo. et. peto. omnem. Clerum. et. cuncta. fraternitatem. ut. nullus. de. genere. vel. aliquis. in. hac. ſepultura. ponatur.

6. *Romæ, Cœm. S. Agnet.*

Aur. Æmilio. qui. bixit. ann. LXIIII. Sabinus. Cognato B. M. in. pace.

7. *Romæ, Cœm. Calliſti.*

Acathym. Filio. Reſt.

NOT. Romæ erutum Jun. 24. A. D. 1639. Reyneſ. legit Agathemeris Reſtituto.

*Romæ,*

Digitized by Google

1. *Romæ, in Baſilica S. Hagnes, olim deſcriptum tenet codex S. Mariæ Virdunenſis.*

Hoc Auguſte quidem tumulo tua membra teguntur
Sed nunquam meritum parvula claudit humus.
Corpus habet tellus animam cœleſtia regna
Sic ſedes proprias ſingula rite tenent.
Devotus Domino vixiſti corde fideli
Presbyteri officium ſub pietate gerens.
Largus pauperibus Dives tibi carus amicis
Divinæ Legis juſſa veneranda colens.
Es felix laudum tanto cumulatus honore
Perpetuis merito jam fruiture bonis.

2. *Fragmentum in Vatic.*

. . . i . . Ce VC. Cons. SD. III. id. Octb. De. in. pace. Albina. C. F.

NOT. Flavius Felix Coſ. cum Tauro A.D. 428. alius cum Secundino. A.D. 511. SD. Sub Die. C.F. Caſtiſſima vel Clariſſima Femina.

3. *In Cœmet. Calliſti.*

Alexander mortvs non eſt ſed vivit ſuper aſtra et corpus in hoc tumulo quieſcit vitam explevit cum Antonino Imp. qui ubi multum beneſitii antevenire previderet pro gratia odium reddit. Genua enim flectens vero Deo ſacrificaturus ad ſupplicia ducitur. O tempora infauſta quibus inter ſacra et vota ne in cavernis quidem ſalvari poſſumus quid miſerius vita ſed quid miſerius in morte cum ab amicis et Parentibus ſepeliri nequeant tandem in cœlo coruſcat parum vixit qui vixit IV. X. Tem.

Hæc Inſcriptio Rhetorem quendam quarti quintive ſæculi, potius ſapit, quam Antonini tempora, & primævam Chriſtianorum ſimplicitatem, ut ait Reyneſius, cui ex tota mente non aſſentire non poſſum.

4. *Cœm. D. Agnet.*

Ælius Hermogenes benemerenti.

1. *Cœm.*

Digitized by Google

1. *Cœm. D. Agnet.*

Æmilius et Timotea fecerunt Filio dulciſſimo. qui. vixit ann. IIII. menſibus. X. diebus XXIII. reddedit. XII. Kale. Nobenbris. in pace.

NOT. Aringhius legit Timolea.

2. *Cœm. Priſcillæ:*

Agape Cojugi benemerenti in pace.

3. *Cœm. V. Nomentana.*

Amatio. benemerenti in pace.

4. *Cœm. Priſcillæ.*

Τοπος αναπαυσεως Αμμονιου και Ευτυχειου θρεπτου

5. *Romæ, in Cœm. via Latina.*

Ego Aurelius Fortunatus Filio dulciſſimo Cerdoni qui vixit annis dece dies biginti et duo VIII. idus Junias in Pace.

6. *Ibid. S. Cyriacæ.*

Conjugi benemerenti Victorine Aur. Hermogenes ex E-vocato que. vix. mecum. ann. XI. et MS. III. et dies XV.

7. *Ibid.*

Aur. Hermogenes ex Evocato qui vixit annis. p. m. L. Aur. Propinquus. et. Val. Cajanus. et Val. Diogenes. Con-tub. merenti. fecer.

NOT. Quid ſit Evocatus alibi dixi.

8. *Rom. Cœm. S. Agn.*

Aurel. Salſulo. bene. in pace. fecer. dep. IIII. idus. jun.

1. *Rom.*

Digitized by Google

1. *Rom. Cœm. S. Agn.*

Mire induſtriæ adque bonitatis cert.. . . . innocentia prædītus. Fl. Aur. Leoni. Neofito. qui. vixit ann. VI. menſes VIII. Dies XI. . . . requev. VI. non. Jul. Filippo. et Sallia. Conſ. Conſſ. Leop. . . . . iſſim.

NOT. A.D. 348. Lege verſu ultimo, *Leo Pater Pientiſſim.* vel *mæſtiſſimus*.

2. *Ibid.*

Aurelia. Conſtantia. depoſita VIII. id. Sept. in. . . . .

3. *Mediolani.*

M. M.

Aureliæ. Pum. Vitaliæ. Matri. Piiſſimæ. quæ. vixit. annis. XX. Julianæ. Conjugi. ſanctiſſimæ. quæ. vixit. ann. XX. et. Dominæ ſorori. quæ. vixit. annis II.
Aurelius. Euſebius. contra. votum. fidel. pauſant.

NOT. Forte. *Fidelibus pauſantibus.* i. e. quieſcentibus.

4. *Rom. Cæm. S. Agn.*

Αυρηλια θρεπτη Αυρηλιω Ηλιοδωρω Συμβιω γλυκυτατω.

5. *Ibid.*

Aur. Alexandria.

6. *Ibid.*

Aur. Maximus. Priſciano. Alumno. bnm. qui. vixit. ann. XIII. M. II.
. . . . . . . . . . lia
. . . . . . . . . . VII.

7. *E Cæmet. Via Salaria vetere.*

A M I A N O C.

1. *Rom.*

### 1. *Rom. Cœm. S. Agn.*

Per omnia lautus inter amicos Aurelius. Teodolus. qui vixit annis XXX. Diebus. XX. hora VII. Defunctus IIII. nonas. Aug. Quint. Frat. et. Celſilla, Conjux.

NOT. Obſervabit Lector, multa Epitaphia pro Chriſtianis haberi, non quod Chriſtianum aliquod ſpirant, ſed quod in Chriſtianorum Cœmeteriis cum reliquis aliis reperiantur.

### 2. *Cœmet. Prætextati.*

Antonius. Septiminus. qui. vixit annos XIII. menſ. III. D. X. G. D. G. III. D V. nob.

NOT. Neſcio quid ſibi vellent hæc poſtrema, niſi cum Reyneſio legam. D. XV. Depoſitus VII. IDV. Nobembr. G enim pro C. & C. pro V aliquando ponitur.

### 3. *E Cœmet. D. Agnet. via Noment. in interiore parte lapidis quo ſepulchrum concluditur, iſta leguntur.*

Aurelia. Augurina. hic. eſt.

[ *Exterius autem in lapide Sepulchrali.* ]

Sic. premia ſervas Veſpaſiane dire civitas ubi glorie tue autori premiatus es morte Gaudenti letare promiſit iſte dat Kriſtus omnia tibi qui alium paravit theatrū in celo.

NOT. Aringhius hæc refert ad Domitianum, qui Gaudentio Architecto theatri ædificandi curam commiſerat, eique pro opera civitatem ſe ei dono daturum promiſerat: hunc autem re perfectâ, cum velut Chriſtianus delatus eſſet ad Principem, Martyrium pro mercede ſortitum eſſe. Reyneſius mavult legendum *Baſiane Dire*, de Caracalla ſcilicet ſextæ perſecutionis authore. Et pro *Civitas*, *Civilitas*. Hoc ſenſu, ubi civilitas, i. e. fides & equitas, illa præſtandi quæ pollicitus eras? Ego quidem nec unum nec alterum ſenſum video, quod ſalvis aliorum oculis dico.

### 4. *Ibid.*

Aur. Clementia: L. Pontio. Eugenio. Filio. in pace.

1. Cœm.

1. *Cœm. Priſcillæ.*

Aurelius Verus Aureliæ Lucinæ Conjugi.

2. *Cœmet. Calliſti.*

In pace Ammonius Victor qui vixit annis XVIII. men.V. Defunctus eſt. XIII. Kal. Octob.

3. *Ibid.*

Anaſtaſius. qui bixit annos tres.

4. *E Cœm. via Noment:*

Αντωνι. συνβιω. γλυκυτατη. κε. τεκνω. Μητηρ. εξησεν. μετα. Αλυπιου. Ανδρος. εαυτης. ετη. εικοσι κε επτα. βιον. αλλαττι. φιλια. Βαρη. Βαλερι. επισκοπου.

5. *Cœm. v. Latina.*

Aptoni in pace.

6. *Cœm. v. Noment.*

Aquiliae Priſce in pace.

7. *Cœm. v. Salaria.*

Aſellus qui vixit ann. LV. benemerenti in pace Uxor ſa fecit.

8. *Cœm. D. Agn.*

| | | |
|---|---|---|
| F | Aurelia. Florentia. | I |
| L | quæ. vixit | N |
| O | Annis XXXVIII. dies. XXV. | P |
| R | fecit | A |
| E | Cum. Dionyſio. annos | C |
| N | XVIIII. | E |
| T | Menſes. VII. dies. XIII. | |
| I | D. idib. Aug. | |
| AE. | | |

1. Cœm.

Digitized by Google

*Cæm. v. Salaria.*

. . . . . . . . . . . . . S. Aur. Ire
. . . . . . . . . . . . . ixit an. XX.
. . . . . . . . . . . . . Placido. et. Conſs.

NOT. Cum Romulo A. D. 342.

2. *In Pago Cemitino prope Nolam.*

D. P. S. Sanc. M. D. M. N. Aureliani. Epiſc. in. pace. . . . plus M. LXXX. ſedit. ann. XXXVII. DP. eſt. Octab. K.

NOT. *Depoſitio ſanctæ memoriæ Domini Aureliani*, quem inter Martyres numerat Eccleſia Nolana.

3. *In Cæm: via Latina.*

Viſius Sabinus Aureliæ Diſcoliæ Conjugi Dulciſſimæ. quæ. vi a II. ann. XXXI. et. menſes XI. dies XX. quæ fecit cum Compare ſuo annis XIII. D. X. Kal. Aug. in Pa.

NOT. Lege quæ vixit.

4. *Cæm. via Noment.*

VIII. idus Aug. ☧ defunctus eſt Antiochiaus. in pace. qui vixit annis Plus Minus C.

NOT. Vel centum annos, vel quinque.

5. *Ibid.*

X. Αρτουεραε. in Παχε.
Idus Junias.

6. *Ibid.*

B. M.
Aurelius. Felix. fecit. Aurelie. Sabatie. que. vixit. ann. II. M. VIIII. DD. XVI. Dp. nonis. Nobenbres.



Digitized by Google

1. *Cœm. via Noment.*

Aur. Dalmatius. Pater benemerenti fecit.

2. *Cœmet. Calliſti.*

Auſanon qui vixit menſes III. non. Oct.

3. *Cœm. de Agn.*

Auſter Nigroſe Cojugi in pace.

NOT. Reyneſ. leg. Niceroſæ.

4. *Rom. Cœm. via Salaria.*

Roris dulci
Jedbre binos a Auxentia tibi quidq. nimum ſatis dulcis et ama ſerenus flens deprecor ipſe et Beata Baſilla ut vobis prom. Juſto Con.

NOT. A. D. 328.

5. *Cœm. Priſcillæ.*

Aur. Tigris. C. F. Aur. Feliciano. V. P. marito incombarabili cum C. vixi annis XXI. ſine ulla diſcordia Benemerenti cum dolore meo iſsculpi juſſi.

NOT. C. Cuó. pro quo. *Inſculpi*, verſu ultimo.

6. *Apud Vaprium vicum agro Mediolan.*

Hic requieſcet
In pace B. M. Ariukl. V. H.
Qui vixit in ſæcul^r^. ann^s^. plus minus. V. depoſ. ſub die. XVIII. KL^s^. Hoctub^s^. ind. VIII. KEEL^s^.

NOT. Hanc Inſcr. D. Mabillon, ab Ill. Comite Mediobarba Mediolanenſi excepit, & illi interpretandam relinquit.

1. *Mediolani.*

Digitized by Google

1. *Mediolani.*

Atilius. A. F. Creſcens. V. P.
Ex. Tabulario Palati
qui vixit in hoc ſeculo
annos XXVII. menſ.]

2. *

Antiſtes XPI DNI devotus Achilles
Culmina magna pii ſtruxit honore Petri.
Nemo putet vacuam venerandi nominis aulam
Siſtere, quod non ſit corporis iſta domus.
Magna quidem ſervat venerabile Roma ſepulcrum,
In quo pro XPI nomine paſſus obit.
Sed non et meritum monumenta includere poſſunt,
Nec quæ corpus habent, ſaxa tenent animam.
Victor enim mundi ſuperata morte triumphans
Sps, ad ſummum pergit in aſtra Deum:
Cumque ſit in XPO vita durante repoſtus,
Ad XPM totus Martyr ubique venit.
Ille ſuos ſanctos cunctis credentibus offert,
Per quos ſupplicibus præſtat opem famulis.

NOT. Dolendum eſt, quòd ignoretur quibus in locis hæc & alia monumenta veterum ſteterunt, vel inſcripta fuerunt, multam enim lucem hiſce rebus fert, vel loci, vel temporis cognitio. Neſcitur quiſnam fuerit Achilles noſter, cui debetur hæc, & (ut credo) proximè ſequentes Inſcriptiones.

3. *

Qui Romam, Romaque, venis, hinc aſpice Montem,
Eque Petri ſede poſce viator opem.
Quæ meritis quæ ſancta fide diſtat ab illa
Crux illic Regnum hic quoque vincla Petri.
Omnia magnanimus Paſtor conſtruxit Achillis
Sollicitas Populi huc adhibete preces.



Digitized by Google

1. *In Vaticano.*

Hic Pater Eccleſiæ Romæ decus, inclitus auctor,
Hadrianus requiem Papa beatus habet.
Vir, cui vita Deus, pietas lex, gloria Chriſtus,
Paſtor Apoſtolicus, promptus ad omne bonum.
Nobilis, ex magna genitus nam gente parentum,
Sed ſacris longè nobilior meritis.
Exornare ſtudens devoto pectore paſtor
Semper ubique ſuo templa ſacrata Deo.
Eccleſias donis, populos et dogmate ſancto
Imbuit, et cunctis pandit ad aſtra viam,
Pauperibus largus, nulli pietate ſecundus,
Et pro plebe ſacris pervigil in precibus.
Doctrinis, opibus, muris, erexerat arces
Urbs, caput Orbis, honor, inclita Roma, tuas.

NOT. Adriani PP. I. Sepulcrum, cui exornando, Ipſe *Carolus Magnus* Imperator tanquam Patri filius inſigne compoſuit Epitaphium, ut refert Card. Illuſt. Baron. quod tamen in temporibus *Eugenii* Tertii [intra annos 1145, & 1153.] non amplius legebatur, qualecunque ſit habeto Lector.

Mors cui nil nocuit, Chriſti quæ morte perempta eſt,
Janua ſed vitæ mox melioris erat;
Poſt Patrem lacrymans Carolus hæc carmina ſcripſit,
Tu mihi dulcis amor, te modo plango, Pater.
Tu memor eſto mei, ſequitur te mens mea ſemper,
Cum Chriſto teneat regna beata poli.
Te clerus, populus, magno dilexit amore,
Omnibus unus amor, Optime Præſul, eras.
Nomina jungo ſimul titulis, clariſſime, noſtra,
Hadrianus, Carolus, Rex ego, Tuque Pater.
Quiſque legas verſus devoto pectore ſupplex,
Amborum mitis, dic, miſerere Deus.
Hæc tua nunc teneat requies cariſſime membra,
Cum ſanctis anima gaudeat alma Dei.
Ultima quippe tuas donec tuba clamet in aures,
Principe cum Petro ſurge videre Deum.

Auditurus

Digitized by Google

Auditurus eris vocem, ſcio, Judicis almam,
Intra nunc Domini gaudia magna tui.
Tum memor eſto tui nati, Pater optime, poſco,
Cum Patre, dic, Natus pergat et iſte meus.
O, pete regna, Pater felix, cœleſtia Chriſti,
Inde tuum precibus auxiliare gregem.
Dum Sol ignicomo rutilus ſplendeſcit ab axe
Laus tua, ſancte Pater, ſemper in orbe manet.

Sedit beatæ memoriæ Hadrianus Papa annos XXIII. menſes X. dies XVII. obiit VII. Kal. Jan.

**NOT.** Obiit Adrianus P P. A. D. 795. Carolus, 814.

1. *In Altare Eccleſ. S. Petri.*

Cœlorum Dominus, qui cum Patre condidit orbem,
Diſponit Terras Virgine natus Homo.
Utque Sacerdotum Regumque eſt ſtirpe creatus,
Providus huic mundo curat utrumque geri.
Tradit oves fidei Petro Paſtore regendas,
Quas vice Hadriano crederet ille ſuo.
Quin et Romanum largitur in urbe fideli
Pontificatum famuli qui placuere ſibi
Quod Carolus mira præcellentiſſimus Rex
Suſcipiet dextra glorificante Petri
Pro cujus vita triumphique hæc munera regno
Obtulit Antiſtes congrua rite ſibi.

**NOT.** Adrianum I. & Carolum Magnum beneficia in Romam quamplurima conferentem, intellige. Intra annos 772, & 795. Et ex conjecturis non vanis Danielis Papebrochii [Jeſuitæ ſatis candidi, & rei Chronologicæ peritiſſimi, quem in hiſce rebus Ducem pene ſemper ſum ſecutus] anno 774. cum prima vice Romam venit iſte Imperator. Quin & ſubſtituit Pater idem doctiſſimus, V. 8. *Imperium Famulis.* V. 9. *Præcellentiſſimus hic Rex.* V. 10. *Regia* pro *Regno. Triumphiſque.* Munera enim erant Caroli, non Adriani, ut videtur ex alia inſcriptione, quam vide ſis in *Hildegarda.*



Digitized by Google

1. *

Amplificam ſequitur vitam dum caſta Afrodite
Fecit ad aſtra vitam, XPI modo gaudet in aula.
Reſtitit hæc mundo ſemper cœleſtia quærens,
Obtima Servatrix Legis, Fideique Magiſtra.
Edidit egregiam ſanctis per ſæcula mentem;
Inde per eximios Paradiſi regnat odores,
Tempore continuo vernant ubi gramina rivis.

NOT. Quid ſit *amplificam ſequi vitam*, niſi vitam vivere diuturnam & longam ſit, planè neſcio. Lege V. 2. *viam*, non *vitam*.

2. *In Eccleſ. B. Petri, Romæ.*

Pontificalis apex virtutum pondere fultus,
Ut jubar irradiat, perſonat ut tonitrus.
Quæ modo hoc peragit doctrinae fomes et actor,
Format enim geſtis, quos docet eloquiis.
Dum ſimul aequiparet virtus et culmen honorem,
Officium decorat moribus, arte gerit.
Praeditus his meritis Antiſtes ſummus Agatho
Sedis Apoſtolicae faedera firma tenet.
En pietas, en priſca fides, inſignia Patrum
Intemerata manent niſibus alme tuis.
Quis vero dinumeret morum documenta tuorum,
Formula virtutum dum tua vita foret?

NOT. Leg. Papebr. V. 3. Quæ *mox*. h. p. d. f. & *auctor*. V. 4. *quæ* pro *quos*. V. 5. *Honoris*. Ob. Agatho. 681.

3. *In Baſilica Vaticana.*

Hunc tumulum conſpicite cuncti Ambroſii Primicerii Notariorum
Eccleſiæ ſanctæ, jam funus eſt, hoc tumulatus ſolo;
Benignus ſemper exiſtens, in moribus aptus,
In creditam ſibi rem fideliſſimus diſpenſator,
5. Ex hac urbe proceſſit ſuum ſecutus Paſtorem,

Roma

Digitized by Google

Roma ſalvandam utriſque petebant, Regno tendentes Francorum.
Sancta perveniens loca B. Mauricii aulæ, ſecus fluvii Rhodani
Litus, ubi vita noviliter doctus finivit, menſ. decem Indict. VII.
Soboles audiunt, intrinſecus gemunt de tali tantoque Doctore
Privati, ſimulque ſodales de tali funere lugent,
Rivulos lacrymarum fundunt, cum caterva ſeſquipedum,
Pietatem noſcentes tanti Magiſtri,
Conſpicientes tumulum domeſtici domus ſæpius
Suſpirant, facta bona tanti viri noſcentes.
O beata mors disjunxit qui nullum reſervat
Honore cui longa expectabat via detenuit in hora
Poſt ſex curricula annis remotus de exilio
Ad propria corpus redivit hnmandum
Quem ſui amatores filii cum magno reduxerunt honore,
Priſtinæque patriæ reddiderunt.
En placuiſti Deo Ambroſie alme, ut in gremio ſanctæ
Eccleſiæ matris reverſus, affavilis eſſes.
Janitori cœli commendo tua membra jam redacta favillis,
Quæ reſurrectura in fine mundi te credo.
Hic requieſcit in Pace Ambroſius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Primicerius, qui vixit annis plus minus ſexaginta. Depoſitus eſt menſe Septembris Indictione tertia decima tempore ter beatiſſimi Domini Pauli Papæ.

NOT. Verſ. 1. *Primicerii*, primi, ſeu primarii. V. 5. *Ex hac urbe*, ſcil. Roma. *Paſtorem*, i. e. Stephanum II. anno 754. V. 6. Lege *Romam ſalvandam uterque* [ i. e. & Papa Steph. & Ambroſius noſter, Romæ ſalutem petentes, contra pericula illi ab Aſtulpho Lombardorum Rege intentata ] *Francorum*. Pipini Regis. V. 7. *Mauricii aulæ*, S. Mauritii Monaſterii. V. 8. Lege, *Littus*, *ubi vitam*, *non viliter doctus*, *finivit*. In laudibus enim Ambroſii dictum puto, quod *non mediocriter* eſſet doctus. V. eod. *Indict*. VII. Mirum eſt, vel *Boſium*, vel *Aringhium*, hic adnotaſſe Ambroſium diem ſuum obiiſſe A. D. 758. cum & Stephanus ( ſive ſecundum, ſive tertium, cum Baronio, & Mezereio in errorem à Cardinali inducto, numeres ) diem

ſuum obiit 757. Et *Indictio ſeptima* manifeſtò indicat annum 754. Et characteres poſt verſum 8. poſiti id demonſtrant, ſcil. *Tempore Domini Stephani Papæ* Ambroſium vitam finiviſſe. V. 9. *Soboles*, Scholares, quos ad doctrinam genuit. V. 11. *Seſquipedum.* Puerulorum; pedem nempe cum dimidio altorum. V. 13. *Domeſtici domûs.* Servi Familiæ Domeſtici. Ver. 15, & 16. Non bene intelligo, nec tanti eſt, ut ſenſum conjecturis perſequar. V. 17. Lego, *poſt ſex curricula ann.* [ i. e. annorum ] *is remotus de exilio*, i. e. poſt ſex annos, ſenſu *vocis* uſitatiſſimo. *Exilium* vocat illud temporis ſpatium omne, quo aberat Patriâ. V. 18. *Ad propria*, i. e. ad *Romam*. V. 22. *Affavilis eſſes*, i. e. affabilis, hoc ſenſu, in illo loco nunc es (ô Ambroſi) quo te alloqui poſſumus, & tuas interceſſiones petere. Indict. 13. i. e. A. D. 760. Sex enim anni intercedunt (quos *exilii* vocat) inter mortem Ambroſii, Indict. 7. Et Depoſitionem Indict. 13. anno Pauli P P. Primi, tertio.

## 1. *Item Ambroſii in Eccleſ. S. Nazarii.*

Condidit Ambroſius Templum, Dominoque ſacravit
  Nomine Apoſtolico, munere relliquiis.
Forma Crucis Templum eſt, Templum victoria XPI
  Sacra triumphalis ſignat imago locum.
In capite eſt templi vitæ Nazarius almæ,
  Et ſublime ſolum Martyris exuviis.
Crux ubi ſacratum caput extulit orbe reflexo,
  Hoc caput eſt Templo, Nazarioque domus,
Qui fovet aeternam victor pietate quietem,
  Crux cui palma fuit, crux etiam ſinus eſt.

NOT. Apud Chriſtianos alia ſunt *corpora*, aliæ *reliquiæ* Sanctorum; *corpora* enim ſunt integræ Sanctorum exuviæ, *Reliquiæ* ſunt corporum pars tantùm. Apud Ethnicos non ita, illis enim Reliquiæ ſunt idem quod corpus exanime.

## 2. *Item Ambroſianum.*

Uranio Satyro ſupremum Frater honorem
  Martyris ad laevam detulit Ambroſius.
Haec meriti merces, ut ſacri ſanguinis umor
  Finitimas penetrans adluat exuvias.

I. *Verſus*

Digitized by Google

1. *Verſus Ambroſii ad fontem ejuſdem Teclæ.*

Octachorum Sanctos Templum ſurrexit inuſus,
Octagonus Fons eſt munere dignus eo.
Hoc numero decuit ſacri baptiſmatis aulam
Surgere quo populis vera ſalus rediit.
Luce reſurgentis XPI. qui clauſtra reſolvit
Mortis, et è tumulis ſuſcitet exanimes.
Confeſſoſque reos maculoſo crimine ſolvens,
Fontis puriflui diluit inriguo.
Hic quicunque volunt probroſae crimina vitae
Ponere, corda lavent, pectora munda gerant.
Huc veniant alacres, quamvis tenebroſus adire
Audeat, abſcedet candidior nivibus.
Huc ſancti properent, non expers ullus aquarum
Sanctus, in his regnum eſt conſiliumque Dei,
Gloria juſtitiae, nam quid divinius iſto
Ut puncto exiguo culpa cadat populi.

NOT. V. 1. Octachorum templum eſt quod habet octo receſſus, concamerationes, ſeu diverſa loca, vel quod habet abſidem octo receſſibus inſinuatam.

2. *In Baſilica S. Petri.*

Vatis Anaſtaſii requieſcunt membra ſepulcro,
Sed nunquam meritum parvula claudat humus.
Rexit Apoſtolicam blando moderamine ſedem,
Tertius exiſtens ordine Pontificum.
Ad Chriſtum pergens, peccati vincula ſperat
Omnia clementer ſolvere poſſe ſibi.
Undique currentes hujus ad limina templi
Ut præſtet requiem, poſcite corde, Deum.

NOT. Obiit Anaſtaſ. 3. A.D. 914.

1. In

Digitized by Google

1. *In Eccl. S. Petri Romæ.*

Limina nunc ſervo, tenui qui culmine ſedis,
  Hic merui ſtumulum Præſul Anaſtaſius.
Presbytero genitus, delegi dogmata vitae,
  Militiæque Dei natus in officiis.
Pontificum caſto famulatus pectore juſſis,
  Obtinui magnum nomen Apoſtolicum.

NOT. De Anaſtaſio PP I. intellige qui obiit 401. Cœlibatus Preſbyterorum nondum coactus: & quod magis eſt, hic Vir & Uxor non expacto ( quod & ante, circa, & poſt hæc tempora, magno uſu erat, & magnæ ſanctitatis habebatur ( toro maritali ſeſe abſtinebant, Anaſtaſius enim erat *natus in officiis Dei militiæ*, i. e. dum Pater Presbyteratûs ſui officio actualiter functus erat.

2. *In Vercellis.*

Hic recubat dignus XPŌ Levita ſacratus,
Totam qui ſancto tenuit moderamine vitam,
Nomine dictus Aper, Gallorum partibus ortus.

3. *

Sors tibi ſub teneris Argentea contigit annis
  Cujus fauſta Patrum ſaecula nomen erant.
Quæ nos non aliter quam te conſumpſit amantes,
  Quorum ſenſus adhuc, quod dolet intus, amat.
Non bene penſantur lethi diſpendia luctu,
  Plus moritur vivens, qui valet eſſe miſer.
Sume igitur lacrimas, quarum ſolatia ſenſus
  Nulla tui, ſed nos quos nocuere juvant.
Frangitur explicitis triſtis fortuna querellis,
  Et reſerata minus pectora vulnus habent.
Nomen dulce matris ſolumque Argentea pignus,
  Heu mihi quam ſubito funere rapta jaces
Vernante calidum decoxit frigore flores
  Et gemma in fructu mors inimica tulit.

NOT. Nomen Argentea felicis erat ominis, ſed malè convenit nomen ſorti tuæ noſtræque.

1. *Mediolani.*

Digitized by Google

1. *Mediolani.*

Inluſtris meriti recubat hoc marmore tectus
Eccleſiæ legiſque memor, ſemperque dicatus,
Arſacius Dno reddens laudabile munus.
In fide catholica credens conſiſtere vitam,
Pauperibus donavit opes, mortalia linquens
Membra ſolo poſuit, cœli perrexit ad aſtra,
Ter denos geminans tranſcendit curſibus annos;
Aeternum lætus rediens redivivus in ævum
Præmia pro meritis capiet ſub Judice juſto.

2. *

Aſterius comis Pictorum et Syra cum ſuis
Votum ſolvere.

NOT. Lege *Comes Pictorum* ſed inter officia vel Domûs *Auguſtæ* vel *Privatæ* non invenio. Forte *Comes Piſtorum.*

3. *In Eccl. B. M. Laurentii Romæ.*

Quiſquis plena Deo myſteria mente requiris,
Huc accede, domus religioſa patet.
Haec ſunt tecta pio ſemper devota timori,
Auditumque Deus commodat hic precibus.
Ergo lethiferos propera compeſcere ſenſus,
Jam propera ſacras lætus adire fores.
Ut tranſacta queas deponere crimina vitae,
Et quicquid ſcelerum noxius error habet.
Attica Felicis magni clariſſima conjunx
Sumptibus hoc propriis aedificavit opus.

4. *Neapoli, in Eccleſia S. Andreæ ad Diaconiam dictæ, ad Nili ſedile poſitæ, altari majore.*

Hic requieſcit Bonitus qui vixit ann. XXIII. Depoſ. id. Aug. in. D. VII.
Heu quantos luctus renovas gratiſſime Fili
Bonite moriens O decus atque dolor.

Qui

Qui bene cum ingenio florebas Barbula grata
  Moribus ornatus pulcher et acer eras.
O mihi quam ſubito requieſcis nate ſuavis
  Heu ſpes clara mihi te ſine vita gravis.
Hoc genitor cecinit Taurus lacrimabile carmen
  Cujus flamma urit pectus amore pio.

NOT. *Barbula grata*! Sermo Patris blandientis Filio ἀρτιγενείῳ, hoc eſt primum puberi.

1. *Romæ.*

Jun. Baſſus. V.C. qui. vixit. ann. XLII. menſ. II. in ipſa. Præfectura. Urbi. Neofitus. iit. ad. Deum. VIII. kal. Sept. Euſebio. et. Hypatio. Coſſ.

NOT. A. D. 359. Neophytus, ex Ethnico Chriſtianus factus.

2. *Romæ.*

Julius Balerianus qui vixit annis B. XX. natali ſuo D.
Sodaliciarius Bonus Amoratus
Filetius uſque at Fotſa.

NOT. Julius Valerianus qui vixit annis bene XX. natali ſuo, deceſſit, Sodalis, Bonus, Amatus, & amicus, humanus, charus φιλητός, uſque ad Foſſam, i. e. Sepulcrum. Ita ego explico, durum enim nimis eſt, hæc propria virorum nomina fuiſſe, cogitare. Sed hanc Inſcriptionem Chriſtianis interſerere non debui.

3. *Cæm. Calliſti.*

Bonifatius. qui. vixit. annis. XXIII. et. II. . . . es. poſitus. in. Biſomum. in. pace. ſibi. et. Patri. . . . ſuo.

NOT. Sepulchra dicebantur *biſoma* vel *diſoma*, *triſoma*, *quadriſoma*, quæ 2, 3, & 4. cadavera capiebant, *μονόσωμα* quæ unum.

4, *Cæm. via Tiburt.*

Βοχητη.

NOT. Legit Reyneſ. Ευχητη.

1. *.

Βασιληου. Στρατωρος. κε. Δρουγγαριου γεγονοτος.

NOT. *Stratores* dicti, qui exercitibus præibant, ad caſtra metanda & ad alia idonea præparandum. Drungus, eſt turma vel globus hominum (à quo derivatur Anglica vox Throng) & Drungarius, qui Drungo præeſt. Χιλίαρχος. Drungarius Claſſis, Admirallus. Drungarius vigiliæ, Præfectus Excubitorum Vigilum.

2. *Cæmet. Lucinæ, v. Oſtienſi.*

Locus. Baſili. Presb. et. Felicitati ejus
ſibi fecerunt

NOT. Felicitas iſta uxor erat Baſilii, ut innuunt verba lapidis: ſed Editores Rom. ſubterr. omiſere τὸ *Coj.* vel Ux. nè Presbytero uxorem concederent, quod tamen eo ſæculo inter conſueta & licita. Hoc Reyneſio ſubolebat, viro quidem naſutiſſimo, qui legit pro *ſibi*, *vivi*.

3. *Cæm. Priſcillæ.*

Locus Benedicti qui vixit an. p. m. XXX. benemerenti in pace.

4. *Cæm. S. Cyricæ.*

Locus Benenati et. Gaudioſæ. Conparaes. ✝ ſe vivi
Comparaberunt. Ab Anaſtaſio et Antiocho F S.

NOT. Conpar eſt uxor, ſive ſocius. F S. pro Fratribus, non Foſſoribus, ut Boſius.

5. *Romæ.*

Εν ειρηνη ανεπαη Βενενατος Θεοφιλα εποιησα συμβιω.
Benenato Teofila fecit uxor ejus Lupicino et Jovino Coſſ.

NOT. A. D. 367.

6. *Cæm. v. Nomentana.*

Dulciſſime Cojugi Benere. q. vixit in Cojugio ann. XV,
et moritur ann. XXVII. Martus et Mater. B. M. in p.
fecerunt.

NOT. Lege *Veneriæ*, V. 1. In 3. Maritus. Hæc fœmina nupta eſt annorum XII.

1. E Cæm.

1. *E Cæmet. Oſtriano.*

Bernaclate in pace quæ vixit annis LXXXV. mens. duo. Juſtiſſimus cum Acapent uxore ſua et ſorore Prima Matri merenti fecerunt
dep. III. Kal. Aug.

NOT, Lege Acapene, vel Agapete.

2. *Cæm. Calliſti.*

Perpio in pace.

NOT. Lege Berrio, vel Verrio.

3. *Cæm. S. Cyriacæ.*

Depoſita XGI. KL. Decemb. in pace Bibiane.

NOT. G pro V.

4. *E Cæm. Priſcillæ.*

Egregius Filie K. M. Bonifate qe. vixſe. annis IIII. D.XI. Mater. I. pace. ces.

NOT. Egregius Pater Filiæ kariſſimæ Bonifate que vixit. ann. 4. d. XI. Mater in pace ceſſit, vel ceſſavit.

5. *.

Hoc tumulo Baioli conduntur membra ſepulti,
Sed pollens anima præclaro remeavit Olympo.
Meruit Pontificum qui Primus Veſtiarius eſſe
Quem Servator Poli redimivit ſtola perenni,
Hæc Decerosſus, amici depinxit in vertice tymbæ,
Acolothus, ne lateat quis hic humatus quieſcat.

NOT. *Veſtiarius.* Qui *à veſtibus eſt*, qui veſtes curat. Sic in antiquâ Inſcriptione *L. Agrio. Veſtiario. Tenuiario. Imp. Cæſ. Antonini Pii.* Id eſt, qui à veſtibus tenuioribus Imperatori erat. Veſtiarius etiam *Ordine Romano* recenſetur inter quatuor qui Pontificem ſummum equitantem comitantur.

1.

Digitized by Google

1. *

Nitar perſpicui XPI celebranda Miniſtri
Barjonae parvo depromere poemate facta.
Lector, heu * poſco dicentis ruſtica muſa [* neu fortè
Prohibeat meritae rimari inſignia laudis.
Stemmate quo cluerit generis, quid carmine pangam.
Teſtis adeſt urbs proſapia quae faſcibus amplis
Enituit renitetque ejus tunc acta beata,
Menti hoc potius altae defige fidele
Quo vitæ meritum et XPI miſeratio fulſit,
Vivens optavit precibus crebriſque popoſcit
Ut feſta ſummi Michaelis in aedibus iſtis,
Prædixit caris nanctuſque eſt morte ſolutus,
Illa dies finem, illa dedit pia praemia regni
Verum retro acta vitæ per fulgida geſta
Ingenii captus non quit depromere noſtri
Auxit quam nimium cunctos quae reperit intrans
Cuncta laris hujus nova condens priſca decorans
Inter quae clarum reſplendet opus Crucis auro
Gemmis ſeu vibrans quia non pretioſior ulla.
Moribus extiterit qualis, quis dicere poſſit ?
Largus, magnanimus, mitis, moderatus, honeſtus
Alloquio clarus, vita ſed clarior alma.
Firmus amicitiae cunctis caritate fidelis,
Inſidias Regum ſine cauſa pertulit atra,
Devicit patiens XPI comitante favore.
Jam quoniam digne non poſſumus omnia verſu
Promere, conticeat noſtrae nunc fiſtula linguæ.
Funeris officium Thomas hoc ſolvit amanter
Germanus dulcis meritis et munere compar

NOT. Quis ſit hic Barjonas, quæ Columba iſta, quis Thomas, quis Rex, vel quinam Reges, planè ignoro.

2. *

Balbilla votum debitum reddo tibi.



Digitized by Google

1. *In Porticu prope Argenteam Portam.*

Quiſquis huc properas, Chriſtum pro crimine poſcens,
  Quam lacrymis dignus ſit, rogo diſce, locus.
Hac gelida Præſul Benedictus membra quiete
  Tertius en claudit, quæ ſibi reddat humus:
Quodque foret tectus, ſervat ſub tegmine ſaxi,
  Indignum ſanxit ſe ſociare piis.

NOT. Obiit Benedictus III. 858. & ſepultus eſt ante fores Baſilicæ B. Petri. Legit Papebrochius V. Cl. v. 5. *Quodque fores*, tegmen enim *precantum* gratiâ factum eſt. Notat autem idem, ſingularem Papæ Benedicti modeſtiam, qui in *porticu* tumulum ſuum ſibi elegit. *Quies* hîc, ſicut & alibi, pro *Sepulcro* ponitur.

2.

Magna tuis, Benedicte Pater, monumenta relinquis,
  Virtutum titulos, O decus atque dolor!
Fulguris in ſpeciem mentis ſplendore coruſcas,
  Plura ſed exiguo tempore caepta fluunt.
Cuncta Sacerdotum præſtantia munia comples,
  Et quo quiſque bono claruit unus habes.
Quippe quod à parvo meritis radiantibus auctus,
  Jure Patrum, ſolium pontificale foves;
Non hoc ambitio rapti tibi praeſtat honoris,
  Indolis eſt fructus, quam comitatur honos.
Et quia ſollerter XPI regis agmina Paſtor
  Percipe Salvati Praemia celſa gregis.

NOT. Ob. Benedictus II. anno 686.

3. *Eccl. S. Johan. in Lat.*

Sacri fontis honor, labor eſt meritumque Duorum
  Pontificum, per quos contulit iſta Deus,
Nam quæ magnificis cœptis Bonifacius auxit,
  Haec Caeleſtinus compſit ad omne decus.

NOT. Bonifac. I. ob. 423, cui ſucceſſit Caeleſtinus uſque ad 432.

1. *In*

Digitized by Google

### 1. *In Porticu Vaticano.*

Membra Benedicti hic Quarti ſacrata quieſcunt,
  Pontificis magni, Præſulis eximii.
Qui merito dignus Benedictus nomine dictus,
  Cum fuerit largus omnibus atque bonus.
Huic generis decus, & pietatis ſplendor opimus,
  Ornat opus cunctum, juſſa Dei meditans.
Prætulit hic generale bonum lucro ſpeciali,
  Mercatus cœlum, cuncta ſua tribuit.
Deſpectas viduas, nec non inopeſque pupillos,
  Ut natos proprios aſſidue refovens.
Inſpector tumuli, compuncto dicito corde,
  Cum Chriſto regnes, O Benedicte, Deo.

NOT. Obiit A. D. 904.

### 2. *In Eccl. S. Petri Romæ.*

Vita hominum brevis eſt, certa hanc determinat ora,
  Sed vitæ aeternæ inde paratur iter.
Quod non indecora, aut rurſum peritura videntur,
  Sed pulcrum atque decens jam ſine fine manet.
Dic igitur quid mors ſtimulis agitaris iniquis?
  Quid fremis incaſſum, quid furibunda geris?
Commoda nulla tibi poterunt tua facta referre,
  Nec prodeſſe poteſt impetus iſte tibi.
Gregorii ſemper monita atque exempla referre
  Vita opere ac dignis moribus iſte ſequens.
Quo hunc terrere putas, ſunt hujus maxima vota,
  Mittere ad aſtra animam reddere corpus humo.
Saucia multiplicis qui demum membra dolore,
  Rurſus in antiquo pulvere verſa manent:
Quae conjuncta animae ſtabilito in corpore ſurgunt
  Ad vitam aeternam, te pereunte, magis.
Sancta fides merito vitae clementia Patris
  Spem certam hanc famulos juſſit habere ſuos.

Hic requieſcit Bonifacius Junior qui ſedit annos IIII. Menſes VIII. dies XII. Depoſitus eſt VIII. Idus Maii Imperante Domino Heraclio, Anno ejus V.

NOT. Intellige de Bonifacio IV. qui obiit A. D. 615. lege V. 1. *Hora.* V. 2. *Deinde.* Legit Aringhus V. XI. *Quo hic terra reputans*, ſine ullo ſano ſenſu. Hoc enim vult Poeta, animam à corpore ſeparare, & illam cœlis mittere, hoc autem humo reddere, quo facto [*tu O mors*] hunc [*Bonifacium*] terrere putas, ſunt ejus vota maxima; hoc eſt quod Bonifacius maxime & ex animo optat, mori enim illi idem eſt ac cum Chriſto in cœlis vivere. Legit idem Aringhus V. 6. *Quid feris incaſſum.* V. 13. *Saucia multiplici ſi quidnam.*

1. *In Eccleſ. S. Petri, Romæ.*

Cur titulata diu torpuerunt jura Sepulcri
 Et populi nullus perſtrepuit gemitus?
Segnities, non culpa fuit, quicunque requiris,
 Nam dolor inclauſus plus lacerare ſolet.
Pande dolor gemitum. meretiſque quiſce beatis
 Ut libeat ſummi geſta referre Patris
Hic vir ab exortu Petri eſt nutritus ovili,
 Sed meruit Sancti Paſtor adeſſe gregis.
Pura fides hominis votis mandata benignis,
 Excuvians XPI. cantibus hymniſonis,
Simplicitas ſapiens, vivax ſolertia ſimplex
 Serpentina fuit ſimplicitate vigens.
Cumque quater denos compleret Prbr. annos,
 Sera ſenectutis mens tamen alma fuit.
Culmen Apoſtolicum coluit tres ferme per annos
 * Perfectum numerum terque quaterque gerens
Hoc tibi pro meritis Succeſſor Honorius amplis
 Marmore conſtruxit munus Epitaphii.

NOT. Hoc carmen Bonifacio V. PP. qui ob. 626. condidit Honorius qui ob. 638. quærit Papebrochius, an non *dilata* pro *titulata* V. 1: Subſtituendum eſt: mihi quidem placet. Sed Tranſcriptoris Docti Jeſuitæ incuria omiſit verſus 9. & 10.. Legunt autem Romæ ſubterr. Authores, *exultans* pro *excuvians.* Sed fortè excuvians pro excubitans vel excubans, habetur.

* Id eſt, Denarium, ut ſimul ſint an. 73. inquit Papebrochius,

1. *In*

Digitized by Google

1. *In Eccl. S. Petri, Romæ.*

Da mecum gemitum, ſingulti Roma, doloris
  Plena Sacerdotis luctibus egregii.
Cur? quoniam deflere ſolet mens acta periclis,
  Plebsque orbata piis inſuper officiis.
Hic vir inacceſſis tenuit contraria factis,
  Haec documenta bonis moribus apta ſuis.
Mitis in adverſis poſitus, rebuſque ſecundis
  Omnia grata ferens, altera preſſa tenens.
Praevenit ne nata forent delicta viritim,
  Orta tamen ſecuit cum pietate gravi.
In commune bonus, Bonifacius inde vocatus,
  Propria lucra putans publica ſubſidia.
Munificus, ſapiens, caſtus, ſincerus, et aequus,
  Iſta beatorum ſunt pia ſuffragia.
Nam vidualis apex pupillorumque Falanges
  Caecorumque chorus, Dux tibi lucis erit.
Infremuit poſt fata ſuis mors ſaucia telis,
  Reſpiciens meritum vivere poſſe virum.
Culmen Apoſtolicum, quinque et bis menſibus annis
  Rexit, et ad magni culmen honoris abit.

NOT. Id eſt, Rexit quinque annis, & bis quinque menſibus, inquit Papebrochius, non tantum Chronologiæ causâ, ſed etiam & neceſſario propter expreſſam auctoritatem hujus Epitaphii. De Bonifacio V. Intellige qui, ob. 626.

1. *In Eccleſ. B. Petri, Romæ.*

Poſtquam Mors, XPI pro nobis morte, periſti,
  In DNI famulos nil tibi juris erit.
Pone trucem rabiem, non eſt ſaevire poteſtas;
  Aut quid victa furis, nil nocitura piis?
Hoc ſiquidem melius demiſſo vivitur orbe,
  Cum tamen ut vivat hic ſibi quiſque facit.
Hic ſita ſunt Papae Bonifacii membra ſepulcro,
  Pontificale ſacrum qui bene geſſit opus.

Juſtitiae cuſtos rectus, patienſque, benignus,
Cultus in eloquiis, et pietate placens.
Flete ergo mecum Paſtoris funera cuncti,
Quos tædet citius his caruiſſe bonis.

*Item Bonifacii, ibidem.*

Sedis Apoſtolici primævis Miles ab annis,
Poſt etiam toto Præſul in orbe ſacer,
Membra beata ſenex Bonifacius hic ſua clauſit,
Certus in adventu glorificanda Dei.
Mitis adunavit diviſum Paſtor ovile,
Vexatos refovens hoſte cadente greges.
Iram ſupplicibus humili de corde remiſit,
Debellans cunctos ſimplicitate dolos.
Egit ne ſterilis Romam conſumeret annus,
Nunc orando fugans, nunc miſerando famem.
Quis te ſancte Parens cum XPO neſciat eſſe,
Splendida quem tecum vita fuiſſe probat?

NOT. De Bonifacio I. PP. hæc intellige qui ob. 423. V. 5. *Adunavit*, Diviſio enim gravis erat, propter *Eulalii* electionem, & Honorii Imperatoris confirmationem, mala fide *Symmachi* ſurreptam. Sed & hoc commune erat cum *Bonifacio* II. Qui ſub contentione, eodem die cum alio ordinatus erat, & tandem ſuperior factus *adunavit diviſum Paſtor ovile*, obiitque 532. V. ultimo, pro *tecum* ſubſtituit Papebrochius *rectum*. Idem Papebrochius Epitaphium prius, Bonifacio III. magis applicabile propter Pontificatus ſui brevitatem, quam I. Alterive, putat. Cui aſſentior etiam ego. Adjungo carmen quod Bonifacio proprium eſt, ſed an. I°. cum Manlio, an II°. cum aliis, non conſtat, in *Via Salaria*.

*Atria Magnifici ſunt membris plena ſepulti*
*Sedis Apoſtolicæ Bonifacii Præſulis almi.*

1. *Neapoli in Eccleſia S. Andreæ, ad Nili ſedile.*

Mors quæ perpetuo cunctos abſorbet hiatu
Parcere dum neſcit ſæpius ipſa favet.
Felix qui affectus potuit demittere tutos
Mortalem moriens non timet ille viam
Candida præſenti tegitur Patrona ſepulchro
Moribus ingenio et gravitate nitens

Cui

Cui dulcis remanens Conjux natuſque ſuperſtes
Ex fructu mater noſcitur in ſobole.
Hoc precibus ſemper lacrimoſa hoc voce petebat
Cujus nunc meritum vota ſecuta probant
Quamvis cuncta domus nunquam te flere quieſcat
Felicem fateor ſic meruiſſe mori.

Hic requieſcit in pace Candida. C. F. quæ vixit p. m. ann. L. die. IIII. id. Septem. Imp. D. N. Mauritio. PP. Auguſto. anno III. P. C. ejuſdem ann. II. ind. quarta.

NOT. Hæc ultima ſic intellige, Anno tertio poſt Conſulatum ejuſdem (Mauritii) quem tenuit anno regni ſui ſecundo indictione quarta. Annus regni ſecundus erat. A. D. 583. quo Conſulatum geſſit: ergo annus tertius poſt Conſulatum ejus erat A D. 586. ind. quarta in quo obiit Candida noſtra.

1. *Mediolani.*

A ☧ Ω

Cervia. quæ. fidei. vexit. fundamina. ſeclo
Terdenos. ævo. binos. quater. attulit. annos.
Læta. doliq. expers. culpa. procul. impigra. honeſta
Aſtrigeram. ſecat. alma. viam. cœloque. recepta.
Hic. vitæ. metas. et. inania. membra. reliquit
Ded. pridie. nonas. Januarias.

2. *Lugduni.*

Hoc tumulo quieſcit bone memorius Ceſarius. vixit. anus XIV. Reovibit in pace ſub die X. Kal. Decembris. Anaſtaſio et Rufo VV. CC.

NOT. VV. CC. Viris Clariſſimis, inquit Sponius. Sed Anaſtaſius Aug. et Fl. Rufinus Coſſ. erant A. D. 492.

3. *Cæm. S. Agnet.*

Cæcine Alexandro Conjugi qui vixit annis VIII. menſ. VI. dies XX. benemerenti. dulciſſimo fecit.



Digitized by Google

1. *E Cœm. v. Salaria.*

D. M. S.

Cæſonius Salvius Vone memoriæ innox. qui vixit annis XX. M. VI. et. hor. III. cui fecerunt Succeſſa Mater et Marinus Frater.

2. *Cœm. Priſcillæ.*

Filio cariſſimo Ceſano Parentes fecerunt benemerenti in pace.

3. *Cœm. Calliſti.*

Cajano Benemerenti qui vixit ann. IIII. Dies anima illius in pace XV.

NOT. Transfer XV ad Dies, verſu ſuperiore. ann. IIII. Dies XV.

4. *Cœm. v. Latina.*

Calevius bendidit Avin. Triſomu ubi poſiti erant Vini et Calvilius et Lucius in pa. Cos. Stil.

NOT. Calepius vendidit Avieno triſomum ubi poſiti erant Vincentius Calvilius & Lucius in pace Coſ. Stilichone. A. D. 400. vel 405.

5. *Apud S. Agn. v. Nomentana.*

Karito. qui. bixit. annos. quaracinta. bono. marito. bone. memorie. qui. fecit. mecu. annos. viginti.

Oſſa. tua. bene. requieſcant.

6. *Cœm. Priſcillæ.*

Calpurnius Pelagius Aureliæ Sofiati Cojugi merenti poſuit bixit ann. XXX.

7. *Romæ.*

Benemerenti Filio Calpurnio Parentes fecerunt. qui vixit ann. V. M. VIII. D. X. deceſſit in pace XIII Kal. Jun.

1. *Cœm.*

Digitized by Google

1. *Cœm. Calliſti.*

Capſarara.

NOT. Reyneſius legit Carpodora.

2. *Ibid.*

Caſsta.

3. *Metis.*

Heic. quieſcit, Caſtorius. qui. vixit. ann. Pl. m. LX.

4. *Treveris.*

Ενθαδε. κιτε. εν. ιρηνε. Κασσιανος Αει. Βεδοιιμου. απο.
Κω. Αβδανων. Ζησα. Απχεροπλους ετη. Κ Β.

NOT. Primum verſum tantum intelligo.

5. *Cœm. Calliſti.*

Miro juventutis Caſulio anima dulcis qui vixit annis XXXVIII. Meſes. IIII. Die. uno. ceſquent in pacem.

NOT. Mirabilis quidem eſt juventus annorum 38, ſed & alibi occurrit.

6. *Vatic.*

Hic. requieſcit Catellus no. . . . . .
qui vixit ann. Pl. m. X. dep. in. pa. . . . .
Avieno Jun. V. C. Con. . . . . .

NOT. Cum Fl. Probo. A. D. 502.

7. *Cœm: Priſcillæ.*

Conſtantius Deciæ Conjugi quæ. vixit mecum annos XXXIII.



Digitized by Google

1. *Narniæ, in Cathedrali Baſilica, ſupra Cryptam S. Juliani in medio,* ✝. *utrinque agni duo.*

Caſſius. immerito. Præſul. de munere. Chriſti
Hic. ſua. reſtituo. terræ. mihi. credita. membra
Quem. fato. anticipans. Conſors. dulciſſima. vitæ
Ante. meum. in. pacem. requieſcit. Fauſta. Sepulcrum
Tu. rogo. quiſquis. ades. prece. nos. memorare. benigna.
Cuncta. recepturum. te. noſcens. congrua. factis.

S D. Ann. XXI. M. IX. D. X. Rq. in. pace. Prid. Kal. Jul. P C. Baſilii. V C. ann. XVII.

NOT. Baſilius cum Vibiano Conſul erat A. D. 463. Baſilius Jun. (quem alii Baſiliſcum nominant) ſine Collega. A. D. 480. ergo Poſt-Conſulatus decimus ſeptimus incidet vel in A. D. 480. vel in A. D. 497. quo tempore obſervabit Lector Præſulem, ſeſe uxoratum fuiſſe in Sepulcrali monumento publicè prædicare; nam vel Epiſcopum, vel ad minus Presbyterum fuiſſe Caſſium innuunt planè iſta verba, *Præſul de munere Chriſti* refragatur tamen omnino, ætatis, (ſi vera eſt) notatio annorum XXI. Cum Canones Eccleſiaſtici nec Epiſcopum nec Presbyterum tam juvenilem ſinerent. Preces benignæ quales hic petit Caſſius, erant, *anima ejus in pace quieſcat, Deus illi lucem & refrigerium præbeat*, &c. Meminit Gregorius I. Lib. III. C. VI. & aliis in locis.

2. *Bononiæ.*

B. M.

Hic. requieſcunt. duo. Fratres. Innocentes. Conſtantius. Neofitus. qui. vix. annis. octo. M. II. D. VI. depoſitus III. id. Novemb. Conſ. D D. N N. Arcadi. et. Honor. Augg. Juſtus. Fidelis. qui. vixit. annis. VII.

NOT. Non video rationem, cur Puer annorum 7. *Fidelis* eſſet, & alter annorum 8. *Neofitus*. Fortè erant Puerorum cognomina. Hi Coſſ. ſimul erant. A. D. 394. 396. & 402.

3. *Cœm. v. Salaria.*

Conſtantius et Eutychiane.
Lendonio kariſſimo Filio quieſcenti qui vixit annos XVIII. Depoſſio ejus VIIII. Kalendas Decembres.

1. *Cœmet.*

1. *Cœmet, Oſtriano.*

Nimium cito decidiſti Conſtantia mirum pulcritudinis atque idonitati quæ vixit annis XVIIII. Men. VI. die XVI. Conſtantia in pace.

2. *Cæm. Priſcillæ.*

Conſtantſo Filio innocentiſſimo qui bx. anus VII. me. VI. Di. XVII. in pace Dec. XIII. Kal. Sept.

3. *Mediolani:*

C. Celio. benemerenti. qui. vixit. ann. P. M. XXXV. et. depoſitus. eſt. XIIII. Kal. Novembres. Frater. ejus. Renatus. poſuit. contra. votum. A. quæ. vixit. anus. XLII. et. cum. Conp. fecit. ann. XX. M. II. D. XXVIII. Maritus. ejus. contra. votum. poſ.

NOT. Monumenta duo. *Conp.* pro *Conpare*, i. e. Uxore.

4. *Cæm. Calliſti.*

Cepaſius. in pace. vixit ann. V. et dies V.

5. *Ibid.*

Chriſtine in pace.

6. *Auguſt. Taurin.*

Titulus. Puellæ. Claudiæ. C. F. vixit. Conjugio. annis. duob. et. mens. VI. ſubito. vertuntur. foelicia. vota. Duorum. et. defuncta. eſt. annorum. XVI.

Hic. requieſcit. in. ſomno. pacis.

\+ \+ \+

7. *Cæm. Priſcillæ.*

Clodio Diſcolio. benemerenti qui vixit annis XXI. M. X. D. XII. Fratres fecerunt in pace.

1. *Apud*

Digitized by Google

1. *Apud S. Agnetem. v. Noment.*

Claudiane benemerenti que vixit annis VIIII. que defuncta eſt idus Januaris Parentes fecerunt in Pace.

2. *Solonæ.*

B. M.

Cleopatræ. Filiæ. dulciſſimæ. quæ. vixit. ann. I. M. IIII. D. IIII. Pontianus. et. Tegilla. in. pace.

3. *Tiburi.*

Clodia, Exuperia. Sp. F. hic. poſita. eſt. die. kal. Mart. P. C. iter. Armati. V. C. V.

NOT. A. D. 477. vel potius 482. Ille enim eſt annus quintus poſt Conſulatum ſecundum Armati.

4. *In Vaticano.*

Conſtanti locus qui adhuc Coſ.. Tat.

NOT. Legit Reyneſius, qui vix. ann. . . . . Coſ. Tatiano. qui fuit cum Symmach. 391. . . . . . .

5. *Mediolani.*

B. M.

Hic. requieſcit. Conſtantia. Parvula. quæ. vixit. cum. Marito. ann. XXXIV. M. X. D. XVII. Dp. VIIII.. Conſtantia. etiam. Filia. Dp. k. Maias pariter. requieſcit. A. F. Conſt.

6. *Treviris Germ.*

Hic. jacet. Elius. Conſtantius. Vir. Conſularis. Comes. et. Magiſt. utriuſque Militie. atq. Patricius. et. Secundo. Coſ. Ordinarius.

NOT. Fl. Conſtantius qui Coſ. primum A. D. 414. ſecund. 417. tert. 420. proximo anno Auguſ. ab Honorio dicitur, quo etiam mortuus eſt, fuit Pater Valentiniani. Tertii. Sed quis fuit Elius Conſtantius iterum Conſ. non invenio, nec quo tempore.

1. *Juxta*

Digitized by Google

1. *Juxta fanum S. Andreæ, haud procul ab Avenione.*

Obiit bonæ memoriæ Ceſaria medium noctis Die Dominica inluceſcente VI. idus Decembris, quadragies et ſexies poſt conſulatum Baſilii Junioris V. C. Conſulis. anno duodecimo regni Childeberti Regis indictione quinta.

NOT. A. D. 587. Baſilius enim Jun. Conſul erat 541.

2. *Conſtantinæ Conſtantini F. verſus ſcripti in apſide Baſilicæ quam condidit in honorem S. Agnes.*

Conſtantina Deum venerans Chriſtoque dicata
Omnibus impenſis devota mente paratis
Numine divino multum Chriſtoque juvante
Sacravit templum victricis virginis Agnes
Templorum quæ vicit opus terrenaque cuncta
Aurea quæ rutilat ſummi faſtigia tecti
Nomen enim Chriſti celebratur ſedibus iſtis
Tartaream ſolus potuit qui vincere mortem
Invectus cœlo ſoluſq. inferre triumphum
Nomen adhuc referens et corpus et omnia membra
A mortis tenebris et cæca nocte levata
Dignum igitur munus Martyr Devotaque Chriſto
Ex opibus noſtris per ſæcula longa tenebis
O felix Virgo memorandi nominis Agnes

NOT. Multa quidem de Conſtantinâ noſtrâ referunt Baronius, Boſius & Aringhus; Conſtantini magni filiam fuiſſe; vulneribus ita obſeſſam, ut à capite uſque ad pedes nulla membrorum pars libera remanſiſſet; ſed precibus fideliter effuſis ad Sepulchrum S. Agnetis (licet pagana adhuc eſſet) ſanatam fuiſſe; & recepta priſtina corporis valetudine ad D. Agnetis Sepulchrum, magnificentiſſimam à Conſtantino Patre in ejuſdem honorem, Eccleſiam erigendam curaviſſe: & ſibi nobile Mauſoleum Sepulturæ loco conſtitui voluiſſe. Hæc, & plura ejuſdem farinæ, ex hujus Inſcriptionis titulo, & Actis D. Agnetis, & aliis multis Codicibus MS. Vaticanis, viri ſupradicti, quaſi revera credentes, tradunt. Sed judicabit Lector candidus & æquus, an hæc ſtare poſſint. Conſtantinus M. ex *Minervina* Filium habuit Criſpum. Ex *Fauſta*, Conſtantinum, Conſtantium, & Conſtantem, Filios: Filias autem Conſtantinam, & Helenam, Helena Juliano nupta, mortua eſt A. D.

Digitized by Google

A. D. 360: Conſtantina verò primùm Hanniballiano Regi, deinde Gallo Cæſari, utrique Conſobrino ſuo, data eſt, & mortua eſt ante Gallum, ann. D. 354. ubinam ergo eſt Conſtantina, *Chriſto* dicata, *Devotaque Chriſto*, id eſt, ſecundum hos ſcriptores, *velata Virgo*? Hen. Valeſius ergo in Notis ad lib. 21. Am. Marcellini, illam ait hanc ædem extruxiſſe, dum adhuc erat Virguncula; novit enim Vir Maximus illam bis nuptam fuiſſe, ſicut dixi; ſed totam hanc fabellam deſtruere, qui potuit, non auſus eſt. Sed unde apparet illam Auguſtam, & Conſt. M. filiam fuiſſe? non ex his Carminibus, quæ nihil tale innuunt, quod tamen feciſſe debuiſſent, & quidem feciſſent, ſi verum hoc fuiſſet. Præterea, quare nulla mentio facta eſt in his verſibus, nec S. Agnetis viſionis, nec Conſtantinæ vulnerum, nec mirificæ iſtorum Sanationis, cum tamen iſta omnia in cauſis erant hujus templi extruendi? tantaſne res tam negligenter agere ſolent tantis obſtricti beneficiis? minime quidem. Ergo rem totam aperiam. Verum eſt Conſtantinam Conſtantini M. filiam, in Viæ Nomentanæ Suburbano conditam fuiſſe: verum etiam eſt Conſtantinam quandam, neſcio quam, in eodem Suburbano ædem S. Agneti ſacratam conſtruxiſſe: & hinc Actorum, & Fabularum conſarcinatores, duas Conſtantinas, in unam (uti ſolent omnia) confudiſſe. Meminit quidem Prudentius (qui paſſionem S. Agnetis circa A. D. 405. ſcripſit) Agnetis Sepulcri; ſed de Templo, aut Conſtantina ne verbum quidem habet, cum tamen & ſcire potuiſſet, & multum in illius rem feciſſet. Plura dicerem, ſed parco Lectori.

1. *Cæm. Calliſti.*

Conſtantii.

2. *Cæm. Priſcillæ:*

Corentiano Innocenti. qui. v. ann. IV.

3. *Mediolani.*

Cornelio. Palmantio. qui. vixit. in. ſæculo. annis IV. m. IV.

4. *Cæm. Calliſti.*

Cornelius. in pace X. Kal. April. moritur.

5. *In Cæmet. via Appia.*

Creſcentina anima dulcis in pace que vixit annos XGII. D. II. in pace.

1. *Ibid.*

Digitized by Google

1. *Ibid.*

Creſcentinæ.

2. *Ibid.*

Creſcentioni ind. q. v. a. IIII. M. VIII. D. XX. p p p p.

3. *Ibid.*

Κυριvιs.

4. *Apud S. Agn. v. Nom.*

Χρυσογονιαν εν ειρηνη.

5. *Ibid.*

Χρυσογονιτ. Ευτυχιανω. εν ειρηνη.

6. *In Cœm. S. Cyriacæ.*

Criſoſtome in pace quæ vixit annos p. m. XVIII. depoſita VIII.

7. *Ibid.*

Mater. Criſpina. Filibus. Dionyſio. Aſileo. benemerentibus.

8. *Romæ.*

Criteſi Benemerenti qui vixit annis VIII. menſes VIII. Innocentiæ ipſius fecerunt Parentes in pace.

9. *Narniæ, in Eccleſ. Cathedr. ſuper januam Cryptæ S. Juvenalis.*

Caſſius immerito Præſul de munere Chriſti
Hic ſua reſtituo terræ mihi credita membra,
Quam fato anticipans conſors dulciſſima vitæ
Ante meum in pace requieſcit Fauſta ſepulcrum.

Te

Digitized by Google

Te rogo, quiſquis ades, prece nos memorare benigna
Cuncta recepturum te noſcens congrua factis.

S. D. Ann. XXI. M. IX. D. X. req. in pace prid. Kalend. Julii. P. C. Baſilii. V. C. An. XVII.

NOT. AD. 558. Juſtiniani Imp. 32. Creditur (inquit Baronius) Caſſius, cùm de ſuo obitu divinitùs eſſet admonitus, ſibi viventi ſepulcrum poſuiſſe, & ſuum Epitaphium hiſce verſibus inſcripſiſſe. Lege forté. V. 3. Quâ, i. e. terrâ. Nota autem Lector, Caſſium *Præſulem*, *uxorem* Fauſtam ſuam habuiſſe, & nomen ejus titulo ſuo inſcribi curaviſſe, idque ſæculo VI. Si S. D. pro *Sedit* uſurpatur, tunc illa verba, & quæ ſequuntur, Caſſio mortuo, addita fuiſſe certum eſt, inquit idem Cardinalis.

1. *In Cœmet.* * *Priſcillæ.*

Præſul Apoſtolicæ ſedis venerabilis olim,
Quem rexit populum decimum dum conderet annum,
Caeleſtinus agens, vitam migravit in illam
Devita quæ ſanctis æternos reddit honores.
Corporis hic tumulus, requieſcunt oſſaciniſque.
Nec perit hinc aliquid Dno caro cuncta reſurgit
Terrenum nunc terra tegit, mens neſcia mortis
Vivit, et aſpectu fruitur bene conſcia XPI

NOT. Ob. Cæleſtinus I. anno 432.

2. *

Culmen, opes, ſobolem, pollentia Regna, triumphos,
Exubias, Proceres, mœnia, caſtra, lares,
Quæque Patrum virtus, et quæ congeſſerat ipſe
Caedoal armipotens, linquit amore Dei.
Ut Petrum, ſedemque Petri, Rex cerneret hoſpes
Cujus fonte meras ſumeret almus aquas.
Splendificumque jubar radianti carperet hauſtu,
Ex quo vivificus fulgor ubique fluit.
Percipienſque alacer redivivæ præmia vitæ,
Barbaricam rabiem nomen et inde ſuum
Converſus convertit ovans, Petrumque vocari
Sergius Antiſtes juſſit, ut ipſe Pater.

Fonte

Fonte renaſcentis quem XPI gratia purgans,
 Protinus albatum vexit in arce poli.
Mira fides Regis, clementia maxima XPI,
 Cujus conſilium nullus adire poteſt.
Soſpes enim veniens ſupremi ex orbe Britanni,
 Per varias gentes, per freta, perque vias,
Urbem Romuleam vidit, Templumque verendum
 Aſpexit Petri, myſtica dona gerens.
Candidus inter oves XPI ſociabilis ibit,
 Corpore nam tumulum, mente ſuperna tenet:
Commutaſſe magis Sceptrorum inſignia credas,
 Quem Regnum XPI promeruiſſe vides.

Hic depoſitus eſt Ceadualla, qui et Petrus, Rex Saxonum, ſub die duodecimo Kalendarum Maiarum, Indictione ſecunda, qui vixit annos plus minus triginta, Imperante Domino Juſtiniano Piiſſimo Auguſto, anno ejus Conſulatus quarto, Pontificante Apoſtolico Viro, Domino Sergio Papa ſecundo anno.

NOT. Hæc Beda Ven. Hiſt. lib. 5. c. 7. A. D. 689, V. 14. *Albatum.* Dum in *albis veſtibus*, ut antiquis Chriſtianis recens baptizatis erat mos, degeret. V. 15. *Mira fides.* Credebat enim Rex ſe baptizatum Romæ paulo poſtea moriturum, quod uti præviderat evenit. *Conſulatus* IIII. hic pro quarto imperii anno.

I. *Mediolani.*

Ingenii legumque potens Conſtantius atra
 Mortis ſorte jacens, conditur his tumulis.
Hinc gemat hunc probitas, triſtis ſuſpiret honeſtas,
 Et Comitis funus plangat amica fides.
Quis per bella fori, totiens de jure triumphum
 Rettulit, et ſaevos perculit ore reos.
Ornavit proprio ſemper fulgore togatus
 Eloquio mores, moribus eloquium.
Non multum mors dira noces, in funere juſti,
 Nil tua tela gravant, poſſidet aſtra pius.

1. *In Civ. Papiæ.*

Hac tumulatur humo claro de ſtemmate creta
Nomen * avis tribuit cui de baptiſmate XPI. * Columba.
Cujus avet, Lector, vitam tibi prodere, ſcriptor
Quod calibi ſtilo artatus marmore parvo
Sit tetigiſſe ſatis fuerit quod mater egentum.
Hujus ope alacri pulſabant ſidera voce,
Reddentes grates Anglus, Geta, Waſco, Suavus,
Quique bibunt Renum, Burgundio, Graius, Hiberus
Sedavitque etiam Brittonum ſaepe ſuſurros.
Deſiderata aegris praebebat edulia ſollers;
Largifluo paſtu refovebat carcere ſeptos:
Triſte modellifero recreabat famine pectus,
Nectareo illius conditis melle loquelis:
Indigenae, adfines, proceres fruebantur et ipſi
Hanc flevit cujus luxit peregrinus et exter.
Orbatus denuo eſt hujus de morte pupillus,
Biſque virum infelix vidua ſibi ſenſit ademptum
Juncta viro fuerat cenſuque animoque potenti,
Servabit Regi fido qui pectore gazas
Cum quo caſta manens maturos attigit annos;
Columba tuus ecce, ut quivi, Domina, tuus
Cignea in auxilium Barjonas marmore ſtravi.

2. *

Hic votis paribus tumulum duo nomina ſervant
Cryſanti Dariae nam venerandus honor.

NOT. Multas de Chryſantho & Daria Virgine Veſtali fabulas retulerunt (ne dicam finxerunt) Actuum SS Conſarcinatores, quas in lucem, *Romæ ſubterraneæ* Editores, miræ induſtriæ & credulitatis Viri, protulerunt; *ſub Numeriano Imperatore*, *ſcilicet*, *Via Salaria in Arenario depoſitos*, *ac illic viventes terrâ & lapidibus obrutos.* Chryſantho, Daria, cæteriſque Dei martyribus coronas nolo detrahere, ſed ſub Numeriano paſſos nullo modo ut credam adducar ego, nec ( ut credo ) quiſpiam alius, cui veritas aut ratio cordi eſt. Quid enim? Numerianum, Juvenem optimum, egregie moratum, & Imperio verè dignum, cum Patre *Caro* in bello Perſico occupatum, & redeuntem in lecticâ ab *Apro* Socero interfectum, nec ( ut videtur ) menſes

Digitized by Google

menſes undecim, ex quo *Auguſtus* renunciatus eſſet, ſuperantem, inter Chriſticolarum Perſecutores ſæviſſimos haberi, fas & æquum, immò veriſimile eſt? Sed nolo litem hac de re amplius movere. Quicunque plenam & perfectam harum rerum notitiam, uno quaſi intuitu haberet, legat & perlegat doctiſſimam Henrici Dodwelli Dublinienſis V. Cl. diſſertationem *De Paucitate Martyrum* quæ inter *Diſſertationes Cyprianicas*, undecima habetur. Lege verſ. 2. Cryſanti & Dariæ. Baronius Card. Ill. paulò perſpicacior pro *Numeriano*, ſubſtituit *Valeriano* in margine ad 25. diem Octob. Martyrologii. In aliis ſchedis, junguntur verſus ſequentes duobus primis, quos alibi habes.

*Effera quem rabies neglecto jure ſepulchri*
*Sanctorum tumulos præda furentis erat.*
*Pauperis ex cenſu nunc iſta reſurgunt*
*Divite ſed voto plus placitura Deo.*
*Plango tuum gens ſæva nefas periere furores*
*Crevit in his Templis per tua damna decus.*

1. *Baſilia D. Pauli V. Oſtienſi.*

Hic requieſcit in pace Deusdet Qi vixet annus p. m. XX. Depoſitus eſt XV. Kal. Maias iterum pos Con Paulini LC. apat. Laurenti quem ſi vivo comparavit Sol. Tris et Trimiſſe.

NOT. A. D. 499. vel 500. ultima ſic intellige *Locus Abatis Laurentii quem ſe vivo comparavit ſolidis tribus & trimiſſe.*

2. *Cæmet. Calliſti.*

Δευτερω τω Ευχαριςτω.

*Ap. S. Agn. v. Noment.*

Dindarus. in pace.

4. *Ibid.*

Dionyſi Memoria.

5. *Romæ.*

Domnina: quæ. vix. ann. XXXII. depoſita. IIII. idus. Auguſtas.



Digitized by Google

1. *Abatia Sexti.*

M. M:

Diſcordia. Leucadio. Conjugi. qui. vixit. annos. ſexaginta. et. dies. duodecim. benemerenti. cum. quo. vixit. annos. XXXII. et. M. II. quem. poſt. mortem. expoliavit. Frater. tuus. Eugenius. Sic. illi. reddat. Deus. et. Spiritus, tuus. qui. me. fecit. ſic. nudam. remanere.

Infelicem memoriam.

2. *Burdegalæ.*

D. M.

Divixta. Paternina. ancilla. D. defuncta. anno XXI.

3. *Cœm: Priſcillæ.*

Domitianæ Fortunate venemerenti te in pace.

NOT. Depoſitæ in pace.

4. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Se biba emet Domnina Locum a ſucceſſum
Triſonum ubi poſiti et

5. *Eccleſ. S. Agathæ.*

✝ ic requieſcit in pace Domna Bonuta quæ vixit annos XXXX. et D. Menna qui vixit an. . . . . e abeat anathema a Juda. Si quis alterum omine ſuperpoſuer. . . . . anathema abeas Da Tricenti decem et octo Patriarchæ qui chanones expoſuerunt. et da Sca XPI. quatuor Euguangelia.

NOT. Lege, *Si quis alterum hominem ſuperpoſuerit*, &c. Id enim nefas erat. Niceni Patres 318, fœdiſſimo errore Patriarchæ hìc vocantur omnes; ſed & tota Inſcriptio, barbarum quoddam & inſulſum ſonat.

6. *Apud S. Agn.*

Donata Nuno ſuo Tertullo cum filia in pace.

NOT. Νώννος Nunus, Nunnus, Nonnus avus maternus eſt. Νάννη autem Matris ſoror.

1. *Ibid.*

Digitized by Google

1. *Ibid.*

Donatus. qui bixit annis XXX. menſis VI. Dies XVIII. Depoſione nony Kl. Jvvias queſqui in pace.

2. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Doxio. Victori. qui. vixit. ann. XXVII. M. X. D. VIII. deceſſit XVII. Kal. Aprilis. in. Pace.

3. *Baſilicæ Vatic. Porticu.*

Loc. Dulciti. et. Eutichitis. Not. Eccl. Rom. Q. C.P.R.B.R. ✝ Locus Petri Subdiaconi ſancte Ecclesie Romane. Reg. Primæ. quem. comparavit. ſe Bivum.

NOT. Quem CoMPaRaBeRunt.

4. *Vercellis.*

Ultima concludens præſentis tempora vitae,
Presbyter hoc poſitus tumulo, per ſecla quieſcit,
Dalmatius, ſnperas meritis rediturus ad auras.
Gratus in officiis, atque omni ſtrenuus actu,
Magna nimis puroque fratrum dilectus amore,
Corporis hanc requiem meruit, pro munere vitæ;
Commendans ſanctis animam corpuſque fovendum.

NOT. Leg. V. 4. Magnanimus.

5. *In Eccleſ. B. Laurentii M. in quâ requieſcit S. Damaſus Papa.*

Hinc Pater, Exceptor, Lector, Levita, Sacerdos
Creverat, hinc meritis quoniam melioribus actis
Hinc mihi provecto XPS. qui ſumma poteſtas,
Sedis Apoſtolicae voluit concedere honorem.
Archibis fateor volui nova condere tecta,
Addere præterea dextra laevaque columnas
Quae Damaſi teneant proprium per ſaecula nomen.



Digitized by Google

NOT. *Exceptor*, Notarius, Amanuenſis, qui acta judiciorum deſcripſit, Judicis ſententiam, dicta, & reſponſa Martyrum excipiebat. *Sacerdos* vocari poteſt ſive Epiſcopus ſit, ſive Presbyter; ſed in primitiva Eccleſia ſæpius pro Epiſcopo habetur. V. 5. Archivum, Archibus, Archium, Arceps, Scrinium, locus ubi chartæ publicæ ſervantur. Sed fortè in hoc loco, pro ἀρχαίοις, antiquis, quibus *nova* tecta opponuntur.

1. *In Baſilica S. Damaſi.*

Quis gradiens pelagi fluctus compreſſit amaros,
Vivere qui præſtat morientia ſemina terræ,
Solvere qui potuit Lazaro ſua vincula, mortis
Poſt tenebras, Fratrem poſt tertia lumina Solis
Ad ſuperos iterum Mariæ donare ſorori,
Poſt cineres Damaſum faciet qui ſurgere credo.

NOT. Lege V. 1. *Qui grad.* Hoc Epitaphium eſſe Damaſi, tumulo ejus inſcriptum, quem ſibi elegit juxta ſororem dilectiſſimam *Irenam* frater amantiſſimus, affirmant Romæ ſubterran. Editores. Invenies paucos horum verſuum inter *Anonyma* ad finem poſita, repetitos, ſed mancos, mutilatos, & abſque ſano aliquo ſenſu.

2. *In Fontem Baptiſmalem, in Cœmet. Vaticano, à Damaſo inſtauratum.*

Cingebant latices montem, teneroque meatu
Corpora multorum, cineres, atque oſſa rigabant.
Non tulit hoc Damaſus, communi lege ſepultos
Poſt requiem triſtes iterum perſolvere pœnas.
Protinus aggreſſus magnum ſuperare laborem,
Aggeris immenſi dejecit culmina montis,
Intima ſollicitus ſcrutatus viſcera terræ,
Siccavit totum quicquid madefecerat humor.
Invenit fontem qui præbet dona ſalutis.
Hæc curavit Mercurius Levita fidelis.

NOT. Vide Romæ ſubterraneæ Edit. p. 144. ubi plurima hujus argumenti ex *Actis* Damaſi congeſta reperies.



Digitized by Google

### 1. *Ad fontes in Eccl. S. Pet.*

Non haec humanis opibus, non arte magiſtra,
Sed præſtante Petro, cui tradita janua caeli eſt,
Antiſtes XPI. compoſuit Damaſus.
Una Petri ſedes, unum verúmque Lavacrum,
Vincula nulla teneat. Agathus votum ſolvit.

NOT. Quænam illa ſint quæ compoſuit Damaſus, *ſine arte & ope humanâ*, & tamen *præſtitit S. Petrus*, planè ignoro. Hoc unum ſcio, plures & diverſas Inſcriptiones in unam malè coaluiſſe quam ſæpiſſime. Quod hoc in loco accidiſſe ſuſpicor. Sæpe etiam aras, cippos, & tabellas ſaxeas & marmoreas, quibus diverſa inſcribebantur, loco ſuo dimoverunt homines barbari & Sacrilegi, & in ædibus, porticibus, muris, aliiſque conſtruendis promiſcue uſi ſunt; ita ut aliquando, forte fortuna, *Turpiter atrum Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne*, h. e. ut una inſcriptionis pars, & bella ſit, & per ſe integra, ſed cum aliâ nec bellâ forſan, nec integrâ, malè conjuncta: quod ſæpe ſæpius obſervavi.

### 2. *

Sanctorum, quicunque legis, venerare Sepulcrum,
Nomina nec numerum potuit retinere vetuſtas.
Ornavit Damaſus tumulum, cognoſcite, Rector,
Pro reditu cleri XPO praeſtante triumphans,
Martyribus ſanctis reddit ſua vota ſacerdos.

NOT. V. 4. *Pro reditu cleri*; Grave erat Schiſma inter Damaſum & Urſicinum, adeo ut in contentione ambitioſâ 137 homines perirent: Victoria à partibus Damaſi ſtetit, qui forſitan ob pacem recuperatam, & Cleri in unionem reditum, hæc, in Martyrum obſequium, ornamenta contulit.

### 3. *

Hic habitaſſe prius ſanctos cognoſcere debes,
Nomina quiſque Petri pariter Paulique requiris,
Diſcipulos oriens miſit, quod ſponte fatemur;
Sanguinis ob meritum XPM per aſtra ſecuti,
Aetherios petiere ſinus, regnaque Piorum.
Roma ſuos potius meruit defendere cives,
Hæc Damaſus veſtras referat nova ſidera laudes.



Digitized by Google

### 1. *In Placentia.*

Si meritis jacentum piis laus datur Sepulcri,
Hic tumulus laudandus manetque funere tanto
Inclitus Confeſſor Dei Damianus beavit;
Civiumque lumen extitit, & gloria vatum,
Induſtria et cujus martyr Nazarius aulam
Meruit quam ambit claritas egregius iſtam;
Gaudeat namque ſpecus munus mirabile nactus,
Reboans et laeta ſibimet tripudia cantet,
Quo tenet anguſto magni ſinuamine membra
Praeſulis, quem dono ſapientia expers abunde
Cluere prae omnibus maluit quos ſinus enutrit
Liguriae, et gignunt quoſquos Athenea rura;
Quam praerogativa vatis divino munere data,
Non ullo ſupercilio fuit non typho peruſus
Sed humili geſtabat mente caeleſtia dona .
Nec ſecum poſſet caeteris praeponere niſus
Eccleſiae in arce fugiens, attamen coactus
Sumpſit Sacerdotium,et verba myſtica plebi,
Ut bonus Paſtor erogans, Ticinenſem cathedram
Decoravit moribus, cujus et ſtudium ingens
Fundamenta erecta uſque ad faſtigia fantur,
Domus Epiſcopia, et Thermarumque vapores,
Ut geminas dilueret cultu proprio ſordes,
Corporum per aquas, animae placabilia ſacra
Hinc digreſſus, abiit ſuperis jungendus in aſtra
Caetibus,et regno fruitur cum Dño Xro.

NOT. Lege V. 2. manet, quem. . . . . . V. 13. *Quâ* pro *quam.* V. 14. Typho i. e. faſtu & arrogantia. V. 15. Lege--nec ſe, cum poſſet çeteris præponere niſus.

### 2. *

Hanc Decoratus opem ſubducta luce petivit,
  Conderet exiguo ut ſua membra ſolo.
Hinc Spolitane gemis, pateris hinc damna Viator,
Incaſſum quærens qui ferat auxilium.

Nam

Digitized by Google

Nam feſſis tribuit requiem, miſeroſque levavit,
  Juſtitiæ Cultor largus, et hoſpes erat.
Faſcibus inſignis, generis nec ſtemmate pejor,
  Hic lumen Patriæ, hic decus omne fuit.

### 1. *Verſus in quadam Eccleſ. Papiæ.*

Perdiderat proprium ſacræ quem præminet arcæ
  Tecta vetuſtatis ſyrmate concha diem
Sed moderante pio cognato et conjuge celſis
  Saepta Deſiderio omne creantis ope
A modico dictus devoto corde miniſter
  Lapſa novans compſit, quæ novitate placent.

NOT. Concha pars ædis ſacræ, in qua ſacra myſteria peraguntur, et ubi ſtat altare; ſic dicta quòd quâ parte eſt θυσιαστήριον ſeu Βῆμα, quidam in hemicylindri formam effingatur receſſus, qui ſupernè in Conchæ figuram clauditur. Reliqua non aſſequor.

### 2.

Sacra Diogeniæ clauduntur membra ſepulcro,
  Quæ viduata viro, vixit amica Deo
Hanc poſt luſtra decem, recipis dulciſſime Conjunx.
  Depoſitam XPS quam tibi reddit habes.
Læta ſuis lacrimis, jejuno corpora paſta,
  Prodiga pauperibus, nam ſibi parca nimis.
Nec ſatis iſta putans, eadem poſt fata reliquit,
  Vinceret ut mortem perpetuavit opus.

### 3. *Romæ.*

Hic furor hoſtilis Templum violavit iniquus,
  Cum premeret vallo maenia ſepta Getes.
Nullius hoc potuit temeraria dextera gentis
  Haec modo permiſſa eſt quod peritura fuit.
Nil gravat hoc tumulo ſanctorum peſſimus hoſtis,
  Materiam potius repperit alma fides.
In melius ſiquidem reparato fulget honore,
  Cum ſcelere hoſtili crevit amor tumulis

Suſcipe nunc gratus devotae munera mentis
Diogenes Martyr cui dedit iſta volens.
Quiſquis ad hoc templum petiturus dona recurrat,
Spes tibi ſit, larga eſt munere vera fides.

NOT. Roma erat capta ab Alarico, A. D. 410. Genſerico 455. Ricimere 472. Totila 546. Alaricus Chriſtianis Eccleſiis pepercit, Gentilium fanis non ita. Totila modeſte ſatis victoriâ ſuâ uſus eſt. De Genſerici ergo vel Ricemeris Urbis direptione hoc carmen loquitur, utrâque ſæviſſimâ, & Barbaris omninò dignâ.

1. *

Quam male ſors læti confundit proſpera vitæ,
Ut citius terris quod placet eripiat!
Protulerant juvenem cœleſti munere ſæcla
Cui pietas fidei gratia comis erat,
Juſtitia clarum, meritis animoque beatum,
Moribus eximiis, nobilitate probum.
Sed breve tempus habet munus quodcunq. Deorum,
Invida Domitium fata tulere ſibi.
Communis, ſapiens, humilis, moderatus, honeſtus,
Credere vix poſſis iſta potens habui.

NOT. Lege verſ. 1. *lethi*. V. ult. *habuit*.

2. *

Hic Levita jacet Dionyſius artis honeſtæ,
Functus et officio quod medicina dedit.
Hujus dogma manus famæ dulcedine capta
Diſpexit pretii ſordida lucra ſequi.
Sæpe ſalutis opus pietatis munere juvit,
Dum refovet tenues dextera larga viros.
Obtulit ægrotis venientibus omnia gratis,
Implevit factis quod docuit monitis.
Laudibus ætheriis famulatus mente fideli.
Deſtitit illicitis actibus eſſe reus.
Amiſſis opibus robur non perdidit ullum,
Quo patiens prædæ tempore dives erat.

Ars

Digitized by Google

Ars veneranda fidem, fidei decus extulit artem,
Hæc ſtudii titulos, altera mentis habet.
Civibus ac ſociis qualis fuit, inde probatur,
Quem potuit victor hoſtis amare ſuus.
Poſtquam Romana captus diſceſſit ab urbe,
Mox ſibi jam DNS ſubdidit arte Getas.
Os cervis manibus vittam committere fecit
Quorum mortiferos pertulit ante metus.

NOT. Leg. V. 3. Hujus *docta* manus. V. 8. *factis*, i. e. cum Levita ſeu Diaconus, eſſet Dionyſius, cujus officii partes erant *pauperes exquirere, ad eleemoſynas faciendas hortari divites & egenis miniſtrare.* Ille omnes muneris ſui partes explevit, & quod alios *monitis docuit*, ipſe *factis* implevit *ſuis*. Idem ſonant verſus proximè ſequentes, laudavit Deum ore, opereque; nec amiſſis opibus perdidit animi vires firmitatemque, ſed dives (animi divitiis) erat ipſo temporis articulo, quo prædæ patiens erat, i. e. cum Prædatores Getæ ſpoliarent, & abriperent omnia. Verſus poſtremos ſic lege: *Hos ſervis manibus vitam committere fecit*, & intellige, Deus fecit Getas committere vitam ſuam ſervis manibus (i. e. Dionyſio Captivo ſalutem ſuam crediderunt hoſtes) cùm tamen anteà horum Getarum metus mortiferos pertulerat Dionyſius. Quid majus fidei & amoris indicium eſſe ſeu dari poteſt quàm vitam tuam illius manibus committere, cui metum mortis paulo antea injeciſti? Idem fecit M. Alexander Philippo medico ſuo, veneficii criminis antea inſimulato, totúmque quem paraverat Philippus hauſtum inexploratum ebibit. Ut apud Curtium videre eſt.

1. *Romæ.*

Hic poſitus eſt benemeritus El. . . . . . .
Veſtitor Imperatoris qui vix. . . . . . . .
Depoſitus D. VIIII. Kal. Septembr.
Domini Honori Aug. VI. Coſſ.

NOT. A. D. 404. leg. Elpidius.

2. *Cæm. Calliſti.*

Epipodius et Amonia Parentes Domitio Filio benemerenti. qui vixit annis VIIII. menſes XI, Dies XIV. deceſſit VII. idus Octobris in pace.

1. Cæm.

Digitized by Google

1. *Cœm. Oſtriano.*

Miræ innocentiæ anima dulcis Emilianus qui vixit anno uno menſ. VII. D. XVIIII. dormit in pace.

2. *Via Latina.*

Dep. Eraclies. V. Idus. Sept. dormit in pace.

3. *Romæ.*

Erotiane. in. pace

4. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Locus Eracli

5. *Cœm. Priſcillæ.*

Eros Hilaræ Bidue fecit.

6. *Via Allob.*

Eventi. in. pace.

7. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Eugenio benemerenti in pace. q. v.

8. *Cœm. Priſcillæ.*

Ηευμηερου θυγατει Αγαπητη ετων Ε γονεις Εποιησαν.

9. *Ibid.*

Eupliæ Kar

10. *Veronæ.*

Hic. requieſcunt. in. pace. corpora. Sanctorum. Euprepii. et. Cricini. Epiſcoporum.



Digitized by Google

1. *In Vaticano Cœmit. marmor barbarum ſæculi ſexti.*

+ Deputavimus in iſta ſepultura noſtra ex T M Pagin mi ad oblationes vel luminaria noſtra. Orti Tranſtiberini uncias ſex foris muros juxta Porta Portuenſe quod fuit ex jure qd̄ Micini Cancel in lurbs P D. Patris MEH.

+ Sepulcrum Eugenii Not. cum ſuis.

Impia mors rapiens teneris te nate ſub annis
Invidit meritis creſcere magna tuis
Te florare decus primo cum carmine cepto
Doctorum Doctor vidit et obitipuit
Viciſti priſcos longæva ætate parentes
Annis parve quidem ſed gravitate ſenex
Non luxus tibi cura fuit non gratia ponpæ
Doctiloquum cupidus carminis ardor eras
Tu meritis ornate tuis monumenta relinquis
Quæ recolens ſemper ſit ſine ſine dolor
Morte tua genetrix optavit ſumere mortem
Se quoque felicem ſi potiretur ait
Ter denos primum quam Luna reſumeret ignes
Conjunxit membris membra ſepulta tuis
Nunc commune nobis Cuſtus tu ſerva ſepul-
chrum
Quæ nos hæc tecum mox teget Orna ſimul.

+ Dep. eſt Boetius. Cl. P. Oct. Kal. Nobr̄. Indict. XI. Imp. Dom. N. Juſtino. PP. Aug. ann. XII. et Tiberio Conſt. Caes. ann. III. dep. eſt. in. pac. Argentea. Mat. ſ̄ſ. XIII. Kal. Decemb. Qui. SS. Boetius, vixit. ann. XI. M. IX. D. XXIII. et. Mat. ejus. vixit. ann. XXXVI. M. II. D. XII.

NOT. A. D. 578. Tiberio Conſtantino Cæſare, ann. 4. Cæſar enim factus eſt, Septemb. 7. A. D. 574.

+ Set quatuor uncias fundi Eucarpiani quod eſt conſtitum juxta Scm̄ Cyprianum via Labicana inter affines fundi Capitiniani juris Scē Eccl. Rom. Sed et fundi Flaviani juris publici juxta Sabinianum explicit.

2. *Augleria.*

Eutreptus. Juſtus. biſſenos. curſibus. annos.
Egit. at. ante. diem. mors. Illum. merſit. acerbo
Funere. nec. potuit. cuiquam. ſuperare. ſuorum
D P. D. N. Anaſtaſio. agen. . . . .

1. *Sub*

Digitized by Google

1. *Sub imaginibus SS. Marcellini & Petri, in pariete.*

Euſtathius humilis Peccator
Servitor
B. Marcellini Martyris.

NOT. Reliqua vetuſtate deleta ſunt, in alio vero latere.

Die. IIII. T. Sci. MILIX. N. Maii

2. *Baſilica D. Pauli via Oſt.*

Hic pax quieſcit Eucariduf. Scut. Scol. Secund. qui militavet ann. p. m. XGIII. Biarcus. vixit ann. p. m. XXXV. depoſitus. diae. pridiae. idus. Junias. Z.

NOT. *Eucaridus vel Leuparidius Scutarius Schola ſecunda militavit ann.* XVIII. Biarchus, Vivandarius, Proviſor annonæ. Scutarius Scutorum fabricator.

3. *Treveris.*

Ενθα. κειται, Ευσεβια. εν. ειρηνηι. ουσα. Ιεροκωμητις. απο. Κωμης. Αδδανων. Ζησασα. μικρον. προς. ετων Ι Ε. εν, υπατεια. Ονωριου. το. Η και. Κωνσταντινου. το. Α. μηνι. Πανημου. Ι Β. ημερα. κι. Β. εν. ειρηνη.

NOT. Faſti Conſ. ponunt Conſulatum Octavum cum Theodoſii Jun. Aug. III. A. D. 409. Conſulatum autem primum Conſtantini cum Conſtante, A. D. 414. ponunt verò Honor. Aug. XI. Conſtant. II. A. D. 417. nec ante in Conſulatu junguntur. De Conſtantino Tyranno intelligit Sirmondus.

4. *Cœm. S. Saturnini.*

Ιρ Ονησιμος. Sacerdos Euſtachius.

5. *Baſilica S. Pet.*

Euſtachius ſe Vibo fecit.

1. *Cœm.*

Digitized by Google

1. *Cœm. D. Agnetis.*

Eutyches. ſorore. Patriciæ. benemerenti. q. b. ann. XXX.

2. *Cœm. Calliſti.*

Eutycei Benemerente.

3. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Benemerenti Exuperio. qui. vixſit. annis. III. Deceſſit. Decenbris. III. Kal.

4. *Cœm. Via Salaria in labro Sepulchri.*

Expectate Refrigeria.

5. *Cœm. Calliſti.*

Exuperantia in pace peta Spono Felix. . . . . . perantius Felix in pace.

6. *Cœm. S. Agnet.*

Exuperantia. d. XV. Kal. Sept. hic. depoſita eſt. in. pace. Rome. quæ. vixit. p. m. menſes III. Conſ. Fauſti. Jun. S. D. V. Id. Januarias.

NOT. A. D. 490, vel 502.

7. *In Civitate Mediolano, in Eccl. S. Teclæ.*

Priſca redivivis conſurgunt culmina templis,
In formam rediere ſuam quae flamma crearat.
Reddidit haec votis XPI. qui templa novavit.
Euſebii meritis noxia flamma perit.

8. *

Eutychius Martyr crudelia juſſa Tyranni,
Carnificumque vias pariter tunc mille nocendi,
Vincere quod potuit, monſtravit gloria XPI:
Carceris inluviem ſequitur nova poena per artus,

Teſtarum

Teſtarum fragmenta parant ne ſomnus adiret,
Biſſeni tranſiere dies, alimenta negantur.
Mittitur in Baratrum, Sanctus lavat omnia ſanguis
Vulnera quæ tulerat, turbant inſomnia mentem;
Oſtendit latebra inſontis quæ membra teneret,
Quæritur, inventus colitur, fovet omnia, præſtat.
Expreſſit Damaſus meritum, venerare ſepulcrum.

NOT. Aliter habent Rom. Subterr. Editores. *Vulnera quæ tulerat mortis metuenda poteſtas Nocte ſoporifera turbant inſomnia mentem.*

1. *Romæ.*

Quod. dulcis. nati. quod. cara. pignora. præſtant
Continet. hic. tumulus. membra. qui. parva. retentat
Dolorem. ſine. fine. dedit. Felicitas. iſto
Clauditur. infelix. falſo. cognomine. dicta
Nam. cui. prima. dies. in. lucem. protulit. annus
Quattuor. et. male. cum. quintum. ſumeret. ortum.
Abſtulit: atra. dies. et. funere. merſit. acervo
Hæc. mater. et. genitor. conſcribunt. carmina. buſto
Quo. legenti. ſimul. redeat. ſub. corde. figura
Et. ſicato. ſæpe. madeſcant. lumina. fletu.
Sic. medicatur. amor. nec. curant. carmina. manes.

Dep. in. p. die. Kal. Julias. D. N. Theodoſio. Aug.
et Fl. Rumorido. V. C. Conſſ.

NOT. A. D. 403. barbarè & inconditè ſcriptum eſt, ſed tamen aliquod eſt quod legentem moveat urgeatque.

2. *Cœm. Priſcillæ.*

Fautina que vixi annus tres et meſibus tres et dies XIII. in. pace.

3. *Ibid.*

Fili. Patri. benemerenti. fecerunt. in. pace. Fauſtino. qui. bixit. annis. L. D. XXX. oras. G.

NOT. Horas V.

1. *Cœm.*

1. *Cœm. D. Agnetis.*

Dulciſſimo. Filio. Fauſtino: Pater. ſibi. et. Filio. ſuo. fecit. qui. vixit. ann. XVII. M. II. D. XVI. Dp. XV. K. Maias. benemerenti in pace

2. *Verona.*

D. M.

Feliciani. Veronen. mihimet. Felicianus. Sacrum. Conſt. Qui. inquietus. vivus. nunc. tandem. mortuus. non. lubens. quieſco. ſolus. cur. ſim. quæris. ut. in. die. Cenſorio. ſine. impedimento. facilius. reſurgam.

NOT. Cave ne antiquam hanc inſcriptionem duxeris. Floruit enim Felicianus Veronenſ. circa A. D. 1463. & mirus in fingendis inſcriptionibus quæ vetuſtatem præ ſe ferrent, erat artifex, & hoc ingenii, inter alia, dedit ſpecimen.

3. *In Baſilica S. Pauli via Oſtienſi.*

Presbyter hic placida Felix in pace quieſcit
Cujus pura fides probitas vigilantia. . . . .
Pontificum claro placuit ſic nota Leoni
Poſt lapſum ut reparans venerandi culmina templi
Huic oneris tanti renova. . . . . . .

Depoſitus VII. idus Maias. Leone Aug. III. Martius Dulcis vixit ann. III. M. VI.

NOT. 466. Sub Leone Primo ejus nominis Papa, qui Baſilicæ D. Pauli inſtaurationem, Felici noſtro, & Adeodato (de quo ſupra) commiſit, ſicuti teſtatur ſequens inſcriptio, olim in Porticu, nunc intra ipſam Baſilicam.

4.

Exultate pii lacrymis in gaudia verſis
 Et Protectori reddite vota Deo,
Cujus ſic tenuit reſolutum dextera tecum,
 In vacuum ut caderet tanta ruina ſolum,

Solum

Digitized by Google

Solum ut invidiæ Princeps tormenta ſubiret
Qui nullum ex ampla ſtrage tulit ſpolium.
Nam potiora nitent reparati culmina templi,
Et ſumpſit vires firmior aula novas
Dum Chriſti Antiſtes cunctis Leo partibus ædes
Conſulit et celeri tecta reformat ope.
Doctorem ut mundi Paulum plebs ſancta Beatum
Intrepide ſolitis excolat officiis
Laus iſta Felix reſpicit te Presbyter
Nec te Levita Adeodate præterit
Quorum fidelis atque pervigil labor
Decus omne tectis, ut redderet, inſtitit.

NOT. Adeodatus depoſitus eſt A. D. 474. Et hæc Inſcriptio poſt illius mortem facta eſt.

1. *Cœm. Calliſti.*

Feliciſſimo. Filio. dulciſſimo. qui. b. ann. G. D. IXX. D.

2. *Ibid.*

Felicitas ſibi et viro ſuo in pace.

3. *Ibid.*

Felicitas. Natali Filio cariſſimo. qui vixit annos XXIIII.

4. *Baſil. S. Pauli v. Oſt.*

Locus. Felicitates.

5. *Nolæ.*

Dep. Sanc. Felicis. Epiſc. V. id. Feb. Poſ. Conſ. Fauſti. V. C.

NOT. A. D. 483.

1. *Romæ,*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Deps. Felix. Diac. V. id. Martias. Theodoſio. XV. et. Pld Valentiniano. IIII. AA. VV. CC. Con. SS.

NOT. A. D. 435. non 431. ut Aringhus, Pld. pro Placidio.

2. *Apud S. Agnet.*

Feliciſſima Filomelo Conjugi Dulciſſimo qui vixit me: cum annos tres. M. octo:

3. *Cœm. Calliſti.*

Feliciſſima. P. K.

4. *Ravennæ.*

Hic. tumulus. clauſum. ſervat. corpus. Domini. Felicis ſanctiſſimi. ac. ter. beatiſſimi. Archiepiſcopi.

5. *Romæ.*

Pax. tecum. Felix:
Κοαρτανη. Κοτυλου. Νυμφη.
Κειται, Ζησας. ητη. τεσσαρακοντα.
Celeſtina. CPiſtino Filio.

6. *Apud Agn.*

Flabiæ Alexandria. F. C. F.

NOT. C. F. curavit fieri.

7. *:

Filippo et Sallia Conſ.
Fl. Severine. Co. ſuæ. D. IX. K. Aug.

NOT. A. D. 348.

1. *Baſilica D. Pauli. V. Oſtienſi.*

Hic requieſcit in pace. Fl. Celerinus. V. D. Scriniarius inl. Patriciæ Sedis Dep. IIII. id. Novemb. qui vixit ann. XXXIII. Pl. M. Dn. Pl. Valentiniano. VII. et Avieno. V. C. Coſſ.

NOT. A. D. 450. Viris Togatis, Scriniariis, & Libellenſibus, qui miniſtrabant illuſtribus ſedibus, tribuebatur ſolenne nomen *Devotorum* quod neſcivit Aringhus, qui V D. exponit per Virum Doctum.

2. *Cœm. Priſcillæ.*

Flavio. Italo. innocentiſſimo Puero.

3. *Baſ. S. Pet. in Vatic.*

Fl. Maximo VC. Con. . . . . .
Conceſſum lecum Pe . . . . Rome ex Trb volupt. . . :
et Conjugi ejus Johan. . . . . . Papa Hormiſda et Tra. . . . .
Prapſt. Baſc. Beati Petri.

NOT. Pl. Max. Coſ. erat. A. D. 523. quo anno P. Hormiſda obiit. Theatrales functiones, ſpectaculorum editiones, & alia ejus generis, *voluptates* conſtanter appellari ab antiquis animadvertit Juretus, in notis lib. 2. ep. Symmachi, Ep. 46. Tib. Claudius Aug. novum inſtituit officium. *A voluptatibus*, quæ cura Præfecto-Urbi antea commiſſa fuerat. In quinto ſæculo *Tribuni voluptatum* appellari cœperunt, extat Formula ejus officii apud Caſſiod. lib. 7. ep. 10.

4. *Brixiæ.*

B. M. in Pace.
Flaniggo. Scutarius. Scola. tercia. qui. vix. ann. L. M. XV.
militavit ann. VI.
Cognatus. dulciſſ. Sororio. Amantiſſimo.

5. *Salonæ.*

Fl. Fidetius. ex. Comitibus. hic. depoſitus. eſt. vix. ann. XX.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Felix. vita. viri. felicior. exitus. ipſe.
Catani. creſcat. ſemper. per. ſæcula. nomen
Neſcit. fama. mori. ſed. ſemper. vibit. ubique
Advenit. Hoſpes. Princeps. Romanus. ad. urbem
Qui. fuit. hic. primum. Juriſconſultus. amicus.

Quieſcit. in. pace. depoſitum. quarto. nonas. Auguſtas. Flavio. Philippo. et. Flavio. Sallea. Conſulibus. Pater. Servatius. fecit.

NOT. A. D. 348.

2. *Tolentini, in æde S. Cathar.*

Fl. Catervius. V. C. Ex-P F. Præt. qui. vixit. cum. Septimia. Severina. C. F. dulciſſima. Conjuge. annis. XVI. minus. D. XIII. quievit. in. pace. annor. LVI. dier. XVIII. XVI. Kal. Nob. depoſitus eſt. III. Kal. Dec. Septimia. Severina. C. F. Marito: dulciſſ. ac. ſibi. Sarcophagum et Pantheum cum Tricoro diſpoſuit ac perfecit.

NOT. Tricorum, τρίχωρον eſt, cujus abſis tres habet ſinuatos receſſus: ædificium tribus punctis vel pinnis aſſurgens, aut trium cubiculorum capax, inquit Joſ. Laurentius in Amalthæa Onomaſtica.

3. *Cœm. Calliſti.*

Florenti in pace.

4. *In Altari Sabariæ.*

Hic. poſitus. eſt. Florentinus. infans. qui. vixit. ann. ſeptem. et. requiem. adcepit. in. Deo. Patre. noſtro. et. Chriſto. ejus.

5. *Romæ.*

Fortunatus. Pater. fecit.
Froctoſe. Filiæ. dulciſſimæ. et. cariſſimæ. deceſſit. ann. XIII.

 1. *Dertonæ.*

Digitized by Google

1. *Dertonæ.*

B. M.

Fl. Roccaſa. in. loco. quieſcit. quæ. vixit. ann. XXII. M. VIII. D. X. Florentinus. contra. votum. poſuit.

2. *Chiuren.*

Θεοις πρεσβιτερος φονα.

NOT. Forte Θεοις πρεσβυτερου φωνα.

3. *Cæmet. S. Cyriacæ.*

Fortunato. benemerenti in pace Depoſitus. XII. K. Nov. Fotrnna XI. K. Nov.

4. *Cæm. Priſcillæ.*

Florentiæ. Pientiſſimus. Conjugi. ſuæ. benemerenti Q. V. ann. XLG. M. X. D. X.

5. *Cæm. V. Noment.*

Fortunoni benemerenti qui vixit annis XVI. M. V. D. XV.
Fecerun. Domini ſui in pace.

6. *Cæm. S. Cyr.*

VI. Kalendas. Auguſtas.
Fortunula depoſita.

7. *Cæm. V. Tiburtinæ.*

Fructuoſe benemerenti que mecu bixit anno XV. et menſes duos in pace.

8. *Lugduni in front. Eccleſ. S. Romani.*

Templi factores fuerant Fredaldus et Uxor
Marturis egregii quod conſtat honore Romani
Illius ut PC beque antur ſede p. . enne. . . .

NOT. Legit J. Sponius, *Illius ut precibus recreentur ſede perenni.* V. 3. Sæculi autem. quinti aut ſexti.

1. *Brixiæ.*

Digitized by Google

1: *Brixiæ.*

Fauſtino et Jovitæ Martyribus Victor Maurus ex voto poſuit menſam Civibus ſuis.

2. *In Laterano, in Throno, Romæ.*

Fl. Felix. V. C. Magiſter. utriuſque. Militiæ
Patricius. et. Conſ. Ord. et. Paduſia. ejus. Inl.
Femina. voti. compotes. de. proprio. fecerunt.

NOT. Idatius in Chron. ad initium Imperii Valentiniani III. ait: *Felix Patricius ordinatur, ex Magiſtro Militum.* Legit Hen. Noris V. Cl. V. 2. *Ex Conſ. & Panduſa.* Sed certe non apud Gruterum. *Fl. Felix* Conſul erat cum *Tauro*, A. D. 428. Sed an noſter erat haud conſtat.

3. *In Eccl. S. Petri, Romæ.*

Certa fides juſtis cœleſtia regna patere,
  Antiſtes Felix quæ modo lætus habet.
Prælatus multis humili pietate ſuperbus,
  Promeruit celſum ſimplicitate locum.
Pauperibus largus, miſeris ſolatia præſtans,
  Sedis Apoſtolicæ creſcere fecit opes.

NOT. De Felice IV. qui obiit 530. V. 3. leg. ſuperbis.

4. *In S. Stephan. Romæ.*

Opus quod Baſilicæ Beati Martyris Stephani
Defuit à Johanne Epo. marmoribus inchoatum,
Juvante DNO Felix Papa addito Muſivo
Splendore, ſanctae plebi Dei perfecit.

NOT. Johannes I. ob. 526. cui ſucceſſit Felix IV. de quo & ſequens Inſcriptio, de re eadem, & verbis pene iiſdem, in eodem loco loco ponitur.

1.

D̄N̄Ō juvante Felix E̅P̅S̅ Dei Famulus
Forum Baſilicæ Beati Martyris
Stephani Muſivo et marmoribus decoravit.

NOT. Opus Muſivum eſt opus teſſellatum, i. e. teſſellis marmoreis variegatum. Nec tamen ex marmoribus tantùm, ſed ex lapillis vitreis omnium colorum, hinc opifices *Muſivarii* dicti ſunt, & iſta ars *Muſivaria*. Diſtinguit Car. du Freſne V. Doctiſſ. artem *Muſivariam*, & artifices *Muſivarios* ab arte *quadrataria* & artificibus *quadratariis* & *priorem*, arcus, apſides, & parietes ſpectare, *poſteriorem* vero pavimenta tantùm. Ψῆφος utrumque. *Forum Baſilicæ*, eſt *Atrium*, vel *Navis Eccleſiæ*.

2. *In Trono SS. Mart. Coſmæ & Damiani, Romæ.*

Aula Dei claris radiat ſpecioſa metallis
In qua plus fidei lux precioſa micat.
Martyribus Medicis populo ſpes certa ſalutis
Venit et ex ſacro crevit honore locus
Obtulit hoc Domino Felix, Antiſtite dignum
Munus, ut aetheria vivat in arce poli.

NOT. Fidem ex Operibus non ſolum bonis, ſed magnificis, metiebantur olim Chriſtiani imprudentes: & eo tandem excreverit iſtiuſmodi fides, pietaſque (probante interea, aut tacente ſaltem Clero) ut munera, donationes, aliaque id generis in Monachos, Eccleſias, & Clericos officia, pro *toto* (quod vulgò dicitur) *Chriſtianitatis*, haberentur: Error profectò gravis, & reprehenſione dignus! Sed humanior paulo, & multum æquior hodierno heſternoque inter Noſtrates illo, quo in impiam & ſacrilegam omnium rerum ſacrarum direptionem cæci & furibundi involabant, involantque. V. 3. Martyres Medici ſunt Coſmas & Damianus, qui Anargyri dicti ſunt, quia rem Medicam gratìs exercebant. Paſſi ſunt ſub Diocletiano circa ann 285. & ſummo in honore apud Græcos habentur qui multa de Illis mirabilia finxerunt, & Latinos Fidejuſſores ſuos habent. V. 5. Felix, forſan ejus nominis Quartus, qui obiit 530.

3. *

O ſemel atque iterum vero de nomine Felix,
Qui intemerata fide, contempto Principe mundi,
Confeſſus

Digitized by Google

Confeſſus XPM, caeleſtia regna petiſti,
O verè pretioſa fides, cognoſcite Fratres.
Qui ad caelum victor pariter properavit Adauctus
Presbyter is verus, Damaſo Rectore jubente,
Compoſuit tumulum, Sanctorum limina adorans.

NOT. Lege V. 5. *Quâ*, i.e. fide.

1. *

Florentina mihi quondam dulciſſima Conjunx,
Et toto penitus pectore fixa meo;
Te pudor, & probitas, caram fecere marito,
Conſervanſque toros inviolata fides.
Militiæ ſtudiis ſecura mente vacavi,
Creveruntque mei te moderante lares.
Nunc tua deſerti quærunt ſolatia nati,
Ingemit & triſtis te moriente domus.
Suſcipe quapropter carmen ferale Boniti,
Quod mihi luctificum eſt, ſed tibi dulce nimis.

2. *

Quanquam Patricio clarus de germine Conſul,
Inluſtres trabeas nobilitate tuas:
Plus tamen ad meritum creſcit, quòd morte beata
Martyris effuſo ſanguine nomen habes.
Adjunctuſque Deo, tota quem mente petiſti,
Adſertor XPI ſidera jure coles.
Sit precor acceptum quòd poſt diſpendia belli,
In melius Famulus reſtituere Florus.

3. *In Baſilica S. Petri vetere.*

Gabinia Gaudentia H. F. in qua fuit immutabilis caſtitas improbiſſima verecundia incomparabilis innocentia perpetua quieſcit in pace que vixit ann. XVIII. M. XI. D. XXI. Varius Victor Conjugi B. M. D. XII. Kal. Auguſt.

NOT. In alia Inſcript. dicta eſt Cilinia Campetia.



Digitized by Google

1. *Cœm. S. Agnetis.*

ΘHG VΩPꝺHAΥVGV ꝽλλHE PVPGHVGVVV
ΛΑΤVGΙΓΡΩΦΗꝺ CVM ΦΑΜΗλΗΑ ΤωΤΑ
QVHE GCVPT HP ΠΑΚΕ
yΘΦΗλΑ ΑΡCΗλλΑ ΦΕCΗΤ.

NOT. Characteribus barbaris inſcriptum lapidem ſic interpretatur Aringhus [*Hic Gordianus Galliæ nuncius jugulatus pro fide cum familia tota quieſcunt in pace Theophila ancilla fecit.*] Et exponit *Nuncium* de Oratore ſeu legato: & Gordianum à Provincialibus Galliis miſſum ad Imp. legatum, pro ſedandis bellorum tumultibus, vel reprimenda quam novus Præſes moliebatur, perſecutione, fuiſſe. Sed divinare illum verius quam docere, credit Reyneſius, qui Gordianum Galli Eunuchum legendum credit, de Cubiculario Galli Cæſaris exponens. Et hunc Gordianum illum eſſe fortaſſe Vicarium & Martyrem, cujus uxorem Marinam Julianus Imp. in pago quodam, quem *Aquas Salvias* vocant, Ruſticorum ſervituti addici præcepit, ut ea ſervitute opprimeretur.

2. *Romæ.*

Martyris hic tumulus magno ſub vertice montis
Gorgonium retinet, ſervat qui altaria Chriſti
Hic quicunque venis Sanctorum limina querens
Invenies vicina in ſede habitare beatos
Ad cœlum pariter pietas quos vexit ovantes
Damaſii Epiſcopi.

NOT. Hic Gorgonius cum Dorotheo Diocletiani Imp. Cubicularii ambo, ab ipſo juſſi ſunt primo ſuſpendi, exinde viſceribus pelle nudatis, aceto & ſale perfundi, ſicque in craticula aſſari, atque ad ultimum laqueo necari. Paſſi ſunt, A. D. 303. Nicomediæ.

3. *Romæ.*

Galeriæ. Agapeni. que. dormit in pace. dep. III. id. Aug.

4. *Treveris.*

Hic. jacet. Galla. quæ. vixit. ann. X. D. XXX. titulum: poſuerunt. Martyrius: et. Sylvia. in. pace.

1.

Digitized by Google

1. *.

Gaudioſa depoſita in Baſilica Domni Felicis.

2. *Neapoli.*

Hic. requieſcit. in pace. S. Gaudioſus. Epiſc. qui. vixit. annis. . . . Die. VI. Kal. Nov. . . . . . . . . . Conſ. . . . indict. VI.

NOT. Fuit hic Gaudioſus Bitiſenſis vel Byzacenſis Epiſcopus, Africanus, Exul Neapoli ob furorem Genſerici Vandali, A. D. 439. vid. Baron. Mart. Octob. 28. Si autem indictio VI. vere notatur, depoſitus eſt Gaudioſus A. D. 453: Opilione, & Vincomalo Coſſ. vel A. D. 468. Anthemio Aug. II. Coſſ. ſine Collega.

3. *Cæm. V. Noment.*

Gavius Leo Filio Incomparavili Pompeio. q. vix. ann. VI. et D. P. M. V. K. Dec.

4. *Cæm. V. Appia.*

D Gavin. Val. Scolaſtice.
E Innocentiſſime. q. v. ann.
P Val. Scolaſticus et Gavinia
X Parentes Filiæ dulciſſimæ.
V

5. *Cæm. Prætextati.*

Gaudentia in pace.

6. *Cæm. S. Cyriacæ.*

Locus Gemellinæ que vix. annos XXVIII. XII. Cal. Mai. Cos. Mero.

NOT. Merobaude cum Gratiano IV. A. D. 377.

7. *Romæ.*

Grania Bona.



Digitized by Google

1. *Cœm. Calliſti.*

Geminæ Conjugi Severus quæ vixit annos XX. menſes duo. quæ fecit cum Marito annos II.

2. *Cœm. Priſcillæ.*

Generoſa Conjugi ſuo Filoſtorgo qui bixit. an. octoginta.

3.

Generoſus Enuchus depoſitus in pace VII. id. Octob. Boetio. V C. Conſ.

NOT. A. D. 487. vel 510.

4. *Cœm. S. Agn.*

Locus Geronti Presb.
Depoſitus XIIII. Kal. Jul.
Conſ. Eparchi Aviti

NOT. Sirmondus anum deſignat. A. D. 456.

5. *Cœm. Calliſti.*

Ε καλαν Νοενβ. εκοιμηθη Γοργονιος
πασι φιλος και ουδενι εχθρος.

6. *Cœm. Priſcillæ.*

Gregori Silicia Fauſtin. vixit ann. IIII. M. V. Die uno

7. *In Eccleſ. S. Joh. in Lat.*

Gallus Anaſtaſiæ Natus, decus addidit aulae,
Quod proſit meritis illius atque ſuis.
Munus ut grate ſumat divina poteſtas,
Efficiet Petrus, Regia clauſtra tenens.

1.

Digitized by Google

1. *

Suſcipe terra tuo corpus de corpore ſumptum,
  Reddere quod valeas vivificante Deo.
Sps aſtra petit, loeti nil jura nocebunt
  Cui vitæ alterius mors magis ipſa via eſt.
Pontificis ſummi hoc clauduntur membra ſepulcro,
  Qui innumeris ſemper vivit ubique bonis.
Eſuriem dapibus, ſuperavit frigora veſte,
  Atque animas monitis texit ab Hoſte ſacris.
Implebatque actu quicquid ſermone docebat,
  Eſſet ut exemplum myſtica verba loquens.
Ad XPM Anglos convertit pietate magiſtra,
  Adquirens fidei agmina gente nova.
Hic labor, hoc ſtudium, hæc tibi cura, hoc Paſtor agebas
  Ut Dño offerres plurima lucra gregis.
Hisque Dei Conſul factus lætare triumphis
  Nam mercedem operis jam ſine fine tenes.

NOT. Alitèr, hoc Epitaphium S. Gregorii apud Joh. Diaconum, qui ſcripſit, legitur: Obiit Pontifex vere Magnus A. D. 604.

2. *In Vaticana S. Pet. Baſilica.*

Hic quem tegit humus oculis vultuque decorum,
  Papa fuit Quintus nomine Gregorius.
Ante tamen Bruno, Francorum Regia proles,
  Filius Othonis, de genetrice Judith.
Lingua Theutonicus, Wangia doctus in urbe,
  Sed Juvenis Cathedram ſedit Apoſtolicam.
Ad binos annos et menſes circiter octo,
  Ter ſenos Februo connumerante dies.
Pauperibus dives per ſingula Sabbata veſtes,
  Diviſit, numero cautus Apoſtolico.
Uſus Francigena, Vulgari, voce Latina
  Inſtituit populos eloquio triplici.
Tertius Otho ſibi Petri commiſit ovile,
  Cognatis manibus unctus in Imperium.



Digitized by Google

Exuit et poſtquam terrenæ vincula carnis
Equivoci dextro ſubſtituit Lateri.
Deceſſit duodecimo Kalendas Martii.

NOT. Gregorius V. filius Othonis Marchionis Veronenſis obiit A.D. 999. V. 5. Wangiâ hodie *Wormes*, ſeu *Mayence*, utraque enim urbs erat Vangionum. V. 16. Diſtribuit. XII. Pauperibus, Apoſtolorum Chriſti duodecim memor. V. 11. *Francigena*, ſeu aliter *Franciſca*, i. e. Gallicâ. *Vulgari*, i. e. Teutonica. *Saxo* enim natione erat Bruno. V. 13. *Sibi* pro *Illi*, i. e. Gregorio. Otho enim III. Brunonem nepotem ſuum Papam ordinari juſſit, à quo & ipſe Otho, proximo ſolenni Pentecoſtes, Imperator & Patricius conſecratur. Quod V. 14. illuſtrat. V. Penultimo, per *Æquivocum*, intellige Gregorium Magnum, qui ſepultus erat ante *Secretarium*, inter columnas Porticalium.

1. *Neapoli.*

Hic. requieſcit. in. pa. Sc. Abbas. Habetdeus. poſitus VII. id. Maias. Anthemio. III. Coſ.

NOT. Faſti Conſ. hujus Conſulat. II. referunt in A. D. 468. tertii non meminerunt.

2. *Ap. S. Agn:*

Herculanus. fecit. ſibi. in. pace.

3. *Cœm. Calliſti.*

Hipolite hic poſita eſt.
Q. V. A. LZZZ et dies V.

NOT. Z pro I. 53.

4. *Cœm. S. Agn.*

VII. id. Seb.

Dep. Honorius. in pace. qui. vixit an. P M. LIIII. menſ. VI. D. XIII.
Conſ. Albini. V C. locum comparavit Martina ſe viva.

NOT. Multi Albini Conſules fuere.

1. *Cœm.*

Digitized by Google

1. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Herclanius in pace.

2. *Cœm. Priſcillæ.*

Herculio innocenti. in. DM. XP. Q. V. an. III. M. VIII. D. XXXIII.
Januaria. alumno mere. in pace.

3. *Cœm. Calliſti.*

Herculius. innox. in. pace. dp. III. idus Aprilis. qui vixit ann. II. M. VIII.

4. *Cœm. V. Noment.*

Hilara dulciſſima an. PIM. XXXV. dep. in. pa. Opilione. V. C.

NOT. A. D. 453.

5. *Romæ.*

Conſulatu. M. F. Stilichonis. ſecundo. CC. depoſitus. Puer. Helias. Argentarius. Septumu. Kal. Novembres. Die. Beneris. ora. quarta. qui. bixit. annis. triginta. et. quinque. et. dies. viginti. et. tres. benemerenti. in. pace.

NOT. A. D. 405. CC. Clariſſimi, & forſan Comitis.

6. *Romæ.*

Hic. requieſcunt. corpora. Sanctor. Martyrum. Hippoliti. Taurini. Herculiani. atque. Johannis. Calibitis. Formoſus. Epiſcopus. condidit.

NOT. Hi Martyres non eodem tempore ſunt paſſi, ſed illorum corpora vel relliquias in unum colligens Formoſus, in eodem loco poſuit.

1. Romæ.

1. *Romæ.*

Hoctavie. Cojugi. Neoſite.
Biſomus. Maritus. fecit.

NOT. Lege Biſom. i. e. Maritus in biſomo poſuit.

2. *Agro Mediolani.*

B. α. ω. M.
Hic. requieſcit. in. pace. Honorata.
H. . . . . quæ. vix. æt. ann. XXVI. D. . . . . .
kal. Mart. Her. et. Bal. VV. CC.
Konlib. . . . . . . . . . . . . . . .

NOT. Herminerico, & Baſilico Coſſ. A.D. 465. Conliberti fecerunt.

3. *In Portic. S. Petri.*

Helpes dicta fui, Siculae Regionis alumna,
Quam procul à patria Conjugis egit amor.
Quo ſine moeſta dies, nox anxia, flebilis hora,
Nec ſolum caro ſed ſpiritus unus erat.
Lux mea non clauſa eſt, tali remanente marito.
Majorique animae parte ſuperſtes ero.
Porticibus ſacris jam, non Peregrina, quieſco,
Judicis aeterni teſtificata thronum.
Ne qua manus buſtum violet niſi forte jugalis
Haec iterum cupiat jungere membra ſuis.
Ut thalami tumulique comes nec morte revellat,
Et ſocios vitae nectat uterque cinis.

NOT. Helpes, Feſti Senatûs Principis filia, Siciliâ oriunda, Boetii uxor, animi, corporis & fortunæ dotibus, illuſtris floruit; ſcripſit verſus emendatiſſimos, & ſcribenti Marito ſuaviſſimus adſedit genius. Hanc efflictim amatam hoc ultimo carmine affectus maritales mirè ſpirante Boethius [*Conſolationis Philoſophiæ auctor*] proſecutus eſt. Sicut tradit Renatus Vallinus, Boethii editor, in vita authoris, qui legit V. 7. jam *nunc* —— V. 11. *revellar.*

I.

Digitized by Google

1. *

Hic jacet Heraclius nimium dilectus amicus
Eloquio primus, nulli pietate ſecundus.

2. *

Heraclius vetuit Lapſos peccata dolere,
Euſebius miſeros docuit ſua crimina flere.
Scinditur in partes Populus, gliſcente furore
Sedet loca ede, bellum, diſcordia, lites,
Exemplo pariter pulſi feritate Tyranni
Integra cum Rector ſervaret foedera pacis
Pertulit exilium omnino ſub Judice lætus
Litore Trinacrio mundum vitamque reliquit.

NOT. Emenda cum Baronio Illuſtriſſ. V. 4. *Seditio, caedes.* Sed vide quæſo, Lector, an ſequens Epitaphium, huic lucem aliquam novam afferat, an duo in unum coaluerunt.

3. *

Sancti Marcelli Martyris.

Veridicus Rector Lapſos quia crimina flere
Prædixit miſeris, fuit omnibus hoſtis amarus.
Hinc furor, hinc odium ſequitur, diſcordia, lites
Seditio, cædes, ſolvuntur foedera pacis,
Crimen ob alterius, XPM qui in pace negavit,
Finibus expulſus Patriæ & feritate Tyranni.
Hæc breviter Damaſus voluit comperta referre
Marcelli Populus meritum cognoſcere poſſet.

NOT. Si hæc duo Epitaphia ſimul aſpexiſſet *Papebrochius*, quæ ad Marcelli vitam annotavit forſan mutaſſet.

4. *Ad Fontem S. Johan. in Lat.*

Ad fontem vitæ hoc aditu properante lavandi
Conſtantis fidei janua XPS erit.

Hic

Digitized by Google

Hic Locus olim ſordentis tumuli ſqualore,
Congeſtus ſumptu & ſtudio XPI- Famuli Hilari
Epi. Juvante Domino tanta ruderum moles
Sublata quantum culminis nunc videtur ad
Offerendum XPO Deo munus ornatus atque dedicatus eſt.

NOT. Lege V. 1: *properate*. V. 4. Hilarus Papa, ab anno 461. ad 467. tria feciſſe Oratoria, in Baptiſterio Baſilicæ Conſtantinianæ dicitur, & quartum in Lateranenſi, in honorem S. Stephani. Ut ex Anaſtaſio, in vita Hilari, videre eſt.

1. *In Pallio Altaris in Eccl. S. Petri, Romæ.*

Paſtor ovile Dei ſervans ſine crimine Petre,
  Qui præbes XPI pabula ſancta gregi:
Tu Caroli clemens devoti munera Regis
  Suſcipe, quæ cupiens obtulit ille tibi;
Hildegarda pio cum quo Regina fidelis,
  Actibus inſignis, mentis amore dedit.

NOT. Hildegarda, Uxor ſecunda Car. Mag. nupta circa ann. 772. Pallium, vel Palla Altaris, eſt quæ altari ſubſtrata eſt, & quæ ſacra Chriſti munera contegit, & *Corporale* dicitur.

2. *In ſiniſt. Portæ Baſilicæ S. Petri.*

Lux arcana, Dei verbum, ſapientia lucis,
  Atque coruſcantis ſplendida imago Patris.
Ad nos deſcendit, nec quo fuit eſſe receſſit.
  Ut cæcas mentes erueret tenebris
Plenus homo in noſtris et verus naſcitur iſdem,
  Virginis ex utero, totus ubique Deus.
Diſcipulis præcepta dedit, Petrumque beatum
  Hos inter Primum ſanxit et egregium.
Cujus in arbitrio caelum terramque reliquit,
  Pandere vel potius claudere cumque velit.
Nam ſub mortigenæ quidam latuere gehennæ
  Verbere confoſſi, mente, fide, opere.
Hiſtria teſtatur poſſeſſa hoſtilibus annis
  Septies et decies ſciſmate peſtifero.



Digitized by Google

Eſſet ut impletum Hieremiæ voce canentis
  Ultio Captivis tam numeroſa fuit,
Sed bonus Antiſtes Dux plebis Honorius armis
  Reddidit Eccleſiis membra revulſa piis.
Doctrinis monitiſque ſuis, de faucibus hoſtis
  Auſtulit, exactis jam peritura modis.
At tuus argento Præſul contraxit opimo
  Ornavitque fores Petre beate tibi.
Tu modo cœlorum quapropter Janitor alme,
  Fac tranquilla tui tempora cuncta gregis.

NOT. Verſ. 3. Nec tamen ceſſavit eſſe, *quod fuit antea*, i. e. in cœlo: niſi malis legere, *nec quod fuit*. Hoc ſenſu---nec tamen ceſſavit eſſe quod fuit, i. e. Deus. V. 14. *Schiſmate peſtifero*. Audi rem totam. Concilium Chalcedonenſe Oecumen. quartum, A.D. 451. *Tria Capitula* approbaverat. Vigilius PP. A. D. 548. in Synodo Conſtantinopol. unà cum Epiſcopis LXX. eadem damnavit, hac clauſula adjecta, *Salva in omnibus rebus auctoritate Concilii Chalcedon*: hanc tamen damnationem poſtea revocavit Vigilius A. D. 553. & Conſtitutione factâ contrarium decrevit. Synodus autem Conſtantinop. quinta Oecumen. abſente licèt Vigilio, reclamante, & renuente, *tria Capitula* damnavit. Vigilius aliique à partibus ejus Epiſcopi, ſedibus ſuis ejiciuntur. Vigilius (ut videtur, quod tamen negat *Papebrochius*) Narſetis interceſſione revocatur; eâ tamen lege, ut Concilii hac in re Decretis ſubſcriberet, quod fecit, iterumque damnavit *tria Capitula*. Iſtriæ Epiſcopi hæc capitula acerrimè vindicant, illiſque ad tempora uſque Honorii PP. patrocinantur. Quo autem anno Honorii, ad ſaniorem ſenſum redierunt, non ſatis conſtat. Card. Ill. Baronius, Godæus, aliique, hocque etiam Carmen, illos errore ſuo per annos 70. (non 17) manſiſſe docent. Si autem 70 ad 555, (quo anno mortuus eſt Vigilius) addas, dabunt 625. Honorius vero Papatum non adeptus eſt ante ann. 626. Sed videat quæſo, Lector quis & qualis vir fuerit hic *Vigilius*, quam ſibi conſtans! quàm graves & peſtiferi *Schiſmatici* Iſtriæ Epiſcopi! V. 17. *Honorius* [*Monothelita, & anathemate percuſſus à Conciliis ſexto & ſeptimo adprobante Concilio etiam octavo PP. Agathone, unà cum multis aliis.*] Obiit A. D. 638.

### 1. *In Eccleſ. B. Petri.*

Paſtorem magnum laudis pia præmia luſtrant,
  Qui functus Petri hac vice ſumma tenet.
Effulget tumulis nam Præſul Honorius iſtis,
  Cujus magnanimum nomen honorque manet.

 Sedis

Digitized by Google

Sedis Apoſtolicæ meritis nam jura gubernans,
  Diſperſos revocat, optima lucra refert.
Utque ſagax animo divino in carmine pollens,
  Ad vitam Paſtor ducere novit oves.
Hiſtria nam dudum ſævo ſub Schiſmate feſſa,
  Ad Statuta Patrum teque monente redit.
Judaicae gentis ſub Te eſt perfidia victa,
  Sic unum Domini reddis ovile pium.
Adtonitum patriae ſollers ſic cura movebat,
  Optata ut populis eſſet ubique quies.
Quem doctrina potens, quem ſacræ Regula vitæ,
  Pontificum pariter ſanxit habere decus.
Sanctiloqui ſemper in te commenta Magiſtri,
  Emicuere tui, tanquam fecunda nimis.
Namque Gregorii tanti veſtigia juſti,
  Dum ſequeris cupiens, et meritumque geris.
Aeternæ lucis XPO dignante perennem
  Cum Patribus ſanctis poſſide jamque diem.
His ego epitaphiis merito tibi carmina ſolvi,
  Quod Patris eximii ſim Bonus ipſe memor.

NOT. Oſtendunt hi verſiculi Honorium S. Gregorii Diſcipulum fuiſſe, ſicut illorum Scriptorem Honorii. Quærit autem Papebrochius an qui ſcripſit eſſet nomine *Bonus*, an *Donus* qui A. D. 677. Papa factus eſt, hocque carmen Honorio panxerit, quemadmodum Honorius Deceſſori ſuo Bonifacio. Emendat autem Pater idem doctiſſ. V. 2. *hic* pro *hac*. 3. *Effulſit*. V. 13. *Monebat*. 16. *Senſit* pro *Sanxit*. V. 18. *Tua tanquam animata manu*. V. 19. *Nam qui Gregorii ſancti veſtigia inſiſti*. Omnia ut videtur, rectiſſimé.

1. *

S. Agnæ Mart.

Aurea conciſis ſurgit pictura metallis,
  Et complexa ſimul clauditur ipſa dies.
Fontibus è niveis credas Aurora ſubire
  Correptas nubes, roribus arva rigans.
Vel qualem inter ſidera lucem proferet Irim,
  Purpureuſque Pavo ipſe colore nitens.

Qui

Qui potuit noctis vel Lucis reddere finem,
Martyrum è buſtis huic reppulit ille chaos.
Surſum verſa nutu quod cunctis cernitur uno,
Præſul Honorius hæc vota dicata dedit.
Veſtibus et factis ſignantur illius ora,
Lucet et aſpectu lucida corda gerens.

1. *

Accipe tam longas brevis O Scriptura querellas,
Qua duro Silici vulnera mando mea.
Heu jacet his pars magna mei, heu triſte cubile
Quo ſine me Hrodine lumina nuda jaces!
O Lux clara, tuo mens una et cura marito,
Nunc dolor et lacrimæ ſola relicta mihi.

NOT. Hoc & alia quamplurima, inter Chriſtiana monumenta, haberi non neceſſe eſt, nihil enim Chriſtiani in ſe peculiaritèr habent, ſed inter Chriſtiana fortè inventa ſunt, & in familiam Chriſti adoptata. Lego V. 4. *Rhodine*: ut videre licet in ſequenti Epitaphio, de eâdem, ut credo, fœmina.

2. *

Occidis infelix viridi ſub flore juventæ
Purpureuſque nitor quam brevis evanuit!
Viximus et mutuum quodcumque exegimus ævo,
Nam tecum Rhodine gaudia noſtra jacent.
Æternum in pacem unde erat et rediit.
Hunc tumulum fecit Dionyſius iſte quis at me
Si quæris Conjux cætera vive vale.

NOT. Irrepſit verſ. quintus, ut mihi videtur; verſ. 6. & 7. ita diſtingue, *Hunc tumulum fecit Dionyſius. Iſte quis? at me ſi quæris.* (Si quæris à me quis iſte Dionyſius ſit, reſpondeo) *Conjux. Cætera, vive, vale*, O Lector, ſeu Viator.

3. *Cæm. Priſcillæ.*

Januarius Matronæ Conjugi.

 1. *Cæm.*

1. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Quieſcit in pace Januarius vixit A.

2. *Cœm. Calliſti.*

Januario. B. M. qui vixit. ann. XXGII. Di GI. Kal. nob. Imp.

3. *Ibid.*

Benemerenti Januario qui vixit. M. VI. et. D. XXV.

4. *Cœmeterio Priſcillæ.*

Januario dulci. et bono Filio omnibus honorificentiſſimo et idoneo. qui. vixit annis XXIII. M. V. D. XXII. Parentes

5. *Apud S. Agn.*

Januarius Leontidi Cojuge in pace.

6. *Cœm. Calliſti.*

Ilara. IIII. idus Octobres Defuncta es in pace

7. *Cœm. Priſc.*

Ilarioni compari Birginio qui bixit annus mecu. XXVII. in pace.

8. *Cœm. Calliſti.*

Innocentie et Dulcitudini Filio qui vixit annu. unu. mens.... dies IX. Parentes fecerunt.

9. *Cœm. S. Cyr.*

Locus Joannetis.

10. *In Eccl. S. Petri, Romæ.*

Mente pia vivens XPI nutritus in aula,
 Et ſola gaudens ſimplicitate boni,
Blandus in obſequiis, et puro plenus amore,
 Pacificam vitam jure quietis agens;
Qui gratus populis, et celſo dignus honore,
 Sumſiſti meritis purificale decus;
Commiſſumque tibi paſcens bonitate magiſtra,
 Servaſti cunctum ſub pietate gregem :

Pro

Pro quo rite tuum venerans Agapetus honorem,
  Praeſtitit haec tumulo munera grata tuo.
Qui nunc Antiſtes Romana celſus in urbe,
  Sedis Apoſtolicae culmina ſacra tenet.

NOT. V. 4. Legit Pabebrochius *Pontificum.* V. 6. *Pontificale.* Agapetus Papa qui ob. 536. hoc carmen compoſuit Johanni II. qui 535. deceſſit.

1. *Cœm. Priſcillæ.*

Innocentius Innocentio Filio pro innocentia ſua benemerenti. qui vixit anno uno diebus XGIII. oras. III. in pace.

2. *Romæ.*

Hic. requieſcit bonus. Johes. Canonicus. Aſtenſis. et. DNI. PP.

3. *Baſ. S. Pauli:*

✝ LC Joannis Aligenſis ſe vibo comparavit PC Viatoris

NOT. Fl. Viator cum Fl. Æmilio. A. D. 495.

4. *Inter Arundelliana:*

✝ Ιωαννης Ρουφινου Σμυρναιος
Συμβολαιογρ. δωρησ μη το κηπιον
τουτο διαδοχω τω εμω γνησ, εκγονω ✝
και πνευματικω υιω ✝

NOT. *Συμβολαιογραφος ἀλογιανων τι*, &c. Non ſequitur hanc Inſcriptionem Chriſtianam eſſe propter quod Crucis figurae in illa videntur, nam & in Paganis, & profanis, eaſdem videre licet.

5. *S. Cyriacæ.*

Refrgeri tibi Domnus Ipolitus Sid.

6. *Ibid.*

Ireneti benemerenti Cojugi Maritus fecit in pace.

7. *In Cœm. SS. Marcellini & Petri triclinio lunari diſcumbentibus ſupraſcribitur.*

Irene Dacalda. Agape miſce mi.

NOT. Da mihi calidam. Irene: miſce mihi Agape: diſcumbentium juſſa ſunt.

1. *Cœm. V. Tiburt.*

Iſpeti Maritus et mater fecerunt.

NOT. Iſpeti apud Romam barbarizantem pro Spei.

2. *Cœm. Priſcillæ.*

Domino Patri Jubilatori Celerinus filius fecit in pace.

3. *Romæ.*

☧

Fl. Jovina. qui. vixit. ann. tribus. D. XXXII. dep. in pace.
XI. Kal. Octob.

4. *Cœm. Cyriacæ.*

Locus quem comparabit Julianus ubi poſita Florentia uxor ejus.

5. *Cœm. Calepodii.*

Julius Vernis Venuſtus qui vixit annos XXI. et menſes X. depoſitus Birgo ſuper ſe IIII. Kalendas Septembres.

NOT. Vernis pro verna. Sic veſpa veſpis; bura buris; nepta neptis; foreſta foreſtis; luna lunis; alpa alpis. Frequentèr ſed non eleganter. Pro *ſuper ſe* lege *ſuperſtes*, i. e. adhuc exiſtens. Reyneſ.

6. *Cœm. Cyriacæ.*

Sancto Martyri Laurentio Julia exibit. III. Kal. Oct. dep. Kal. SS.

NOT. SS. vel Supra Script. vel Septembr.

7. *Cœm. Priſcillæ.*

Juliano qui vixit annis. VI. menſibus. IIII.



Digitized by Google

1. *Romæ.*

Julius. Felix. Valentinianus. V. C. et ex. Silentiario. Sacri Palatii. Com. Conſiſtorii. Com. Dom. qui. vix. ann LXVII. menſ. IV. D. XXV. Dep. in. pac. Eutaricho. Colliga. V. C. Cons.

NOT. Lege Eutharico Cillica Coſſ. cum Juſtino Aug. A. D. 519.

2. *Cœm. V. Tiburt.*

Juſtus et Bibantia Parentes poſuerunt Aeptitio Filio benemerenti qui vixit ann. XII. M. VIII. D. XXII.

NOT. Leg. Viventia Septitio.

3. *Luſitania. ſupra januam Templi.*

✝ Hunc. denique. ædificium. Sanctorum. nomine. cœptum. Juſti. et. Paſtoris. Martyrum. quorum. conſtat. eſſe. ſacratum. conſummatum. eſt. oc. opus. era. DCCXX.

NOT. Æra Hiſpanica incipit ab anno XXXVIII. ante Dionyſianum computum; adeo ut annus hujus Inſcriptionis non ſit A. D. 720. verum 682. Subtrahendo autem numerum 38. ab æra Hiſpanica, numerum A. D. Dionyſianum inveniri docet Ill. Joſ. Scaliger, ſed cauſam & rationes hujus Epochæ (quod memini) non tradit.

4. *In Agro Eborenſi.*

Julianus. Famulus. Chriſti. Epiſcopus. Eccleſiæ Eborenſis. H. ſitus. eſt. vixit. annos. plus. minus. LXX. Rec. in. pace. Kal. Deceb. Era. DC. IIII.

NOT. Id eſt, 566.

5. *Eccleſ. S. Praxedis.*

Corpora ſancta Cyri renitent hic atque Johannis
Quæ quondam Romæ dedit Alexandria magna.

NOT. Hi paſſi ſunt Alexandriæ ſub Imp. Diocletiano, & eorum corpora in Romam tranſlata erant, A. D. 414. cujus tranſlationis fabellam totam ex Cod. MS. à Sophronio Hieroſolymitano Epiſcopo

 (neſcio

Digitized by Google

(neſcio quo) conſcriptam, in *Rom. ſubterranea*, videre licet. Ex qua unam tantum portiunculam Lectori apponam, ut de illa ipſa hiſtoria, & deſcribentium, & credentium fide, judicium ferat. *Poſtea vero Apoſtolicus Innocentius, cum ſuis Cardinalibus, & multis Romanæ Eccleſiæ Prælatis, talem fecit abſolutionem, ut omnes ad beatorum Martyrum, Abba Cyri, & Johannis, ac S. Virginis Praxedis feſtum humili prece venientes, à quarta ſuorum ſcelerum parte diſſolvi mererentur.* Euge Sophroni! Multum Innocentio cum Cardinalibus & Prælatis ſuis ob diſſolutionem peccatorum debet Poſteritas!

### 1. *In Parad. Beati Petri, Romæ.*

Quamvis clara fides, multùm de luminis aula,
Pluſque loci meritis nobilitatur opus;
Eſt tamen his pulcris ſpecialis gratia rebus,
Spectantumque oculos ars pretioſa trahit:
Johannes hoc compſit opus, quem ritè coronat
Urbis Romanæ Pontificalis apex.

NOT. In *Parad.* i. e. Paradiſum. Paradiſus eſt Atrium Porticibus circundatum, ante ædes ſacras. Sic Anaſtaſius in *Domo* I. *Hic atrium B. Petri ſuperius, quod Paradiſus dicitur, eſtque ante Eccleſiam, in quadriporticum, magnis marmoribus ſtravit.* Dicitur etiam *Porticus* S. Petri, *Cœmeteriorum* vicem præbuiſſe *Paradiſos* certum eſt, *Ottonem* enim ſecundum Imp. & *Sicelgaitam* Rob. Guiſcardi *uxorem*, in illo S. *Petri*, alioſque in aliis humatos tradunt Authores. *Cœmeteria* etiam dicuntur & *Atria*. V. 5. Johannes Papa ejus nominis *Primus*, qui *Hormiſdæ* ſucceſſit A. D. 523. & in carcerem publicum Ravennenſem à Theodorico R. conjectus, ibi diem obiit ſupremum, Maii 18. & Romæ ſepultus in Baſilica S. Petri, die 28. ejuſd. menſis, A. D. 526.

### 2. *In Porticu Vaticano.*

Præſulis eximii hic requieſcunt membra Joannis
Extiterat dictus qui antea quippe Petrus
Sedem Papiæ blando moderamine rexit
Imperatori Othoni dulcis fuit atque præclarus
Commiſſum populum Romanum moribus ornans
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Eloquio cunctis, præſertim dulcis amicis
Subjectis placidus pauperibuſque pius
Defunctus eſt Joannes Papa menſe Auguſti die 20.

NOT.

NOT. Johannes XIV. capitur à Romanis A. D. 984. & Caſtro S. *Angeli* incluſus, quadrimeſtri ærumna, & fame maceratus, moritur 985. Papebrochius omittit V. tertium, quippe quem Romanus Canonicus in temporibus Eugenii Tertii non legebat.

1. *Romæ.*

Nunc cœlo eſt ſimilis, nunc inclita Roma * vere *Forte Verenda.
Cujus clauſtra docent intus ineſſe Deum.
Aſpicite tumulum dignis ex ſorte dicatum,
Quem clara retinent membra dignaque propago,
Quem monſtrat multis genitorum jure Senatus.
Et clarus merito accedens rite Johannes,
Quem ordo Cleri primum extollit in urbe
Quem Papae rectum probaverunt atque fidelem,
Teſtatur Romæ populus omniſque Sacerdos
Qui digne functus requieſcit ſorte locatus.

2. *In Oratorio B. Virg. intra Vatican. Baſilicam.*

Clauditur hoc tumulo venerabilis ille Joannes,
Qui Legis ſacræ diffundere noverat amnes;
Egregius Doctor, verbo quæcunque docebat,
Moribus et vita tribuens exempla gerebat.
Hunc à Canonici diſtricto jure rigoris,
Non timor, aut lucrum, non gratia flexit amoris.
Det Deus æternus cœleſti lumine paſci
Qui dat Romæ mori dederat bene gaudia naſci
Quando Vir iſte obiit, ſi vis cognoſcere verum,
Septima lux Martii fuit Illi meta dierum.

NOT. Hæc è Manlio Baronius, illi malè credulus: meliùs, è Romano Canonico, Papebrochius *Johannis* cujuſdam *Cardinalis* [*integro poſt Papam hunc Johannem ſeculo florentem*] hoc fuiſſe Epitaphium Rhythmicum conjecit. Obiit Johan. XIV. 996. & Vaticano fortè ſepultus. Lege autem cum Papebrochio.
V. 8. *Cui dat Roma mori, dederat Burgundia naſci.*
Alitèr, ſine ſenſu leges.



Digitized by Google

1. *In Baſilica B. Pauli.*

Pontificis ſummi hic clauduntur membra Johannis,
Qui prudens Paſtor perſolvens debita mentis,
Iſthic præmonuit moriens ſua membra locari;
Quo pietate Dei reſolutus nexibus atris
Egregii Pauli meritis conſcendit in æthra
Inter Apoſtolicos cœlorum gaudia metat
Gaudeat, exultet ſociatus cœtibus almis.
Dicite corde pio relegentes carmina cuncti,
Chriſte tui famuli miſertus, ſcelera purga,
Sanguine qui ſancto redemiſti crimina mundum.

Hic vero ſummus Pontifex Joannes in Apoſtolica Sede ſedit annos VII. Depoſitionis ejus dies VIII. Idus Septembris ab Incarnatione Domini Ann. DCCCCLXXII.

NOT. Legit Papebrochius verſ. 7. *Plaudat*, 9. *Scellera*, metri gratiâ. V. 10. *Crimine*. Omittit autem totum verſum quintum, verſum quartum ſic intelligo, Quo [*loco*] pietate, i. e. miſericordiâ Dei, reſolutus nexibus atris [*forte artis, vel arctis,*] conſcendebat Joannes XIII. in æthra, &c.

2. *In Vaticano.*

Eccleſiæ ſpecimen, clariſſima gemma bonorum,
Et mundi Dominus, hic jacet eximius
Johannes, meritis qui fulſit in ordine nonus,
Inter Apoſtolicos quem vehit Altitonans.
Conciliis docuit ternis qui dogma ſalutis
Obſervare, Deo munera ſacra ferens.
Temporibus cujus novitas ablata maligni eſt,
Et firmata fides, quam ſtatuere Patres.
Qui moriturus eris, Lector, dic, Papa Joannes
Cum ſanctis capiat regna beata Dei.

NOT. Ob. 900. Unum Concilium cui interfuit Johannes, *Romæ* habebatur, alterum *Ravennæ*, nulla tertii extant monumenta, nec memoria vel loci vel temporis. Hic Johannes erat, qui cum Diaconus ſeu Levita eſſet, vitam Gregorii magni compoſuit, ut quibuſdam viſum eſt.

1. *Ante*

Digitized by Google

1. *Ante Vaticanam Eccleſiam.*

Præſulis Octavi requieſcunt membra Joannis
Tegmine ſub gelido marmorei tumuli
Moribus, ut paret, fulſit, quia nempe beatus
Comptuſque altiſonis actibus et meritis
Judicii cuſtos manſit, pietatis amicus
Dogmatis & varii plurima verba docens
De ſegete ac Chriſti pepulit zizania ſæpe
Multaque per mundum ſemina fudit ovans.
Prudens et doctus verbo, linguaque peritus
Solertem ſeſeque omnibus exhibuit
Et nunc cœlicolas cernit ſuper aſtra phalanges.

. . . . . . . . . . . . . . .

NOT. Hæc Papebrochius, paulo aliter Baronius. V. 3. *Qui mente beatus.* V. 5. *Pietatis amator.* V. 6. *Dogmatis & veri.* Obiit oh. VIII. A. D. 882.

2. *In Eccleſ. S. Joh. in Lat.*

Martyribus XPI Domini, pia vota Johannes
Reddidit Antiſtes, ſanctificante Deo.
Ac ſacri fontes ſimili fulgente metallo
Providus Antiſtes nunc copulavit opus,
Quo quiſquis gradiens et XPM pronus adorans
Effuſaſque preces mittat ad æthra ſuas.

NOT. Cujus Johannis T. II. vel poſterioris alicujus hic titulus ſit, incertum eſt. V. 3. Lege fontis.

3.

Johannem tumulus vatem tegit, aſtruat aetas
Optima caepta viri ſi foret et ſpatium
Hic et in extremis ſollers fiduſque Miniſter,
Claruit, et primus jure Levita fuit.
Miſſus ad imperium vice Praeſulis extitit auctor,
Hunc memorant Synodus Pontificiſque tomus:

Cum

Digitized by Google

Cum titulis fidei vigilantia quanta regendi
  Commiſſas animas ne lupus hoſtis oves
Carperet amixtus premeretve potentia opimum
  Juſtitiam cunctos niſus habere parem.
Providus, humanus, firmus, veruſque Sacerdos
  Nil temere, atque nimis pondere cuncta gerens.

NOT. Aliter legit Manlius, & Aringhus,
*Hic tumulus Vatis conſervat membra Johannis,*
*Ordine Pontificum qui fertur jure ſecundus.*
V. 6. *Thronus* pro *tomus.* V. 9. *Premeretve potentior unam*—Ob. Joh. II. 535.

1. *

Hoc tumulo ſacrata Deo nunc membra quieſcunt.
Hic ſoror eſt Damaſi, nomen ſi quæris, Irenæ.
Voverat hæc ſeſe XPO, cum vita maneret,
Virginis ut meritum ſanctus pudor ipſe probaret.
Bis denas hyemes nec dum compleverat aetas,
Egregios mores vitæ præceſſerat ætas.
Propoſitum mentis pietas veneranda Puellæ
Magnificos fructus dederat melioribus annis.
Te Germana ſoror, noſtri nunc teſtis amoris,
Cum fugeret mundum, dederat mihi pignus honeſtum,
Quem ſibi cum raperet melior tunc regia cœli
Non timui mortem, cœlos quod libera adiret,
sed dolui fateor conſortia perdere vitæ.
Nunc veniente Deo noſtri reminiſcere Virgo
Ut tua per DNM præſtet mihi facula lumen.

NOT. Si verſus ſecundus non reclamaret, vellem profectò totum Epitaphium de Damaſi ſororis *filia* intelligere, quam germana Damaſo educandam moriens tradidit. Sed v. 9. lege *Quam.* Hanc virginem compellat Papa ut illius reminiſcatur, *veniente Deo*, i. e. in *Adventu*, vel forſitan feſto [illegible], ſive *Nativitatis.*

2. *Vercellis.*

Pontificis ſancti requieſcunt membra ſacrato
Pro meritis devota loco, qui pace perenni
Myſticus Antiſtes Paradiſi ſede locatus.

Huic

Digitized by Google

Huic * veneranda ſibi ſuſcepit Eccleſia Patrem  * *Hunc*
Perpetuo XPI referentem flore coronam.
Juſtitiae cultor Sacroſanctæ praemia legis
Sumpſit Apoſtolicae numeratus in ordine turbae.
Unum ter quinis adjunxit Epiſcopus annum,
Tergeminoque ſuper complevit tempora menſe
Juſtinianus ovans penetravit limina caeli.

NOT. Intellige verſ. 5. de Tonſura clericali, quam inſtar *coronæ ſpineæ* Domini noſtri efficțam docet Beda, lib. 5. c. 22. Sicut & Steph. Heddius in vita S. Wilfridi Epiſcopi Ebor. c. 6. *Etenim ſervus Dei Wilfridus concupiſcens tonſuræ Petri Apoſtoli formulam, in modum coronæ ſpineæ caput Chriſti cingentis à S. Dalfino Archiepiſcopo libenter ſuſcepit.* Uſurpatur autem *Corona* pro *Clerico.* Sic *mala Corona* appellantur Clerici qui Clericatûs ſui charactere abutebantur. Et pro *dignitate ſacerdotali, Epiſcopali, Pontificalique.* Per *coronam noſtram* adjurant nos veſtri, per *Coronam veſtram* vos adjurant noſtri. Auguſtin. ep. 147. Et pro *illuſtri honoris titulo.* Sic Ennodius lib. 4. Ep. 22. ad Symmach. PP. Erigat parvulos implorata *Coronæ veſtræ* miſeratio. Eàdem notione Græci Patres Στέφανον uſurparunt. Concil. Epheſin. part. 2. act. 3. initio, Ἀλλὰ ϗ νῦν αἰτοῦμεν ὑμέτερον Στέφανον.

1. *Arimini in S. Columba Eccl. Cathedrali.*

Humano generi legem natura creatrix
 Hanc dedit ut tumuli membra ſepulta tegant.
Liberii Sotoles Patri Matrique ſepulchrum
 Triſte miniſterium mente dedere pia.
Hic ſunt membra quidem ſed famam non tenet urna
 Nam durat titulis neſcia fama mori.
Rexit Romuleos faſces currentibus annis
 Succeſſu parili Gallica regna tenens.
Hos non imbelli precio mercatus honores
 Sed precio majus detulit alma fides.
Auſoniis populis gentiles rite cohortes
 Diſpoſuit ſanxit fœdera jura dedit.
Cunctis mente Pater toto venerabilis ævo
 Ter denis luſtris proximus occubuit.
O quantum bene geſta valent! cum membra recedunt
 Neſcit fama mori lucida vita manet.

1. Ex

Digitized by Google

1. *Ex Itinere Italico, R. D. Mabillon. pag.* 73.

D. Ma. Sacrum. XL.

Leopardum. in. pacem. cum. Spirita. Sancta. acceptum. eumte. abeatis. innocintem. poſuer. Par. Q. an. N. VII. men. VII.

NOT. Hic (inquit D. Mabillon) manifeſtus de Confirmatione locus eſt, & referendus ad prima illa tempora, quo cruda adhuc quorundam in cordibus Chriſtiana Religio aliquid de Paganici ritûs ſuperſtitione retinebat. Numerus XL. eſt ad deſignandum tumulum.

2. *Romæ, Supra portam Eccleſiæ S. Johan. Lateranenſis.*

Sancta Lateranenſis Eccleſia Omnium Urbis et Orbis Eccleſiarum Mater et Caput.

NOT. Prima Pontificum Sedes & Palatium olim erat.

3. *Cœm. S. Agnetis.*

Λεϛερε Μαχιμιλλε Κοιουγη αμαντισσιμε φιξιτ εν πακε

4. *Cœm. Calliſti.*

Legura Reſtituta vixit annos XV. Birgo deceſſit in pace.

5. *Cœm. Priſcillæ.*

Λεων νικον πακε.

6. *Ibid.*

Leontia Fileto Cojugi benemerenti in pace.

7. *Brixiæ.*

Fl. Latino Epiſcopo. an. III. M. VII. Presb. an. XV. Exorc. an. XII. et. Latinillæ. et. Fl. Macrino. Lectori. Fl. Paulina. Neptis. b. m. p.

8. *Genavi. Aurelianorum, in baſilica ſanctæ Crucis.*

Ex. beneficio. S. ✝. per. Johannum. Epiſcopum. et. per. Albertum. S. ✝. Caſatum. factus. eſt. liber. Lembertus. teſte. hac. ſancta. Eccleſia.

NOT.

Digitized by Google

NOT. *Caſati*, ſunt Domeſtici, Vaſſalli, Feodati; Servilis conditionis homines, qui intra *Caſam*, i. e. ruralibus poſſeſſionibus ſerviebant. De Forma Manumiſſionis in Eccleſia, aliiſque ad hanc rem ſpectantibus vide Gloſſarium Domini Du Cange in verbo *Manumiſſio.*

1. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Laurentius ſe vivo comparavit.

2. *Baſilic. S. Pauli, V. Oſt.*

Leupardus ſe bibu fecit.

3. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Leupardus.

4. *Ibid.*

Hic abet ſede Leo Prb.

5. *Ibid.*

Leoni dulciſſimo marito Cojux Urſa ſe biba fecit benemerenti in pace

6. *Cœm. S. Saturnini.*

Leontia depoſita X. Kal. Septemb.

7. *Romæ.*

Poſitus. eſt. hic. Leontius. Presbyter. olim. Stiliconis Conſ. II.

NOT. A. D. 405.

8. *Nolæ.*

Leo HI. credo reſurgere.

9. *Majorone in Bætica.*

Leontius. Famulus. Dei. q. vi. annos. plures. vel. minus. LXXXII. requieſcit. in. pace. mortuus. eſt. æra. DCXIIII.

NOT. i. e. 576. Subtrahendo 38. æra Hiſpan.

2. *Cœm. Calliſti.*

Ligurio Syceſo. in. pace.



Digitized by Google

### 1. In Cœm. V. Noment.

Merenti Parentes fecerunt Leopardeti Puelle Virgini que vixit annis XVII. et. dies. II. in. pace.

### 3. Ebora.

Litorius. Famulus. Dei. vixit. ann. pl. mi. LXXV. requievit in. pace. VIIII. Kal. Jul. era. DXLVIII. A.XP.

NOT. Id eſt, 510.

### 4. Cœm. S. Cyriacæ.

Livia Maria in paθe. V. A. XLVI. M. V. cu. ma. F. ann. XV. D. in. Biſor. Su. Coſ. Mer. Elia. F. Po. V. K. Au.

NOT. *Livia Maria in pace, vixit ann. 46. m. 5. cum Marito fecit annos* 15. *depoſita in biſomo* (i. e. loculo, 2. corporum capace, vel monumento in. 2 partes diviſo) *ſub Conſule Merobaude*, 377. vel 383, *Elia Filia poſuit*, 5. *kal. Auguſt.*

### 5. Romæ, S. Celſo.

Quanvis. nate. tuos. mors. invida. ruperit. annos
  Apſtuleritque. tuom. † dumq. ſepulcra. decus † *dura alii.*
Non. tamen. has. ſecum. potuit. deducere. laudes
  Quas. vivens. ſemper. fama. ſuperſtes. habet.
Major. enim. longa. veniens. de. ſtirpe. Senator
  Auxiſti. mentis. nobilitate. genus
Judicis. Imperium. ſervans. bonitate. * Mgra **Magiſtra.*
  Cum. tibi. ſubjectis. tu. quoque. ‖ miles eras ‖ *mitis*, forte.
Urbanos. faſces. gaudens. tibi. Roma. parabat
  Conſilio. Fratris. nunc. moderata. tui.
Fidus. amicitiae. cuſtos. ambitor. honeſti
  Juſtitiæ. cultor. pacis. amator. eras
Gratus. dulcis. ovans. humilis. pius. ei. mihi. quantis
  Privavit. miſerum. mors. inimica. bonis.
Te. Levita. Pater. ſoboles. conjunxque fidelis
  Te. mixtis. lacrymis. luget. amata. domus
Nil. tibi. defendens. famulum. mihi. nate. paraſti
  Ut. tibi. Servitii. creſceret. alter. amor.

1. Romæ.

Digitized by Google

1. *Roma.*

D. D. S.

Urna. brevis, geminum. quamvis. tenet. iſta. cadaver
Attamen. in. cœlo. Spiritus. unus. adeſt.
Viximus. unanime. Luciusq. et. Flavius. idem
Cenſus. amor. ſtudium. vita. duobus. erat.

2. *Ad Baſilicæ S. Petri majorem apſidem, in gradibus marmoreis, Sedis Pontificiæ.*

Ad Sanctum Petrum Apoſtolum anteregia in Porticu columna ſecunda quomodo intramus ſiniſtra parte virorum. Lucillus et Januaria honeſta femina.

NOT. Ante Regia, vel forſan ante Regiam Porticum. Numæ domus *Regia* olim dicebatur, & erat in via ſacra: patet ex hac Inſcriptione, viros à mulieribus in Eccleſiis loco olim ſecretos fuiſſe: & etiam inter mulieres ipſas locorum erat diſtinctio, Virginum, nuptarum & viduarum gradibus conſtitutis.

3. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Lucius Urſo Filio benemerenti. qui vixit. an. II. meſes. VIII. d. I. VIII. kale. Jan. in pace.

4. *Cœm. V. Noment.*

Filius fecit Patri Lucio. benemerenti qui bixit. Annu LXXG.

5. *Cœm. S. Cyr.*

Lucia. ſe viva locum ſibi emit.

6. *Romæ, ap. S. Auguſtin.*

. . . . Lucina. in pace. que viſſe pl. m. . . . . . .
PC. Baſili. VC. anno. XXIII. Dipo. . . . Decembrium.

NOT. A. D. 564.

1. *Cœm. Priſcillæ.*

Lucretius Germanus Ceſpaſiæ Cojugi et ſibi in pace.

2. *Cœm. Caliſti.*

Lucreti In pace.

3. *Apud S. Agnes.*

Luxuri in pace.

4. *Nolæ, in Cœmet. marmorea tabella.*

Lupenus Epiſc. fieri præcep. amore Dei et Scor. Felicis
et Paulini et Laurentii et
Patricii et
Hoc quod cernitis diſcite quod Lupenus Epiſcopus compoſit
et ornavit in Eccleſia.

5. *

Sub hoc pavimento teſſellato eſt Cœmeterium S. Lucinæ.
Matronæ in quo plurima Sanctorum Martyrum corpora
requieſcunt.

6. *Brixiæ.*

Fl. Latino Epiſcopo. Ann. III. M. VII. Presb. ann. XV
Exorc. ann. XII.
Et Latinilliae. et Fl. Macrino Lectori et Paulinae Neptis.

7. *

Hunc mihi compoſuit tumulum Laurentia Conjux,
Moribus apta meis ſemper, veneranda, fidelis,
Invidia Infelix tandem compreſſa quieſcit.
Octoginta Leo tranſcendit Epiſcopus annos.

NOT. *Invidia*, i. e. *factorum invidia*, ut in aliis locis ſexcentis videre licet. Puto ultimum verſum cum prioribus male convenire, & aliunde irrepſiſſe.

1.

1. *

Gaudet Pontificis ſtudio ſplendere Leonis
  Placidiæ pia mons operis decus omne Pater.
Demovit Dominus tenebras, ut luce creata,
  His quondam latebris ſic modo fulgur ineſt.
Anguſtos aditus venerabile corpus habebat,
  Huc ubi nunc populum largior Aula capit.
Eruta planicies patuit ſub monte reciſa,
  Eſtque remota gravi mole ruina minax.
Præſule Pylagio, Martyr Laurentius olim
  Templa ſibi ſtatuit tam pretioſa dari.
Mira fides Claudius hoſtiles inferet iras
  Pontificem meritis nec celebraſſe ſuis;
Tu modo Sanctorum cui creſcere conſtat honores,
  Fac ſub pace coli templa dicata tibi;
Martyrium flammis olim Levita ſubiſti,
  Jure tuis templis Lex veneranda redit.

NOT. Verſus priores duo huc minime ſpectant: nec reliqui valde boni. Sed lege verſ. ultimo *Lux*, non *Lex*.

2. *

Verbera, carnifices, flammas, tormenta, catenas,
  Vincere Laurenti ſola fides potuit.
Hæc Damaſus cumulat ſupplex altaria donis,
  Martyris egregium ſuſpiciens meritum.

3. *In Eccleſ. Beati Laurentii Martyris.*

Laurenti merito flammis vitalibus uſte,
  Qui fervente fide victor ab igne redis;
Vir dilecte Deo, terreno in corpore quondam,
  Tunc quoque ſidereus jam tibi ſenſus erat.
Qui potuiſti oculos tactu revocare ſepultos,
  Rurſus et in vacua fronte referre diem.
Luminis extinctas iterum accendiſſe lucernas;
  Credimus haec ſigno te faciente crucis.

Addita nunc etiam populi miracula praeſtas,
Ut fidei tribuas indubitanter opem.
Dum tua templa novant breviori robore plebis
Creveruntque trabes, crevit et alma fides.
Stipite contracto tua ſe mercede tetendit
Quantum parva prius poſtea ceſa fuit
Creſcere plus meruit ſucciſa ſecuribus arbor
Et didicit ſicca longior eſſe coma
Unde reciſa fuit, populis fert inde ſalutem,
Si venit intrepidus lumina caecus habet.
Tu Levita ſacer paena purgate fideſi,
Unde prius flammas hinc modo lumen habes.
Viſaque temporibus venerandi Antiſtitis acta
Sed tamen aeterno ſunt memoranda die.

### I. *In Altare S. Leonis Primi Apoſtol.*

Hujus Apoſtolici primum eſt hic corpus humatum,
Quod foret et tumulo dignus in arce Petri.
* Hunc vatum Procerumque cohors, quos cernis adeſſe,
Membra ſub egregia ſunt adoperta domo.
Sed dudum, ut Paſtor Magnus Leo, Septa gregemque
Chriſticolam ſervans, Ianitor arcis erat.
Commonet è tumulo, quod geſſerat ipſe ſuperſtes,
Inſidians † ne Lupus vaſtet ovile Dei.
Teſtantur miſſi pro recto ‖ dogmate libri
Quos pia corda colunt, quos ‡ prava turba timet.
Rugiit, et pavida ſtupuerunt corda ferarum,
Paſtoriſque ſui juſſa ſequuntur oves.
Hic tamen extremo jacuit ſub marmore templi,
Quem jam Pontificum plura ſepulcra * celant.
Sergius Antiſtes, divino impulſus amore,
Nunc in fronte ſacrae tranſtulit inde domus
Exornans † rutilum pretioſo marmore ‖ tumbum.
In quo poſcentes mira ‡ ſuperna vident.
Et quia praemicuit miris virtutibus olim,
Ultima Pontificis gloria major erit.

* *Hinc.* † *Ne lupus inſidians.* ‖ *Tramite.* ‡ *Mala.* * *Tegunt.* † *Rutilam.* ‖ *Tumbam.* ‡ *Stupenda.*

NOT.

NOT. Emendationes, quas appoſui, ex MS. Oxon. apud Queſnellium, deſcribuntur. Verſ. 1. *Apoſtolici*; olim & naſcente primùm Eccleſiâ, univerſim Epiſcopi omnes *Apoſtolici* dicti ſunt, vel quia Apoſtolorum erant Succeſſores, vel potiùs, quia quiſque in ſuâ Diocæſi vices Apoſtolicas agebat. Sic, Fortunatus ad Gregorium Turon. Epiſcopum ſcribens, ipſum *Dominum Apoſtolicum* vocat. Sic, in Epiſt. Clodovæi Reg. ad Synod. Aurel. II. *Dominis Sanctis, & Apoſtolica Sede digniſſimis Epiſcopis Clodovæus Rex.* Sic Fortunatus idem l. 5. in Ep. ad Syagrium Auguſtodunenſem; *Domino Sancto, & Apoſtolica ſede digniſſimo Domino Syagrio Papæ, Fortunatus.* Sed & hæc appellatio, ſicut illa *Papæ*, quæ primò omnibus Epiſcopis communis erat, poſtmodum ſoli Summo Pontifici Romano aſcripta legitur. Verſ. 15. Jacuerat S. Leo ad ingreſſum Baſilicæ, loco paulatim fere occultato inter aliorum Pontificum poſtea magnificentius collocatorum ſpecioſiora ſepulcra, quod indignum æſtimans Sergius ejus nom. I. PP. tranſtulit corpus ad alium magis liberum locum, anno 688. obiit S. Leo A. D. 461.

1. *Supra portam Leonianam olim legebatur.*

Qui venis ac vadis, decus hoc attende, Viator.
  Quod Quartus ſtruxit nunc Leo Papa libens.
Marmore præciſo radiant hæc culmina pulchra,
  Quæ manibus hominum facta decore placent.
Cæſaris invicti quod iſthic cernis honeſtum
  Præſultantum quod tempore geſſit opus
Credo malignorum ſua nunquam bella nocebunt,
  Neve triumphus erit hoſtibus ultra ſuis.
Roma caput orbis ſplendor ſpes aurea Roma
  Præſulis ut monſtrat en lobor alma tui.

Civitas hæc a Conditoris ſui nomine Leonina vocatur.

NOT. Anno Dom. 848. Leo IV. *Urbem Leoninam* condidit, adverſus irruptiones Barbarorum, & Sepulchrum S. Petri, & Vaticanam Baſilicam, quæ extra urbem erat, intra Urbem concluſit; cujus operibus fidem faciunt Inſcriptiones quæ ſequuntur; una, muris affixa, quæ ſic ſe habet.

2.

Civitas Leoniana temporibus Dom. Leonis PP. Hanc Paginie et duas Turres ſine militia conſtruxit,



Digitized by Google

1. *Altera Lapide, in via* Longara, *juxta Eccleſ. S. Jacobi, ſub Janiculo.*

Hanc turrem et Pagine una facta
a Militia Capratorum Temp. Dom.
Leonis Quart. Ego Agatho Ci . . . . :

NOT. Alii legunt Primam Inſcript. + *Temboribus Dom. Leonis, Q P.P. hanc Pagine & duas turres ſalti ſine militia conſtruxi* +. Secundam autem ſic, + *Hanc turrem & Pagine una facta à millitia Capracorum tem. Dom. Leonis Quar. PP. Ego Agatho ei.* . . . . . . . . . . Joſephus *autem* Maria Suareſius Vaſionenſis Epiſcopus, *ſecundam* ſic legit + *Hanc turrem & Pagineuma facta a militia Capratorum tempore DN. Leonis IV. PP. ego Agatho C.* . . . 4. Sed per *Pagine* ſeu *Pagineuma*, omnes intelligunt *aggerem*, *repagula*, ſeu *Antemuralia*, quæ obtendi ſolent ad arcendos hoſtes. Ego quidem per *Pagine* intelligo *Spatium* inter duas turres, eodem ſenſu quo dicimus Angli. a Pan, or Pant, of Wainſcot. Quodcunque *planum* jacet inter duas quaſvis *Eminentias*. Sed quid ſit, *ſine militia conſtruere*, vel *a militia conſtrui*, in his Inſcriptionibus, amplius quærendum eſt, nec enim aliquis (quod ego ſcio) adhuc explanavit. Qui Principi, in quolibet officio, ſeu in qualibet dignitate, Palatina, Civili, aut Militari deſerviebat, ei *militare* dicebatur, ejuſque eſſe *miles*. Hinc *militia* pro *officio*, *miniſterio*, ſæpe uſurpatur. S. Auguſtinus, l. 5. de Civ. Dei, cap. 6. *Ille in officio Comitis militat*, i. e. Comes eſt, aut ſub Comite ſervit. Idem, alibi: *Non enim de his militantibus Scriptura loquitur, qui armatâ militiâ detinentur, ſed quiſque militiæ ſuæ cingulo utitur, dignitatis ſuæ miles adſcribitur.* Idem in Epiſt. 76. *Militia Clericatus*. *Militia* etiam pro eo quod quis in dignitatibus eſt conſecutus; & pro Terrâ, quæ militem debet in Expeditione, quæ dicitur *Feudum Militis*, & *Feudum Loricæ*; *Militia* denique eſt *cenſus* vel *præſtatio* pro ſervitio militari. Quo ſenſu poſtremo *militiam*, hoc in loco accipio; Cùm enim Leo Quartus adverſus Saracenorum irruptiones, Collem. Vaticanum munire in animo haberet, convocavit Cardinales, Epiſcopos & Clerum ſuum, conſulturus nempe, undenam & quomodo id efficeret. *Tunc*, inquit Anaſtaſius in vita Leonis IV, *omnibus ita viſum eſt, ut ſingulis de Civitatibus, Maſſiſque univerſis publicis* [manſis, prædiis, poſſeſſionibus, Eſtates, Farms,] *ac monaſteriis, per vices ſuas generaliter advenire feciſſet*, *ſicut & factum eſt.* Horum ergo operâ (ſive præſtabant illam per cenſûs ſolutionem, ſive operarios ipſos per vices ſuas mittebant, *militiam* propriè dicas) Leo urbem muris cinxit, hoc eſt, *cum militia* conſtruxit. Quas autem Paginas & Turres conſtruxit *ſine militiâ*, conſtruxit ſine illorum operâ, i. e. ſumptibus propriis, quod veteres dixerunt, *De Pecuniâ ſuâ*, vel *Impenſis ſuis*. Lego itaque *à militia*

*Capitatorum*,

Digitized by Google

*Capitatorum*, i. e. illorum qui in *Cenſum* veniebant, *Capitatio* enim eſt capitis cenſus, ſeu tributum capitis vel perſonæ. Vid. Gloſſar. Sequitur altera Inſcriptio, ſupra portam S. Angeli, quæ olim Porta Ænea dicebatur.

I.

Romanus, Francus, Barduſque Viator, et omnis
Hoc qui intendit opus, cantica digna canat.
Quod bonus Antiſtes Quartus Leo rite novavit
Pro Patriæ ac Plebis ecce ſalute ſuæ.
Principe cum ſummo gaudens Lotharius heros
Perfecit, cujus emicat altus honor.
Quod veneranda fides nimio deduxit amore,
Hoc Deus omnipotens præferat arce poli.
Civitas Leoniana vocatur.

2. *In Eccleſ. B. Anaſtaſii quam conſtruxit Leutbrandus Rex in Italia.*

Ecce domus Domini perpulcro condita textu
Emicat, & vario fulget diſtincta metallo.
Marmora cui pretioſa dedit muſeumq. columnas
Roma caput fidei, illuſtrant quam lumina mundi.
Eugè actor Sacri Princeps Leutbrande laboris,
Te tua felicem clamabunt acta per ævum.
Qui propriæ gentis cupiens ornare triumphos,
His titulis Patriam ſignaſti denique totam.

NOT. Mortuus eſt Luitprandus circa ann. 743. Verſ. 3. *Muſeum*, opus muſivum teſſellatum lapillis vitreis variorum colorum. Verſ. 4. *Lumina mundi.* Petrus & Paulus. Verſ. 5. Actor, Curator Ipſe, Ἐργοδιώκτης. Qui ad opus urget.

3. *Ibidem.*

Quando Leo cecidit miſero Doctore ſuaſus
Sciſmatis in foveam recto de culmine Cæſar
Tunc ego Regales ſtatui his mihi condere thermas
Marmoribus pulcris Leutbrant. Rex atque columnis.
Sed Romam properans, poſtquam devotus ad ipſam
Perveni, atque ſacro capiti mea baſia fixi



Digitized by Google

Sanɛti Anaſtaſii ſervus tuus ecce repente
Paterna de ſede meo hanc in pectore XPE
Præclaram fundare domum ſub culmine monſtrass,
Talibus unde meas tendens ad ſidera palmas,
Vocibus oro Dei Fili, pro plebe fideli,
Qui regis angelicos cœtus qui cuncta gubernas,
Fac precor ut creſcat mecum Catholicus ordo
Et Templo concede iſti ut Salomoni locutus.

NOT. Leonem Tertium Iſauricum Iconoclaſtem intellige, qui Judæo quodam Mago (uti tradunt Iconolatræ) ſeductus, imagines Eccleſiis omnes ejecit. Mortuus eſt circ. ann. 741.

1. *In Eccleſ.* S. *Anaſtaſiæ, ad Fontes.*

Qui Peccatorum ſordes abolere priorum,
Terreniſque optas maculas abſolvere vitam;
Huc ades, ad XPI fontem, ſacrumque liquorem;
Corpus ubi, ac mentes, pariter ſenſuſque lavantur,
Aeternumque datur caſto Baptiſmate munus.
Hanc autem fidei ſedem conſtruxit ab uno
Militiæ clarus titulis aulaeque fidelis,
Romanaeque Urbis Præfectus Longimanus.

NOT. Lege Verſ. 1. *Priorum.* V. 2. *Maculis.* V. 6. Ab *imo.* Et lege omninò. V. ultimo, *Longiniano*, quem inter *Urbis Præfectos* non invenio; ſed inter *Comites Sacr. Largitionum*, A. D. 399. & PP. (*Italiæ ſcilicet*) A. D. 406. Hic eſt Longinianus ad quem extant 9. *Symmachi* Epiſt. lib. 7. (quæ omnes *Longimano* falsò habent, & corrigendæ ſunt) quarum Nonageſima quarta ſic incipit—*Honor militiæ veſtræ dandis beneficiis enitescit.* Alius erat Longinianus Præf. Ægypt 354. Idem videtur Noſter eſſe cum Illo, qui apud Gruter. 165. 1. dicitur V. C. P. V. &c.

2. *

Martyris hic ſancti Liberalis membra quieſcunt,
  Qui quondam in terris Conſul honore fuit.
Sed crevit titulis, factus de Conſule Martyr,
  Cui vivit ſemper morte creatus honor.
Plus fuit irato quàm grato Principe felix,
  Quem perimens rabidus miſit ad aſtra furor.

Gratia

Digitized by Google

Gratia cui trabeas dederat, dedit ira coronam,
 Dum XPO Procerem mens inimica facit
Obtulit haec Domino componens Atria Florus
 Ut Sanctos venerans præmia juſta ferat.

NOT. Verſ. 2. *Conſul honore*, eſt *Honorarius Conſul.* fruſtra enim inter *Ordinarios*, vel *Deſignatos*, vel *ſuffectos*, numeratos, *Liberalem* noſtrum quæres. Hi viri Conſulares, Honorariique appellabantur, quibus ex Imperaturum indulgentiâ, & privilegiis, ornamenta, & Prærogativæ omnes Conſulares concedebantur, etſi Conſulatum nunquam adepti ſunt. De quibus rebus, vide doctiſſimas *Antonii Pagi Diſſertationes Hypaticas*. Dufrenii Gloſſ. alioſque non paucos.

1 *.In Eccl. B. Laurentii.*

Non mirum eſt, fallax nimium quòd flamma minatur,
 Martyris ac corpus nil nocitura cremat.
Namque docet fidei magnam, ſine vindice paena,
 Ad cœlum mediis ignibus eſſe viam.
Hunc etenim fruitur Martyr Laurentius ignem,
 Et meritis ſummis ne moriatur agit.

NOT. Credo hæc intelligenda eſſe de Martyrio S. Laurentii, & paſſionis genere per ignem crudeliſſimo, in parietibus Eccleſiæ ( pro more, ut videtur quarti & quinti ſæculi ) depicto.

2. *Mediolani, ad ædem D. Protaſii.*

Martyris ad frontem recubent quæ membra ſepulcro
 Ut Lector noſcas eſt operæ pretium
Clara genus ſenſu pollens et mater egentum
 Virgo ſacrata Deo Manlia Dædalia
Quæ mortale nihil mortali in pectore volvens
 Quo peteret cœlum ſemper amavit iter
Sexaginta annos vicino limite tangens
 Retulit ad XRM. celſa per aſtra gradum
Hæc Germana tibi Theodorus Frater et hæres
 Quæ relegant olim ſæcla futura dedi.

NOT. Frater erat Hæres...: ergo Virgines Deo ſacratæ, res ſuas, et proprium quoddam habebant.

1. *Mediolani*

Digitized by Google

1. *Mediolani, in templo S. Ambroſii.*

Marcellina. tuos. cum. vita. reſolveret. artus
Spreviſti. Patriis. corpus. ſociare. ſepulcris
Dum. pia. fraterni. ſperas, conſortia. ſomni
Sanctorumq. cupis. cara. requieſcere. terra
Nil. longinqua. domus. caſto. decerpſit. amori
Affectus. nec. morte. perit: nam. munere. lethi
Rurſus. victa. ſoror. fraternæ. redderis. umbræ
Quamvis. magna. pio. ſuſpiret. Roma. dolore
Tertia. quod. ſacri. patitur. jam. damna. ſepulchri
Nec. tamen. anguſtam. ſedem. quis. dixerit. aule
Corporis. hæc. domus. eſt. nam. te. pia. virgo. ſupernum
Accipit. imperium. placidæ. poſt. munera. mortis
Æternæ. Chriſtus. pretium. tibi. deſtinat. aulæ
Præmia. dans. caſtis. intactæ. matris. honorem
Te. medius. Juli. tranſcendit. fervide. curſus
Et. te. virgo. tuus. tranſvexit. ad æthera. ſponſus.

NOT. Marcellina ſoror erat Satyri qui obiit A.D. 385. & S. Ambroſii qui obiit 397. Utrique horum ſuperſtes erat, & Mediolani tandem ſepulta eſt. Ex verſib. 8. & 9. patet Ambroſium Romani generis fuiſſe, licèt ipſe natus eſſet vel Arelate, vel Auguſtæ Trevirorum, ex Patre Ambroſio Præfecto Præt, Galliarum.

2. *Cœm. V. Latinæ.*

Macarius Faretrio Sorori in pace Dp. XVI. Kal. Aug.

3. *Ibidem.*

Locus Macedonies quæ vixit annos. p.m. XXX. depoſita prid. Idus. Mar. Fl. Ricimere Conſs.

NOT. A. D. 384. vel 459.

4. *Cœm. SS. Marcellini & Petri.*

Mag. Paulo Innocenti benemerenti. que vixit ann. VI. M. VII. D. IIII. in. pace. de. VII. Kal. Sept.

1. *Cœm.*

Digitized by Google

1. *Cæm. Via Noment.*

Maio Foſſori nepotes et bona nutritor.
Proclus qui vixit annis XCGII. et. dormi
VI. idus Maias in pace et Foſſor.
Calligonius Foſſor Patri.

2. *In fundamentis pro Baſilic. S. Petri.*

Hic requieſcit in ſomno pacis Mala que vixit annos XXXVIIII. M.V. D.V. accepta aput Deum IV. idus. Junias. Ætio. Conſl.

NOT. Ominis gratiâ, legit Reyneſius Maia, vel Mæa. Ann. 432. 446, 454.

3. *Cæm. Priſcillæ.*

Marcella que vix. cum Maritum ſunt annos XXX. cum Maritum IVVM ISTEFANV.

4. *In Eccleſia S. Martinæ.*

✝ H' requieſcut Co
pa. Scor Mar Matine
V' Cocodii S Epiphani
cu Socio eorum ✝

NOT. *Hic requieſcunt corpora Sanctorum Martyrum Martinæ Virginis, Concordii, & Epiphanii, cum ſocio eorum.*

5. *Cæm. V. Appia.*

Martine et Angeluſa bibates.

NOT. Id eſt, Vivatis.

6. *Tuſcanellæ.*

S. Marcellinus Pater benemerenti ejus.
contra boto biſoſonum fecit in pace. et Filiæ innocentiſſimæ Juliæ Marcellinæ. vix. an. XII. M. III.

NOT. Contra votum, biſomum fecit pro Filio & Filia. S. pro Sepulcrum.

I. *Albæ.*

1. *Albæ.*

Marcus qui vixit ann. LV. mens. III. et. fecit cum Compare ſua annos XXVI. depoſitus. IIII. non. Aug.

2. *Cœm. Calliſti.*

Tempore Adriani Imperatoris Marius Adoleſcens Dux militum qui ſatis vixit dum vitam pro Chō cum ſanguine conſunſit in pace tandem quievit. Benemerentes cum lacrimis et metu poſuerunt. id. VI.

NOT. Marius fortè paſſus eſt ſub Adriano, ſed hanc Inſcriptionem tunc factam minime credo.

3. *Ibid.*

Marius Januarianus.

4. *Maroſticæ apud ædem S. Floriani literis pedalibus.*

Maritima chara Conjux que venit de Gallia per Manſiones L. ut commemoraret memoriam Mariti ſui.
Bene quieſcas dulciſſime mi marite.

5. *In Agro Hiſpalenſi.*

Macarius. Famulus. Dei. vixit. annos. LII. receſſit. in pace. die. X. Cal. Jan. Era. DLVIII.

NOT. Id eſt, A.D. 520.

6. *Romæ.*

Hic. jacet. nomine. Matrona. C.F. in. pace. Uxor. Corneli. Primiceri. Cenariorum. Filia. Porphori. Primiceri. Monetariorum. quæ. vixit. Pl. m. ann. XXIIII. quæ receſſit. die. Mercuris. ora. VIII. et depoſita. die. Jovis. iduum. Majarum. in. contra Colomna. VII. Cons. Fl. Herculani. V.C.

NOT. A. D. 452. pro Cenariorum, legit Reyneſius Ducenariorum.

1. *Cœm.*

Digitized by Google

1. *Cœm. V. Tiburt.*

Maximina in pace.

2. *Via Oſtienſi, in pavimento templi D. Pauli.*

Mandroſa hic nomine omnium gratia plena. Fidelis in XPO. ejus mandata reſervans Martyrum obſequiis devota tranſegi falſi ſæculi vitam unius viri conſortio terquinus conjuncta per annos. reddidi nunc Dno rerum debitum communem omnibus olim quæ vixit. an. pl. m. XXXIII. D.P. VIIII. kal. Februarias
Conſ. Aginanti Fauſti V C.

NOT. A. D. 490.

3. *Romæ.*

Miræ. innocentiæ. ac. ſapientiæ. Puero. Marnano. qui. vix. a. IIII. et. M. IIII. et. D. II. quieſcit. in. p. d. prid. k. dec. Arbettione et Lolliano Coſſ. Parentes, fecerunt.

NOT. A. D. 355.

4. *Romæ.*

Maximilian. qui. bixit. annus. in. pace.

5. *Cœm. Priſcillæ.*

Maximino Filio. vixit annis XXVI. Veneria mater fecit.

6. *Cœm. V. Noment.*

Maxſimus Filumeneti Cojugi Fidelisſime.

7. *In æde ſuburbana S. Pancratii.*

Hic requieſcit Maxſimus Parvulus qui vixit annos VI. menſ. VII. dies X. depoſitus eſt. ſub D. III. id. Auguſtar. Symmacho et Boetio. VVCC. Conſſ. in fine. indic. XV.

NOT. A. D. 522.

1. *Cœm.*

Digitized by Google

1. *Cœm. Calliſti.*

Meliti in pace.

2. *Ibid.*

Filio Megethio benemerenti dulciſſimo qui bixit plenos anno.

3. *Cœm. V. Noment.*

Memmia Licinia in pace.

4. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Locus Mercuri et Urſe ſe vivi.

5. *Cœm. Calliſti.*

Dignæ benemerenti Compari Mercuriæ. quæ vixit annis p. m. XL. ſine aliqua querela. dep. XVII. Kal. Nov. Heros fecit ſibi et Compari ſuæ.

6. *Apud. S. Agn. V. Nom.*

Mercuriali Conjux bene fecit.

7. *

Meſſi Romuli corpus in pace quieſcit.

8. *Puteolis.*

Hic requieſcit in pace Miſenus Epiſcopus. . . . p. m. LXXVI. depoſ. III. id. Januar. Fl. Felicis. VC. Con. et. ſedit. ann. . . . M. X. D. XVI.

9. *Treviris.*

Hoc. ē. Scuariu. Dn. Dilecti. Trevirorum Archiepi. Modadi. cujus. Sciatc. XPO. Devotus. Rex. Dagobertus. ſicut. in. Pcepto. ejus. de. Eccleſia. Trevirenſi. continetur. verbis. magnificavit 7. Grell. Renum. 7. fluvium. Ligerim. rebus. magnifice. ditavit.

1. *Apud*

Digitized by Google

1. *Apud S. Agn. V. Noment.*

Mucia Paulina Licino Herclanio filio benemerenti qui vixit annis XX. in pace fecit. ſupra ſcripta Paulina in pace requievit. Di. XIIII. Kal. Decem. Dat. et Cær. Conſſ.

NOT. Datiano (alii Titianum dicunt) & Cæreali. A. D. 358.

2. ✱

Digne tenes premium Marea pro nomine XPO,
  Vindice quo vivit Sedes Apoſtolica.
Praeſulis in vicibus clauſiſti pectora ſæva,
  Ne mandata Patrum perire ulla fides.
Tuque Sacerdotes docuiſti Criſmate ſancto
  Tangere bis nullum Judice poſſe Deo.
Te quærunt omnes, te ſæcula noſtra requirunt,
  Tu fueras meritus pontificale decus.
Pauperibus largus vixiſti, nulla reſervans,
  Dediſti multis quæ modo ſolus habes.
Hoc tibi care Pater pietate notavi
  Ut religant cuncti tam bene clarus eras.
Dum lucem cupimus tectis admittere Martis
  Noſtra dies meruit lumen habere tuum.
  Te Paradiſus habet, lux eſt quæſita ſepulchro,
  Ne tibi vel tumulum imago gravet.

NOT V. 10. *Quas dederis ſolus ſemper habebis opes.* V. 12. *Relegant.* V. 16. *Noctis imago.*

3. *Mediolani.*

Sanctorum exuviis penitus confine Sepulcro
  Promeruit Sacro digna Marina ſolo
Ter decies bis terque ſimul tranſegerat annos
  Cum petit aetherias nomine juſſa vias.
Vitæ ſumma brevis ſed caſtæ gloria famæ
  Temporis anguſti continuavit opes.



Digitized by Google

1. *Vercellis.*

Sanctorum gremiis commendat Maria corpus,
Caſta, gravis, ſapiens, clemens, moderata, quieta;
Claram ſublimis fudit quam partus in auras,
Sed placitura Deo, generis ſuperavit honorem;
Haec non mortales ſed virginitatis amore
Aeternos ſortita toros, XPI que petivit
Perpetuam lucem, nullo quae fine tenetur.
Tertius et decimus gaudens hanc viderat annus,
Compoſuit corpus, caelum cum laeta petivit.
Texerat haec ſacros caſto velamine crines,
Sed XPM feſtina petit, mundumque reliquit.

NOT. *Perpetuam lucem*—non hymenæos ignes, aut tædas nuptiales, quæ ſubito extinguuntur. V. 11. *Feſtina.* Feſtina licèt Chriſtum petivit, non tamen ætatis ſuæ anno 13. Sed Conſecrationis ſuæ anno 13. Chriſtiani enim veteres Virgines velari ante annos maturos vetabant. in Capit. Car. M. ante ann. XXV.

2. *

Vita fuit Marci quam novimus omnes,
Ore Dei poſſet qui temnere mundum,
Oravit populus quod diſceret omnis
Honor vitæ grandis contemptus habendi.
Virtus tenuit penetralia cordis.
Te ſcuſtos XPI perfectus amicus
Et Damaſus tumulum cum reddit honorem
Hic Marcus Marci vita fide nomine conſors
Et meritis.

3. *In Vercellis.*

Quiſquis poſt mundum aetherias conſcendere plagas
Poſſe putat juſtos, Marcellinum quoque credat
Presbyterum caeli ſedes habitare quietas.
Nam rectis caſtum geſſit ſub moribus ævum,
Relligione pius. Beſſorum in partibus ortus
Et gemina vitam felix aetate peregit.

NOT.

Digitized by Google

NOT. Verſ. 5. *Beſſorum* (inquit Plinius l. 4. c. XI.) multa nomina ad Neſtum (vel Neſſum [ amnem Pangæi montis ima ambientem, &c. Βεσσικὴ στρατηγία Beſſica Thraciæ Præfectura, Urbs primaria Philippopolis: neſcio quid ſit gemina ætate vitam peragere, niſi ſignificat Marcellinum vixiſſe ann. 60. aut 50. ætas enim uſurpatur pro ſpatio 30. & aliquando 25. annorum: diverſè autem, in diverſis locis & temporibus.

I. *In Cœmeterio inter duos Lauros.*

Marcelline tuos pariter Petre noſce triumphos,
Percuſſor retulit Damaſo mihi cum puer eſſem,
Hæc ſibi carnificem rabidum mandata dediſſe,
Sentibus in mediis veſtra ut tunc colla ſecaret,
Ne tumulum veſtrum quiſquam cognoſcere poſſet;
Vos alacres veſtris manibus mundaſſe ſepulcra
Candidulo occulte poſtquam jacuiſtis in antro.
Poſtea commonitam veſtra pietate Lucillam
Hic placuiſſe magis ſanctiſſima condere membra.

NOT. Marcellinus & Petrus paſſi ſunt ſub Diocletiano, & eorum corpora in crypta juxta S. Tiburtium ſepulta, eorumque ſepulcrum S. Damaſus PP. verſibus hiſce poſtea exornavit, ut in *Martyrologio Rom.* ad IV. Non. Jun. Verſum ſextum non intelligo, sed lucem reliquis afferet carmen quod ſequitur, ex *Surio* depromptum.

*Duæ quædam referuntur Romæ natæ fœminæ,*
*Una dicta eſt Lucilla, Firminaque altera,*
*Veram puris retinentes Chriſti fidem cordibus,*
*Quæ propinquæ ter beati Martyris Tiburtii,*
*Ad Illius Sacroſanctum aſſidentes tumulum,*
*Deo gratas vigilando ducebant excubias.*
*Quibus Ipſe, cum beatis ſemet comitantibus*
*Marcellino atque Petro manifeſte retulit*
*Per ſoporem, ubi ſacra jacuiſſent corpora*
*Eorundem electorum, atque ſimul admonet*
*Ut euntes abſque morâ illa ſtatim auferant;*
*Et in Crypta ſuum prope curent corpus ponere.*
*Quæ præcepti obſequentes Nigram Sylvam adeunt*
*Sublatosque beatorum inde portant cineres*
*Et in ſpecu deponentes juſſo loco tumulant.*

Antequam S. Tiburtius his fœminis apparuit, locus dictus eſt *Sylva Nigra*: poſtea autem, *Sylva Candida*; *Candidulum antrum*, verſibus præcedentibus.



Digitized by Google

1. *In Cœmeterio B. Hilariæ.*

Martyris hic Mauri tumulus pia membra retentat,
Quem Damaſus Rector longo poſt tempore plebis,
Ornavit ſupplex cultu meliore decorans,
Inſontem Puerum cui poena nulla dejecti.

2. *Cœm. Priſcillæ.*

Narciſane perit annorum plus minus XCIII.

3. *Ibidem.*

B. Nautico. O. nis. VIII. M. II. D. XX.

4. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Nebio Severo Theodora Conjux Qui vixit annis N. L. B. M. in pace.

NOT. Numero 50. Benemerenti.

5. *E Cœmet. Via Salaria.*

Neria Sebera Cojugi dulciſ. . . : . . Mario Innocentrio cum quo ſe. . . . . annos ſedecim menſes III. qui vixit annis XXXIIII. menſes GII. et. defunctus eſt GI. idus Apriles Sibi et Illi fecit in pace Domini dormit.

6. *Romæ.*

D. M. S.
Filio. dulciſſimo. Niceroti. Parentes. fecerunt. in. Deo.

7. *Cœm. Calliſti.*

Hic ſitus Notatus Servus Fideliſſimus.

8. *Cœm. Oſtriano.*

P. C. Nundinati Filio innocentiſſimo.

1. *Apud*

Digitized by Google

1. *Apud S. Agn.*

Νυμφις ἐνθαδε κειται.

2. *Ante fores Baſilicæ B. Petri.*

Conditur hoc antro ſacræ ſubſtantia carnis
Præſulis egregii Nicolai, dogmate ſancto
Qui fulſit cunctis, mundumque replevit et Urbem.
Intactis nituit membris, caſtoque pudore;
Quæ docuit verbis, actuque peregit opime.
Sidereæ plenus manſit doctuſque Sophiæ,
Cœlorum claris quæ ſervat regna triumphis
Ut regnet ſoliis Procerum per ſæcula notus.

NOT. Obiit Nicolaus I. 867.

3. *Romæ.*

Octa. viae. Ma. tronae. Vi. du. ae. Dei.

4. *Romæ.*

Oct. . . . B. XP. Enius. Hemeros. dormit. in. pace. et. qui. bixit. annos. II. meſes. VII. dies. VII. depoſito. Innocenti. XV. K. Jan.

NOT. Legit *Hermeros* Laurenbergius. Quid ſi ἥμερος placidè?

5. *

Κοιμητηριον τουτο Ωκταβιλλη τη ιδια γυναικι Λαυδικης.

6. *Apud S. Agnet.*

Olympius. bixit. annos. tres. menſes. undeci. dies. dodeci. in. pace

7. *Cæm. V. Tiburt.*

Olympi in pace

1. *In Baſil. S. Paul. V. Oſt. characteribus rubris.*

Ομgνοιος Δομνη συμβιω γλυκυτατη εν αγαπη.

2. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Optatus in pace requieſcat Optatus et Renatus.

3. *Ad D. Balbinæ.*

✝ Locus Oportuni Circitoris Conjugiſque ejus Albinæ atque Filiorum eorum Palatinæ et Urbici requieſcentium in pace.

NOT. Circitor erat qui vigilias in ſuâ alâ circuibat, & ſiqua erat culpa renunciabat.

4. *Via Oſt.*

X. Orta Ci.

5. *Mediolani, menſâ marmorea.*

Lux. Patriæ. ſublime. decus. PR. Oſius. urbis
Mundo. flente. jacens. conditur. hoc. tumulo
Hunc IMI. Populus. nunc. lugeat. omnis
Noverit. ut. tanti. pignus. obiſſe. viri
Communis. placidus. hilaris. jucundus. honeſtus
Moribus. his. urbem. fecerat. eſſe. ſuam
Celſa. domus. Proavuſq. potens. Venetæ. Arbiter. oræ
Sed. meritis. mentis. vicerat. ille. genus
Privatæ. Comes. atq. rei. provectus. in. altum
Sacrarum. meruit. ſumere. jura. Comes
Patricium. culmen. gradibus conſcendit honoris
Crevit. et. ex. tanto. Præſule. Cenſus. honor
Domnica. ſed. Conjunx. retinet. commune. ſepulcrum
Juncta. toris. quondam. jungitur. et. tumulis.

NOT. Verſ. 1. PR. Pater. Verſ. 3. IMI. pro MLI. Mediolani. Aliter tamen J. B. Ferretius, qui per PR. Prætorem intelligit, & lacunam poſt populum facit, *Hunc. imi. populus. . . . . . . hunc lugeat omnis.* Eligat lector quod ſibi placet.

1. *Neapoli.*

Digitized by Google

1. *Neapoli.*

A ω. Patrici. A ω.

Patricium domus hæc æterna laude tuetur
 Aſtra tenet animam cetera tellus habet.
 Requieſcit in pace. ſub D. Conſ. A ☩ ω.

NOT. Sub Decio Importuno A. D. 509. vel ſub Cecina Mauro Baſilio Decio. A. D. 529.

2. *Sarcofagus V. Sal. effoſſus, è Cæm. Priſcillæ.*

Ενθαδε Παυλεινα κειται μακαρεων ενι χωρῳ
Ην κηδευσε Πακατου ενηκ θρεψαμεναν γλυκερην αγιαν εν
X̄Pω.

3. *In Baſilica S. Pauli, V. Oſt.*

Poſt mortem ſi vivit amor ſi gratia priſca
 Durat in arcanum mentis adacta bonum.
Quamvis luctificum Fratris tamen accipe carmen
 Ne mala ſit tumulis extera lingua tuis.
Te natura parens omni depinxerat arte
 Moribus ingenio corpore mente fide.
Purus amicitiæ cultor Servator honeſti.
 Eloquio miſeros vel pietate fovens.
Hinc eſt quod toto ſemper te flebimus ævo
 Quod fuerit Juveni vis tibi multa ſenis.
Te genetrix fratreſque ſimul te compare luctu
 Perpetuis lacrimis plangit amara domus.

Hic requieſcit in pace B. M. Petilius Proceſſus VS. Togatus in LL PP. qui vixit plm ann. XXXVIII. depoſit e ſuo die VIII. kal. Jun. Probo Jun. VC. Conſ.

NOT. A. D. 513.

4. *Agro Hiſpalenſi.*

Paula. Clariſſima. Fœmina. Famula. Chriſti. vixit. annos. XXIV. menſes. duos. receſſit. in. pace. XVI. Kal. Februarias. Era DLXXXII.

NOT. Id eſt, A. D. 544.



Digitized by Google

1. *Cœm. Calliſt.*

Puer Pancharius qui natus eſt III. Idus Januaria: et. vixit annos XX. et. menſes octo et dies XII.

2. *Cœm. Priſcillæ.*

Parentes Partenio benemerenti qi bixit annis XIII.

3. *Cœm. V. Latina.*

Paula et. : . . . . . . . . . . . . . . ;

in pacem

4. *Nolæ.*

Dep. Ep.
Paulini Junioris.
D. III. id. Septemb.
H. Dioſo. moro. V. C. Conſ.

NOT. Lege Fl. Dioſcoro. A. D. 442.

5. *Romæ:*

In. hoc. loco. requieſcunt. corpor. Sanctorum. Martyr. Papiæ. et. Mauri.

6. *Romæ.*

. . . . tia. Pauli. quæ. vixit. ann. pl. m. X. . . . . epoſita. XI. Kal. Octob. Conſſ.

7. *Eboræ.*

Depoſitio. Pauli. Famulus. Dei. vix. ann. L. et. uno. Requievit. in. pace. D. III. id. Martias. Era. DLXXXII.

NOT. Id eſt, A. D. 544.

1. *Neapoli.*

Digitized by Google

1. *Neapoli.*

Ενθα κειται Παυλα. Παυλου υποδ. θυγατηρ ζησασα εν ειρηνη ετη Δ. μηνας Β. αυετπ, προ Καλ. Ιουν.

NOT. Verſ. 2. *Ὑποδιακόνε. Verſ. 4. *Ἀνεπαύη.

2. *E Cœm. V. Nom.*

Paulinus. Romano. in. pace. qui. vixit. ann. III. et. menſis. Septe.

3. *Cœm. Priſcillæ.*

Domino Filio innocentiſſimo et dulciſſimo bono ſapienti Pelagio. qui. vixit. annis VI. M. VII. D. XIIII. h. VIIII. Socratianus et Irene Parentes B. queſc. in pac.

4. *Apud S. Agn.*

Pentadius in pace. depoſ. XIIII. kal. Mar.

5. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Locus Pergei ſi mota nes
ſe bibo fece

6. *Cœm. Priſcillæ.*

Petroniani ma innox qv. ann. III. M. VIII. D. XX. Parentes Filio in pace.

NOT. Petroni anima, &c.

7. *Cœm. S. Agn.*

D. N. Honorio et Theodoſio
bene memori
Petrus innox qui ſupervixit annum unum et menſes quinque
Defunc. D. . . . ; . . . . .

NOT. Bonæ memoriæ.

1. *Cœm. Priſcillæ.*

Poſitus eſt Petrus. VIII. idus. . . . . . . .
tias. qui vixit annis XVIII. dep. in pace Philippo et Salia
Coſſ. Duo Fratres. . . . . . . Antius Lector de Pallacine
qui vixit Ep. XII. Kal. Sep.

NOT. Verſ. 2. *Martias.* A. D. 348. Amantius Lector *de Pallacine*, à Monaſterio D. Laurentii ante Eccleſiam D. Marci, dicto *Pallacenæ* nomen accepit.

2. *In D. Pauli Baſilica, ſuper Cœmet. Lucinæ.*

Levitæ conjunx Petronia forma pudoris
His mea deponens ſedibus oſſa loco.
Parcite vos lacrimis dulces cum Conjuge natæ
Viventemque Deo credite flere nefas.

Dep. in. pace III. non. Octob. Feſto. VC. Conſ.
Hic requieſcit in pace Paula Cl. F. dulcis benigna
gratioſa Filia SS. Dp. Kal. Septem. Venantio. VC. Conſſ.
Hic requieſcit dulcis Muſtella Gordianus Filius SS.
Dp. V. id. Sept. Symmacho. VC. Conſſ.
Hic requieſcit Æmilia. Sac. V9. Dep. V. id. Dec. Probino.
V. C. Conſſ.

NOT. *Dulcis Muſtela* dicitur Puer ὑποκοριστικῶς, cujus forma moreſque fuerant amabiles. Familiare enim populis pleriſque ab animalibus omnibus, præſertim verò innoxiis, deſumere ὑποκορισμὸν, eorumque appellationibus adficere eos, quos probabant. Hinc toties audimus Chelidonas, Graculas, Turtures, Catulos, &c. Alii legunt V. 2. diſcedens pro deponens. Feſti Conſulatus, A. D. 472. Venantii 484. Symmachi, 485. Probini, 489. Sac. V9. *Sacrata Virgo.* et SS. pro *Suaviſſimus.*

3. *Abellæ, mutilum.*

Præneſtina tibi verus. . . . . heu grave onus
Solvo ſub charum deponens marmore corpus.
Diſcrevit nos vita quidem ſed vivet amoris
Indiviſa fides erit hic quoque copula nobis
Conjugio noſtro nec mors divortia ponet.
Concordes animas Chriſtus revocabit in unum.

1. *Cœm.*

Digitized by Google

1. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Corpus humo animam Chriſto Petroni dediſti
Nam juſtæ mentes foventur luce celeſti
Sidereaſque colunt ſedes mundoque fruuntur
Tu dulcis Fili memor hinc aſpice noſtri

NOT. Deſunt reliqua.

. . . . . . . . . . . .

2. *Romæ.*

Petronius in pace. XVII. Kal. MS. qui vixit A. LXVI.
Conſula. : . . . . Probino. V. V. C. C.
Hic requieſcit in p. . . . e biba fecit. biſomus jacat.

NOT. 489.

3. *Cœm. V. Appia.*

Debia Noba.
Pollecla que Ordeum bendet
Debia Noba.

NOT. Iſta hordei aliorumque leguminum venditrix Corpori Lupinariorum (quod Alex. Severus conſtituit teſte Lampridio) accenſita larem coluit, Via Nova, Regionis VIII. ſeu fori Romani. *De Via Nova.*

4. *Cœm. V. Noment.*

Pluſianii Conpari benemerenti in pace que vixit annos plus minus XXVII. De. XIII. Kal. Mart.

5. *Cœm. S. Cyr.*

Benemerito Pompeio qui vixit menſibus XI. D. VI. Depoſitus in pace die XVI. Kal. Sept. Auſonio et Olybrio Conſſ.

NOT. A.D. 379.

6. *Neapoli.*

Baſilicam hanc Pomponius Epiſcopus Neapolitanus Famulus Jeſu Chriſti Domini fecit.

NOT. Vix. ſub Juſtino Imp. qui ob. 527.



Digitized by Google

1. *Spoleti.*

D. P.

Vale. qui. legeris. libens. Picentiæ. legitimæ. Neophytæ: die. V. Kal. Sept. conſignatæ. a. Liberio. PF.
Fl. Hoſpitianus. Maritus. Uxori. benemerenti. duplicem. Sarcofacum. cum. titulis. hoc. loco. . . . . oc. . . . i. poſuit. . . . . Marito. . . . . . . et. . . . . . .

2. *Romæ, Cœm. Priſcill.*

Placide. Conjuge. mee. pudiciſſime. Firminus. Maritus. fecit. cum. pace.

3. *Mediolani.*

B. M.

In. commemoratione Euſtaſia. Mater. Filio. Polichronio. Fid. qui. vixit. annis. III.

4. *Romæ, in pavimento S. Martini.*

Hic requieſcit in pace Prætextatus V. I. Exquæſtor. SC. P. Dp. VII. id. Oct. Feſto VC. Col. Filia ejus Prætextata C. F. Dp. XV. Kal. Aug. Decio. V. C. Col.

NOT. Pater dep. A. D. 472. Filia 486.

5. *Via Appia, arca marmorea.*

Καταθ

Περγκιπιου προ Ζ. Καλ. Ωκτωβρ. Θεοδωρα C. προ δ. ειδ. Σεπτ.

NOT. Καταθεσις C. συμβιος. Ante IV. id. Sept.

6. *Cœm. Priſcillæ.*

Præjectus Bizinus qui vixit an. VI. M. V. et. Dies. XXVI. dulciſſimo Parentes poſuerunt.

1. In

Digitized by Google

1. *In Quirinali.*

Gracilis. Maritus. Probinæ. Conjugi.
Perpetuas. ſine. fine. domos. mors. incolit. atra
Æternoſq. levis. poſſidet. umbra lares
Vita. ſubit. cœlum. corpus. tellure. tenetur
Omnia. ſic. repetunt. jura. locoſque. ſuos
Sic. rerum. natura. jubet. ſic. temporis. Ordo
Quæ. modo. ſunt. pereunt. quæque. futura. cadent
Suſcipe. nunc. Conjunx. ſi. quis. poſt. funera. ſenſus
Debita. ſacratis. manibus. officia
Multorum. invidiam. tandem. caruiſſe. memento
Nequiquam. paveas. templa. quietis. habens.
Hic. Probina. jacet. Gracelis. cito. rapta. marito.
Diebus. paucis. vix. commodata. ſuo.
Invida. ſors. rerum. fatis. quid. mergis. acervam
Nec. te. Conjugii. novus. eleĉtit. amor
Heu. miſeranda. nemis. auſpiciis. juncta. ſiniſtris
Quo. fato. traderis. hoc. ſeviente. peris
Quid Probina proſunt. fecunda. viſcera. tibi
Concepis. adfectum. luctum. teipſa. parit
Nil. te. danna. nocent. communis. funere. leti
Cum. tuus. in. noſtro. pectore. vibat, amor.

Hæc. fuit. in. luceſta. ann. XVII. M. X. D. XX. in. quib. cum. marito. vix. Dies. centum. ægrotavit. dies. XXXX. vere. quievit. in. pace.

NOT. Senſus quidem ſatis bonus eſt, & per totum continuatus; ſed verſus non ita, priores enim decem, ſæculum non ineruditum aut inficetum ſapiunt, reliqui miſerè deficiunt. Aliter legit Ferretius Verſ. 10. Habes. Verſ. 11. Gracili. V. 14. Nocuus. V. 16. Sæviente. V. 18. Ad fætum. V. 19. Funera læti. V. 20. Tuis. *Luceſta* pro *luce iſta*. Credo duo Epitaphia in unum malè conſarcinata eſſe.

2. *Romæ.*

Principalis. qui. bixit. annis. XLV. M. II. depoſitus. natali. ſuo. Juſtina. benemerenti. Ceſquet. in. pace.

NOT. Quieſcit.

1. *Veronæ*,

Digitized by Google

1. *Veronæ, ad D. Proculum.*

Hic. ſito. conſenui, . . . jam. me. longior. ætas
Præcedet. vivamq. diu. melioribus. annis.

Proculi. Epiſcopi. corpus. et. Sanctor. Martyr. Coſmæ. et. Damiani. ſed. et. Confeſſoris. Martini. reliquiæ. requieſcunt. in. pace.

2. *Romæ.*

Privata. Dulcis. in. Refrigerio. et. in. pace.

3. *Cœm. Oſtriano.*

Primitius in pace qui poſt multas anguſtias Fortiſſimus Martyr et vixit annis P. M. XXXVIII. Conjug. ſuo. perdulciſſimo. benemerenti. fecit. . . . .

4. *Cœm. Priſcillæ.*

PriMMM, fecit Prime venemerenti quæ vixit annis LI. mes. idus. V. diebus.

NOT. Primilla, pro *mes idus* lege *menſibus.*

5. *Cœm. V. Noment.*

Primus qui bixit annos duodeci et dies minus XXX. requieſcit in pace.

6. *Cœm. Lucinæ.*

Locus Primi.

7. *V. Appia, Cœm. Calliſti.*

Temporibus Sancti Innocentii Epiſcopi. Proclinus et Urſus Presbb. Tituli Bizantis Sancto Martyri Sebaſtiano ex voto fecerunt.

NOT. Innocentius Primus Pontificatum adeptus eſt, A. D. 403.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Benemerenti in pace Proclo qui bixit annus XVI. depoſitus VI. idus. Octobris. DD. NN. Honorio Auguſto VIII. et Theodoſio CC. SS.

NOT. A. D. 409.

2. *Cœm. S: Saturnini.*

Proſpero Innocenti animæ in pace.

3. *Baſil. D. Pauli V. Oſt.*

Locus Pupe.

4. *.

Petronilla. Primilla. Petronio. ol. Epaphrodito. Filio. kariſſimo. qui. vix. ann. VIII. men. VIII. Defecit. in. pace.

5. *Legiuno, oppido Inſubrium.*

Hic. Sci. Primi. Martyris. corpus. venerandum. in Xqo. humatum. quieſcit. quod. Deo. dignus. Sergius. Papa. Junior. Eremberto. inluſtri. viro. conceſſit. ab. urbe. Roma. cum. hymnis. ac. laudibus. ſpiritualib. q. canticis. dum. eſſet. tranſlatum. quem. inter Scos. ejus. Spus. teneat primatum. in multis. virtutibus. et. ſignis. eſt. declaratum. Reconditum. eſt. Corpus. Beati. Primi. Mart. cum. reliquiis. Sancti. Feliciani. anno. Incarnationis. Dni. nri. IHV. Xqi. DCCCCVI. Kal. Aug. indic. VIIII. Ordinante. Dom. Angilberto. Archiepo. anno. XXIII. Paſſio Sanctorum. VI. id. Jun.

NOT. Primus & Felicianus Fratres & Martyres, Romæ, i. e. 14. ab urbe milliari, ſub Diocletiano & Maximiano paſſi, A. D. 287. V. id. Secundum Martyrologos; hanc autem Inſcript. VI. Hic Sergius *Deodignus* Papa, erat illius nominis III. A. D. 906. ob amorem Maroziæ meretricis celeberrimæ, infamis, ex qua genuit Papam alterum Johannem XI.

1. *In*

### 1. *In Eccleſ. S. Stephani, Romæ.*

Pulcra Patris ſplendet Baptiſtæ menſa Johannis,
Martyris in Stephani venerabilis æde ſacrata,
In qua ſancta ſimul conduntur pignora ſummi
Egregiique Sebaſtiani, multique aliorum
Temnentum mundi mortalem Principe vitam
Cum XPO caelis meliorem vivere ſemper
Optantes potius. Paſtor quam ſtruxit honeſtus,
Aeternam ut requiem mereatur habere Palumbus:
Quorum geſſit amor repentibus iſta tonante.

NOT. Verſ. 1. *Menſa.* Tumba, lapis qui ſepulchro inſternitur. Obſervat Scaliger ad Feſtum *menſas* in ſepulcris poſitas à Gentilibus, quòd ad ſepulcra res divina fieret Sacro Parentali, *Menſa* enim in Templis dedicata, *aræ* uſum, & religionem *pulvinaris* obtinebat. *Menſa Cypriana*, Carthagine, Locus ubi Sanctus Ille Vir Martyrium paſſus eſt, quo poſtea in illius memoriam *menſa* erecta eſt, *non quòd ibi unquam Cyprianus epulatus, ſed quia ibi eſt immolatus.* Ut Auguſtinus. *Menſa* etiam *Altare Sacrum* in quo ſcilicet Sacrum Euchariſtiæ convivium peragitur. *Menſa Canonica*, ad quam unà convivabantur Eccleſiarum Clerici. *Menſa* etiam dicitur quicquid ex bonis alicujus eſt, bona ipſa, Patrimonium, Dominicum, [*quod eſt propriè terra ad menſam deſignata* ] denique quicquid ad *Menſam inſtruendam*, ad veſcendum, ſeu ad vitæ commodum neceſſarium eſt, aut conducit. Sic, *De menſa alicujus eſſe* ſignificat *De familia ejus eſſe.* *Menſam tenere*, Convivio excipere. Cum multis aliis ſcitu utiliſſimis quæ in Gloſſario Car. du Freſne inveniat Lector eruditus; Eccleſiarum S. Stephani nulla, diu abhinc, veſtigia remanſerunt. Videat autem Lector quomodo hæc quæ hic dicuntur ſtare poſſunt cum illis multis & magnificis quæ de Sebaſtiani Tranſlatione ſæpius iterata, à Surio, Baronio, aliiſque ex Act. Sanctorum traduntur.

### 2. *

Paccius hic ego ſum, Germilla compare gaudens;
Viximus heu nimium frugi dum juſſa tulerunt,
Atque per emenſum ſpatiis tranſegimus ævum
Conjuge cum ſancta, ſuſcepta prole potitus,
Per ſenos iterumque decem ſat fecimus annos.
Triſtia ſed natis, ſunt multum grata Parenti,
Ut prior in pacem cedat, ſobulemque relinquat.

1. In

### 1. *In introitu Eccl. Joh. & Pauli.*

Antiſtes Domini celſa ſacraria XPI,
  Veſtibulum decorat, gratia pulcra loci:
Quæ quia compta nitet, primaque in fronte renidet,
  Oſtendit quantum numinis intus ineſt.
Quis tantas XPO venerandas condidit aedes,
  Si quæris, Cultor Pammachius fidei.

NOT. Circa A. D. 368. ut videre eſt in Actis SS. Johann. & Pauli. Rom. ſubterann. pag. 175.

### 2. *In Tremo S. Cæciliæ.*

Hæc domus ampla micat variis fabricata metallis
Olim quae fuerat confracta ſub tempore priſco
Condidit in melius Paſchalis Præſul opimus
Hanc aulam Domini formans fundamine claro
Aurea gemmatis reſonant haec dindima templi
Lætus amore Dei hic conjunxit corpora ſancta
Cæciliæ et Sociis rutilat hic flore juventus
Quæ pridem in eruptis pauſabant membra beata
Roma reſultat ovans ſemper ornata per ævum.

NOT. Paſchalis I. ob. 824. V. 5. Lege *intima templi*, ſaniori quidem ſenſu quàm *dindima*, nec tamen valdè bono. Cæcilia Virgo nobilis Romana, ſimul cum Valeriano Conjuge [*nam quamvis nupta eſſet, intacta tamen, et conjugii inexperta ex pacto remanſit*,] Tiburtio fratre & Maximo, ſub Alexand. Severo anno 228. Martyrium ſubiit (non M. Aurelii, aut Commodi temporibus, uti Beda, Uſuardus, Ado, & alii tradiderunt) quorum corpora Paſchalis invenit, & honorifice recondidit. V. 8. *Pauſabant*, requieſcebant. *Pauſa* vox veteri Latio cognita, & ſequioribus ſæculis in uſum revocata, pro *quiete requieque.*

### 3. *Romæ.*

Janitor ante fores fixit ſacraria Petri
  Quis negat has arces inſtar & eſſe poli?
Parte alia Pauli circumdant atria muros
  Hos inter Roma eſt, hic ſedet ergo Deus.



Digitized by Google

1. *

Quidnam igitur mirum magno ſi culmina Petro
Quolibet exiſtant ædificata loco,
Cum quæ per totum celebratur Eccleſia mundum
In fundamento fixa Petro maneat?
Namque Illum Deus ipſe, caput qui corporis extat,
Propterea Petræ nomen habere dedit.
Dicens eſto Petrus, quoniam fundabo ſuper Te
Quam mihi nunc toto molior orbe Domum.
In Te, per cunctas conſiſtit Eccleſia gentes,
Vincit & inferni carceris imperium.
Nam clavibus * cœlorum claudere portas, * Deeſt aliquid.
Et reſerare dedit, pro meritis hominum
Quæcunque in Terris fuerit ſententia Petri,
Hæc erit in Cœlis ſcripta, notante Deo.
Dixit enim Tu es magno mihi nomine Petrus,
Et Tibi cœlorum fortia clauſtra dedi.
Hac ditione potens Terra Cœloque Petrus ſtat
Arbiter in Terris, Janitor in Superis.

NOT. Hæc quæ de S. Petro dicta ſunt, magna nimis, imprudenti, & rem penitiùs non inſpicienti forſan videantur; ſed nihil hic S. Petro vel honoris vel privilegii tribuitur, quod & reliquis Apoſtolis non datur. Et hoc pro certo habere Lectorem (quicunque ſit) jubeo moneoque, iſtam ſententiam toties decantatam — *Omnia dat, qui juſta negat*, Nullibi veriorem eſſe quam in re Religionis decertatâ: nec enim tot & tantos unquam alibi triumphos agunt Pontificii, quot quantoſque de perverſis imperitiſque Adverſariis, & toto cœlo diſſentientibus egerunt, agunt, agentque. Sed cave quæ ſequuntur.

2. *

Solve, juvante Deo, Terrarum, Petre, catenas,
Qui facis ut pateant cœleſtia regna beatis.
Ipſe tua Petre diſrumpi vincula juſſit
Qui te conſtituit mundanos ſolvere nexus.

1. In

### 1. *In Altare Eccl. S. Petri, Romæ.*

Vox arcana Patris, Cœli quibus aequa poteſtas,
   Deſcendit terras luce replere ſua.
Hanc, Deus humanam ſumens de Virgine formam,
   Diſcipulos mundo præcipienda docet.
Quæ modo Pelagius Præſul cum plebe fidelis
   Exercens offert munera ſacra Deo
Ut Romana manu cœleſti ſceptra regantur,
   Sit quorum imperio libera vera fides,
Pro quibus Antiſtes reddens hæc vota, precatur
   Sæcula Principibus pacificata dari.
Hoſtibus ut domitis Petri virtute, per orbem
   Gentibus ac Populis pax ſit et iſta fides.

NOT. Verſ. 5. Pelagius I. Papa factus eſt A. D. 555. obiitque 559. Pelagius II. Papa factus eſt 579. obiit 590. Neſcio quis hoc loco intelligendus eſt. Sed monendus eſt Lector, ut errorem leviculum viro illuſtriſſimo & ſimul doctiſſimo Mediobarbæ Birago, eripiat, qui (in vita Totilæ pag. 568.) Pelagium Pontificem cum Evangeliis obviam factum Totilæ Templum S. Petri ineunti, affirmat; cum tamen Pelagius non niſi tribus annis poſt Totilæ mortem, factus eſt Pontifex. *Saucius enim fugiens moritur ex vulnere ad Capras menſe Auguſto, A. D.* 552.. inquit ipſe Vir Max. Sed non magnum eſt, illum appellaſſe *Pontificem* qui tunc temporis cum Totilæ obvius proceſſit, erat *Diaconus*, poſtea autem factus eſt *Pontifex*, 555. V. 3. lege *Hæc*.

### 2. *

Culmen Apoſtolicum cum Cœleſtinus haberet,
Primus et in toto fulgeret Epiſcopus orbe;
Hæc quæ miraris, fundavit Presbyter Urbis
Illyrica de gente Petrus, vir nomine tanto
Dignus, ab exortu Chriſti nutritus in aula,
Pauperibus locuplex, ſibi pauper, qui bona vitæ
Præſentis fugiens, meruit ſperare futuram.

NOT. Obiit Cœleſtinus I. 432. De illo enim (ut credo) agitur, nam reliqui Cœleſtini longo poſtea intervallo Pontifices ſederunt.

### 1. *In Porta Eccleſiæ S. Petri dextra.*

Lumine ſed magno vibrare janua eterno,
 Aſtriferumque polum indicat ipſe nitor.
Terrae oret vultus ſervantum limina ſacra,
 Geminis in Portis ora jucunda nitent.
Simonis aſpectus fulgens præcluditur unâ,
 Altera ſed Pauli radiat orbe docens.
Aditus interior gazarum æſtuat opes,
 Et depicta nitent cumulis ipſa ſuis.
Aureis in petalis gemmarum clauditur ordo,
 Et ſuperba teget blattea palla fanum.
Sic quoque conjunctim ſervatur gloria rebus
 Et variata ſimul nexa natura manet.
Inclita cum opere ſurrexit fama perennis,
 Indubitante fide reddite cuncta vota.

NOT. Nec metri nec Latinitatis ullam rationem hic invenies; ſatis ſit, ſi ſenſum qualemqualem eruas. Legit Gruterus, V. 3. *Terra fovet*. V. 9. *Petalis*. Petalum, Lamina aurea in capite ſummi Pontificis. Arnold. Abb. Bonæ Vallis, cap. 9. Præter hæc, laminam auream quam *Petalum* vocant, inſtar teſſeræ quadratæ, unde pavimenta templorum, domuum, palatiorumque ſternebantur. V. 10. *Blattea*. Blatta genus vermis purpurei; hinc *blatteus* pro *purpureus*. Sæpe etiam *blatta* pro ipſo *Serico* blatta tincto uſurpatur. Sic Fortunat. l. 2. de vita S. Martini. *Inlita blatta toris, aurumque intermicat oſtro*. *Palla*, aulæum. Palla etiam *globus*. *Fanum*, *fano*, vel *phano*, *fanon*, & hoc in loco *fanum*, dicitur Corporale Sindon, mappa, mantile, ſudarium; quid hic ſignificat neſcio, an caput an humeros Pontificis operiebat, incertum eſt.

### 2. *In civitate Papiæ.*

Me ſibi praeclarus Doctor nutrivit alumnum
Antiſtes Petrus, Ticinenſis gloria plebis,
Et Pater, et Paſtor, patriae decus, inclitus auctor;
Eccleſiae ſemper fueram vernaculus almae,
Literulas ex quo primaevus tempore ſumpſi,
Primus eram cleri primo, Levita deinde,
Jam licèt indignus magno tamen ordine fungens
Sed poſt ira Dei populum ſtillabat in iſtum,

Exul

Digitized by Google

Exul eram ductus longè de ceſpite Patrum;
Sed me magna Dei ſervavit gratia ſemper,
Eruit à multo venienti hinc inde periclo,
Cui laus magna fuit, virtus, et gloria ſemper,
Qui me tam miſerum dira de morte reduxit,
Et patrias iterum me fecit cernere terras.
Tempore quo Carolus Rex Magnus optimus iſtam
Tenuit et rexit grandi pietate benignus. *A.D.*773.
Hæc mea viventis in ſaeclo fata fiebant,
Et nunc iſta tenet requies miſerabile corpus,
Spiritus altithroni timidus petit omnia, ſecum
Judicium Regis portans quaecunque gerebat,
Corpore conjunctus Petro; mitiſſime XPE
Tu quicumque legis, dic, dic, peccata remitte.
Atque valete mei memores per ſecula fratres.

NOT. *Requies*, verſ. 18. pro *Sepulcro*, ut alibi.

r. *Ibidem.*

Candida funereo ſculpuntur marmore geſta,
Sed non eſt flendus qui jacet in tumulo.
Lugeat infauſtus, qui neſcit vivere XPO
Poſt mortem, caros tartara quos retinent.
Hic vates Dno mundo quia corpore vixit,
Admixtus gaudet caetibus Angelicis.
Claruit hic meritis Petrus Antiſtes honeſtis,
Norma Sacerdotum, columen eximium,
Munificus, conſtans, ſollers, prudenſque, modeſtus,
Qui innumeris ſemper pollet ubique bonis.
Inclitus proſapia, Regumque ſtemmata tangens,
Nobilis alloquio moribus nobilior.
Iſte peregrina maceratus denique vitâ,
Bis quinis annis exulat innocuus.
Eſuriemque, ſitim, patitur dum et frigora corpus,
Spe, virtute, fide, Spiritus auctus erat.
Sed repetens genitale ſolum pia munia geſſit,
Præfuit Eccleſiæ, rexit ovile Dei.



Digitized by Google

Iſte ſacras Dn̄i condens amabiliter aulas,
  Ditavit propriis optime ceſpitibus.
Sublimis, humilis, mediocris, dives, egenus,
  Occubuit Paſtor noſter en egregius.
Planctibus immenſum clamantibus flete dolorem
  Vox Patries obiit lex honorato decus
O venerande Pater, Paſtor bone, magne Sacerdos,
  Forma pudicitiae, O Pater eximiæ.
Mutaſti patriam linquens conſortia noſtra,
Nos tantum gemitus retinent, te gaudia caeli.
Expletis decim mortali in corpore luſtris
Quattuor his junctis vixiſti firmiter annis.

NOT. Verſ. 23. lege *Vox Patriæ obiit, Lex, Honor atque decus.* Vel -- *Vox Patriæ eſt.* — Verſ. 11. *Regumque ſtemmata tangens,* Luitpertum fortè, & Patrem *Cuniſpertum* Longobardorum Reges; & Aſprandum Leutprandi Patrem; ob quorum affinitatem in exilium miſſus erat ab Ariperto II. circa annum (ut videtur) 703. V. 17. *Repetens genitale ſolum.* A Luitprando certè revocatus, anno 713, ineunte; & Ticinenſis Epiſcopus ab illo factus, ſed quo anno, pro certo ſtatuere non poſſum, nec quo vitam finivit ſuam. Sed cùm ætatis erat 54. et ante annum trigeſimum ſuum haud factus eſt (pro Canonum Eccleſiæ obſervantiâ, & ni fallor, pro more ſæculi) Epiſcopus, certè uſque ad annum 737, vitam protraxit. Hic Petrus erat Doctor Presbyteri, ſeu fortè Epiſcopi, (quippe qui *magno ordine* ſe functum dicit) de quo precedens carmen factum eſt, & qui, ad Caroli Magni tempora, dies ſuos ad minimum perduxit, annum nempe 773. ſeu 774. qui & vitæ Deſiderii, & Regno Longobardico per Italiam, terminum & finem impoſuit. Hic denique Petrus, Auctore Luitprando, Corpus S. Auguſtini ex Sardinia Ticinum transferri curavit, anno 712. & fortè antequam Ipſe in patriam ſuam rediit.

I. *

Lætior procubuit Palus cervice ſecunda,
  Cui caput eſt XPS, deſpicit ipſe ſuum.
Præmia ſancta viri meritis titulata Beati
  Lingua tace, votis præcipitata piis.
Multa loqui poteras. ſi noſti cuncta referre
  Sed quia non noſti, parva tamen meminis.
Hic vir avaritiæ ſublimibus ore tropaeis
  Dejecit murum, plus jaculante manu.

Juſtitiæ

Juſtitiæ Cuſtos, virtutis cultor alumnæ,
  Judicio rectus, judicioque pius.
Plenus amore Dei, plenus quoque amore Propinqui,
  Mandatum ſupplens actibus ac meritis.
Mundivagis penitus nullis inlectus abenis
  Nec timuit quenquam pro pietate loqui.
Veridicus, patiens, juſtus, miſerator et æqui,
  Divitiis regnans paupere corde piis.
Parvulus interea Petri nutritus ovili,
  Primus Honorerii Presbyter enituit
Defuit in ſacrum quicquid ſi contigit Illum
  Ignorare novum vel vetus eloquium.
Vita ſepulta jaces Sanctis ſtellata triumphis,
  Vive ſepulturis vita beata tuis.
Hoc tibi plebs XPI. mutuo pro munere carmen,
  Obtulit egregie Vir, probitatis Apex.

NOT. Leg. fort. V. 1. *Latior occubuit Paulus*: vel fort. *Procubuit Latio.* Nec tamen ſenſum capio. V. 18. *Honorerii.* Honorerium (inquit Du Freſne in Gloſſ.) *Presbyterium, Conſeſſus Presbyterorum honoratiorum.* Et citat Vir doctiſſimus hanc ipſam Inſcriptionem.

1. *In Cæmet. S. Cyriacæ.*

Corpus humo, animam XPO, Petroni dediſti.
Nam juſtæ mentes foventur luce cœleſti,
Sidereaſque colunt ſedes, mundoque fruuntur:
Tu dulcis Fili memor hinc aſpice Noſtri.
Tunc igitur laudes quas clauſo pectore mecum,
Ipſe voluptabam referam, Tu lumen avorum,
Tu decus omne tuis, te flent orbati Parentes.
Blandus eras ſervis, cunctiſque benignus amicis,
Juſtum, dulce, pium, rogamus, ſuſcipe XPE.

NOT. Quatuor primos verſus edidit Reyneſius V. doctiſſ. & reliquos devoraſſe tempus ſcripſit: ſed an hos in Grutero conjunctos vidit, an tanquam malè concordes rejecit, non certum eſt. Leg. fortè verſ. 4. *illinc* pro *hinc*, i. e. ex cœlis.



Digitized by Google

1. *In Vaticano Camet. prope Secretarium.*

Terrenum corpus claudant hæc forte Sepulcra,
  Nil Sancti meritis derogatura viri.
Vivit in arce poli cæleſti luce beatus,
  Vivit et hic cunctis per pia facta locis.
Surgere judicio certus, dextramque tenentem,
  Angelica partem ſe rapiente manu.
Virtutum numeret titulos Eccleſia Dei,
  Quos ventura ut ſæcula ferre queat.
Rector Apoſtolicæ fidei veneranda retexit
  Dogmata, quæ clari conſtituere Patres.
Eloquio curans errorum ſchiſmate lapſos,
  Ut veram teneant corda placata fidem.
Sacravit multos divina lege miniſtros,
  Nil pretio faciens immaculata manus.
Captivos redimens, miſeris ſuccurrere promptus,
  Pauperibus nunquam parta negare ſibi.
Triſtia participans, læti moderator opimus,
  Alterius gemitus credidit eſſe ſuos.

Hic requieſcit Pelagius Papa qui ſedit annos IV. menſes X. dies XVIII. Depoſitus IV. Nonas Martii.

NOT. Legit Papebrochius. V. 8. *Utinam ſæcula ferre queant*. Et V. 16. *Pauperibus nunquam parca, neq* —— Sed ſatius retinere antiquam lectionem puto, hoc ſenſu, *promptus nunquam negare pauperibus* [*quæ erant*) *parta ſibi*. Lego etiam V. 5. *Tenere*. Obiit Pelag 561. Sergii III. ætatem & ſtylum hos verſus referre putat Pap.

2. *.

Cede prius nomen, novitati cede vetuſtas,
  Regia lætanter vota dicare libet.
Hæc Petri Paulique ſimul nunc nomine ſigno,
  Xyſtus Apoſtolicæ ſedis honore fruens.
Unum quæſo pares, unum duo ſumite munus,
  Unus honor celebrat quos habet una fides.
Presbiteri tamen hic labor eſt, et cura Philippi,
  Poſtquam Effeſi XPS vicit utrique polo.

Præmia

Digitized by Google

Præmia Diſcipulis meruit, vincente Magiſtro,
Hanc Palmam fidei rettulit inde ſenex:

NOT. Non invenio quis hic Xyſtus, quiſve hic Philippus ſit. Nec intelligo quid ſibi vult. V. 8. Emendo autem, *Epheſi.*

1. *

Extremo tumulus latuit ſub aggere montis,
Hunc Damaſus monſtrat, ſervat quod membra piorum.
Te Protum retinet melior ſibi Regia cœli,
Sanguine Purpureo ſequeris Yacinthe probatus
Germani fratres animis ingentibus ambo,
Hic victor meruit palmam, prior Ille coronam.

NOT. *Romæ* (inquit Uſuardus ad XI Septemb.) *Via Salaria veteri, natalis Sanctorum Martyrum Proti & Hyacinthi Eunuchorum; qui ſub Gallieno Imp.* Adriano Imp. & Æmiliano Judice, (inquiunt Rom. ſubterran. Editores) *pariter decollati erant.* Quare itaque unus *palmam* meruit, alter *coronam*? *Protus* ut videtur, *Eunuchus erat*, i.e. Virgo cœleſtis, & illo nomine primas ſedes, *meliorem cœli Regiam* meruiſſe videatur. Sed nec hæc conjectura mihi ſatisfacit. Sed non tanti eſt. Lege verſus ſequentes, ubi nullo diſcrimine habentur fratres.

2. *

Aſpice Deſcenſum, cernes mirabile factum:
Sanctorum monumenta vides patefacta ſepulcris.
Martyris hic Proti tumulus jacet, atque Jacinthi,
Quem cum jamdudum tegeret mons, terra caligo,
Hoc Theodorus opus conſtruxit Presbiter inſtans,
Ut Dn̄i plebem opera majora tenerent.

NOT. *Deſcenſus* (idem quod apud Græcos *καταβάσις*) *Confeſſio*, ſeu locus ſub Altari ubi recondebantur Sanctorum Reliquiæ, & in quem *gradibus* patebat aditus.

3. *Mediolani.*

Ruſtica. Perpetua. non. te. ſors. pallida. vitæ
Suſtulit. interitum. nec. tibi. morte. dedit
Purior. ætherias. graderis. ſine. carne. per. arces.
Nam. vitam. caſtæ. funera. nobilitant

 Quod

Quod. mirum. viduata. tibi. ſat. conſtitit. ætas
Conjugis. ad. natum. cum. bene. junctus. amor.

NOT. Aliter verſu ultimo, *ad. natum.*

### 1. *E Cœmeterio, Via Nomentana.*

Epitaphium Remo et Arcontiæ. qui natione Galla Germani Fratres adulti vna die mortui et pariter tumulati ſunt

Hæc tenet urna duos ſexu ſed diſpare fratres
Quos uno Lacheſis merſit acerba die.
Ora Puer dubiæ ſignans lanugine veſtis
Vix hiemes licuit cui geminare novem.
Nec thalamis longinqua Soror trieteride quinta
Tænareas crudo funere vidit aquas.
Ille Remi Latio fictum de ſanguine nomen
Sed Gallos claro germine traxit avos.
Aſt hæc Grajugenam reſonans Arcontia linguam,
Nomina Virgineo non tulit apta choro
Depoſiti nonis Novemb. Conſ. Dioſc. V. C.

NOT. A. D. 442. Verſ. 6. Tænareas pro infernas. Sic Virgilius,
*Tænarias etiam fauces, alta oſtia Ditis.*
Laconiæ Promontorium, juxta quod eſt antrum profundiſſimum. Et hinc à Poetis pro Inferorum aditu uſurpatur.

### 2. *Veronæ.*

Quartua. hic. vidua. vix. ann. LXXX. Marcellinus. cariſſ. Pater. cariſſimiæ. ſorori. et. pientiſſ. meritæ. fecit; Quam. omnis. Eccleſia. diligebat.

### 3. *Cœm. V. Noment.*

Quintilianus Feſtæ Cojugi benemerenti in pace. D. in P. VIIII. Kal. Maias Quintiano benemerenti P D X Kal. Julias. ſe bivo fecit. Juſtinianus ſe vivv fecit ſupra Parentes ſuos.

4. *Thebis,*

1. *Thebis in pavimento ædis.*

Ρουφος Αναγνωστης Διακονος.

2. *Lugduni.*

Hoc tumulo jacet bonom memoriom Rapſo cui vixit ann. XXXV.

3. *Via Labicana tabula marmor.*

Ruſtico et. Fl. Feliciane Parent. Vincentio filio kariſſimo vixit annos XVII. mes. II. dieb. VIII. fec. in. pace. dep. IIII. non. Sept.

4. *Cœm. Calliſti.*

Rufine benemerenti in pace.

5. *Cæm. S. Cyriacæ.*

Ravvicina.

6. *Cæm. Priſcillæ.*

Redempta Polyxene.

7. *Ibid.*

Regina Vibas in Domino Zeſu.

NOT. Vivas in Domino Jeſu.

8. *Ibid.*

Ρενεκτος εν ειρηνη περαγει.

9. *Cæm. V. Salaria vet.*

Rerite
te in pace.



Digitized by Google

1. *Cœm. Priſcillæ.*

Reſpectus qui vixit ann. II. et menſes VIII. dormit in pace delicium.

2. *Apud S. Agn.*

Locus Reſtituti.

3. *Cœm. Priſc.*

Rimenius qui vixit annis XVIII. in pace.

4. *Cœm. V. Salaria.*

Hic eſt poſita Rodope in pace que vixit an. Plus M. . . . . ta
Die XVII. Kal. Oct. DN. Valen. . . . et Habieno.

NOT. Valentiniano Aug. VII. & Avieno, ſecundùm Caſſiodorum, Attieno, ſecundum Victorem Tununenſem. Annieno ſecundum alios. A. D. 450.

5. *Baſilica D. Pauli. V. Oſt.*

Hic requieſcit in pace
Dulcis Romulus. qui vixit ann. IX.
mens. IX. depoſitus ſub die
pridie id. Septembr.
Lampadio et Oreſte Conſulibus.

NOT. A. D. 530.

6. *Cœm. V. Noment.*

Rufillo Neofito DV
vixit an. II. D. XL.
Quintilianus Pater filio dulciſſimo in Pace XRI.

NOT. DV. pro QV. qui.

1. *In*

Digitized by Google

1. *In Palatio Archiepiſcopali, Narbone, Ara marmorea hæc poſita.*

Do. et XPO. miſerante. Lim. hoc. C.L.K.I.E. anno. IIII. cs. Valentiniano. Aug. VI. III. Fl. D. XVIII. anno. Eptus. Ruſtici.

Ruſticus. Epus. Epi. Bonoſi. filius. Coep. depon. pariet. Eccl. dudum. exuſtæ. Bienn. adminiſt. . . : . . Epi. Veneri. Sol. C.
Epi. Aratoris. de. ſorore. Nepus. XXXVII. D. quand. in. fundam. poni Coepi. Suae. Prebu. Artifi. Epi. Dynami. L.
Epi. Veneri. Soci. in. Monaſterio anno. II. VII. id. Octob. Abſid. P. F. Montanus. Subd. Merced. Sol. DC.
Comprb. Eccle. Maſſilien. Marcellus. Gall. Pref. Di. Cultor. prece. ad. Oper. et ceter. Sol. idb. Ores. CCC
Anno. XV. Eptus. ſui D. Ann. V. id Octob. Exegit. Epum hoc. om. Suſcip. inpendia.
C. Vrſo. Prbo. Hermeti. Diacono. et. cor. ſeq. tib. neceſſar. repromittens. quæ. per. Hinc. oblat. Sol. et. de. Conla. Saluti.

Orate pro me Ruſtico veſtro

I.

Digitized by Google

1. *

O Rhode, dulcis anima, acervo mihi funere rapta,
Qui tantum properaſti Matris foedare ſenectam,
Senilemque ætatem tantos honorare dolores?
Te ſine namque mihi nec lux nec vita jucunda eſt,
Quid primum tolerare queam dum ſingula quaero,
Cum venit in mentem quòd tuorum tu decus omnium eſſes,
Quid pudor caſtus, quid ſancta fides, moreſque benigni,
Quid pudor caſtus, quid ſancta fides, moreſque benigni,
Ingeniumq. Doctrinaq. tua, et verba ſobria, menti
Prudens et innocua cæleſtia regna petiſti;
Jam vale perpetuo dulcis, et in pace quieſce.
Nunc XPI fuerat Chartaginis anus.

NOT. Verſ. 1. *Acerbo.* 2. *Quid.* 3. *Onerare.* Verſ. ultimus non hujus loci eſt, ſed forſan adjungi debet carmini proximè ſequenti.

2. *

Corporeis reſoluta malis, Duce prædita XPO,
Aetheris alma Parens atria celſa petit.
Inſontes Pueros ſequitur per amæna vireta,
Tempore victricis florea ſerta ligant
Purpuream rapiunt animam cæleſtia regna,
Sanguine tota ſua membra tegit tumulus
Si titulum quæris, meritum de nomine ſignat,
[ *Nunc Chriſti, fuerat Carthaginenſis Anus.* ]

3. *Baſ. S. Pauli, V. Oſt.*

Hic requieſcit in pace Sabinus VS Præf. ann. qui biſſit annus LIIII. et Dies XXIIII. DP. XVI. Kal. Auguſtas Symm. et Boetio. VC. Conſſ.

NOT. A. D. 522.

4. *Cœm. Lucinæ.*

Sabatius. dep. nonis. Decb.
Dor. in pace.

1. *Cœm.*

Digitized by Google

1. *Cæm. Calliſti.*

Sabatius benemerenti Qui vixit annos XL.

2. *Ibid.*

Sabbafo in pace
KK. Decembris.

3. *Baſ. S. Pauli, V. Oſt.*

Locus Sallis Pontii Ovini et Flavie Cuſtatie in Criſto Hic requieſcit in pace Innocens Petrus qui vixit annos dues depoſitus D. VIII. idus. Septemb.

NOT. Helleſpontii Jovini, & Flaviæ Conſtantiæ.

4. *Cæm. Priſcillæ.*

Salutiæ Co
jugi beneme
renti.

Juſtus Se
renu po
Valeriæ
Victorinæ
Filiæ

5. *Cæm. S. Cyriacæ.*

Sanctulus qui vixit annus L.
Dep. XIIII. Kal. Auguſtas.

6. *Cæm. V. Nom.*

In mire exempli innocentiæ ac Neofito Ambio Satrio Refrigerio qui vixit annis X. Dies XLVI.
Publius Cornelius Zetus et Satria Dignitas Parentes in pace B. M. fecerunt.

7. *Cæm. S. Cyriacæ.*

Saturnina in pace vixit annos plus minus.



Digitized by Google

1. *

Saturninus et Muſa
Filio dulciſſimo fecerunt.

2. *Cœm. Priſc.*

Scamnatius in Pace.

3. *Cœm. S. Agn.*

Sebera Rufiniano benemerenti.

4. *V. Noment.*

Sebt. Juliae. Conjugi benemer. vix. ann. XX.

5. *Cœm. S. Cyr.*

Secunda locu ſe biba emit.

6. *Cœm. Calliſti.*

Secundiano in pace.

7. *Cœm. Priſcill.*

Secundinus qui vix. ann. pl. m. LXII. in pace.

8. *Ibid.*

Secura quæ vixit. annis. VI. et defuncta eſt. IIII. Ka. Novembres.

9. *Romæ.*

Saluſtio. Ippolyto. benemerenti. qui. viſit. anus. XXXIII. M. VII. D. VIII. in pace.

1. *Epitaphium*

Digitized by Google

1. *Epitaphium Senarii viri Ill. Quæſt. Sacri Palatii.*

Ille ego ſum mundi quondam fine ſine viator
Senarius membris tumulo non nomine clauſus
Principis invicti ſemper ſublimis amore
Cujus in orbe fui vox Legum Lingua Salutis
Fœderis Orator Pacis via terminus iræ.

NOT. Deſunt cætera.

2. *Mediolani, in Baſilica Apoſtolorum, ea pars ubi conditæ ſunt reliquiæ S. Nazarii, à Serena, Stilichonis Conjuge, Lybicis marmoribus ornata fuerat ex voto.*

Qua ſinuata cavo conſurgunt tecta regreſſu
Sacratæque Crucis flectitur orbe caput
Nazarius vitæ immaculabilis integer artus
Conditur exultans hunc tumuli eſſe locum

Quem Pius Ambroſius ſignavit imagine Chriſti
Marmoribus Libycis Fida Serena polit
Conjugis ut reditu Stiliconis læta fruatur
Germaniſque ſuis pignoribus propriis.

NOT. Stilico in Rhætiam profectus eſt contra Francos, Suevos & Almannos, A. D. 395. Honorius Aug. Mariæ Stiliconis filiæ nubit, A. D. 398. Ergo, ut videtur, hæc Inſcriptio facta eſt, ante 398, aliàs enim Mariæ Auguſtæ meminiſſet mater, ſub honorificentiori titulo, quam *Pignoribus propriis.* Verum etiam (quod conjecturam certiſſimam reddit,) S. Ambroſius obiit 397.

3. *Neapoli.*

Hic duo ſancta ſimul divinaque corpora jacent
Soſius unanimes et Severinus habent.

NOT. Pro *jacent*, lege *lectum.* Severini corpus è Pannonia, Soſii è Miſeni Promontorio, metu Sarracenorum, tranſlatum erat.

1. *Cam.*

1. *Cœm. Priſcillæ.*

Hæc domus æterna Septimi et POIOC PC enies.

NOT. Fortè, *Et hujus progenies.*

2. *Cœm. Calliſti.*

Septimina Aurelius Galymedes.

3. *Cœm. Priſcillæ.*

Cojugi benemerenti in pace Severiano.

4. *Cœm. Calliſt.*

Severinæ Filiæ benemerenti feci quæ iſtetit in ſeculo annis. N̄. II. e. dies NX.

5. *Cœm. Priſc.*

Fili Matri Silveſtre fecerunt Noſite in pace.

NOT. Neophytæ.

6. ✱

Simplicius Martyr
Servilianus Martyr

7. *Baſilica D. Pauli, V. Oſt.*

Simplicius ex Rationalibus vita innocentiaque omnibus cognitus qui vixit annis XLI. mens. VIII. D. XXVIII. Depoſitus in pace die pridie iduum Septemb.

NOT. *Rationales*, adminiſtri Imperatoris erant, & alio nomine, *Procuratores Cæſaris*, *Proc. Fiſci*, *Proc. Patrimonii* appellabantur.

8. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Spiritus in bono.

1. Cœm.

Digitized by Google

1. *Cæm. S. Agn.*

Spirito Sancto Innocenti qui vixit. ann. pl. m. III.

2. *Cæm. V. Nom.*

Septimus Siricæ Cojugi in pace.

3. *Neapoli, æde D. Fortunati.*

Hic requieſcit Serbulus Puer in pace qui vix. ann. VII. M. X. B. M. P. Paulus fecit.

4. *Romæ.*

Severo benemerenti in pace qui vixit ann. I. mens. V. dies III. d. k. Oct.

5. *Cæm. V. Appia.*

In hoc vinces

☧

Sinfonia et filiis. V. an. XLVIII. M. V. D. IIII.

6. *In æde S. Agn.*

Simpliciano benerenti in pace qui vixit ann. quatuor et dies tredeci.

7. *Cæm. Generoſæ, V. Portuenſi.*

Martyres Simplicius et Fauſtinus qui paſſi ſunt in flumen Tibere et poſiti ſunt in Cimiterium Generoſes ſuper Philippi.

NOT. Corpora horum Mart. (qui paſſi erant ſub Diocletiano) inventa erant in loco dicto, *in Sexto Philippi*, qui forſan Dominus agri erat in quo Cœmeterium ſitum fuit; vel quòd *Sexto* ab urbe *lapide* diſtabat. *Generoſa* erat nobilis Matrona.

*1. Cœm. V. Salaria.*

Siricius qui vixit annis LXX. in pace.

*2. Romæ, in æde S. Suſannæ.*

Olim Presbyteri Gabini Filia Felix
Hic Suſanna jacet tumulata Patri ſociata.

NOT. Aliud exemplar pro *tumulata* habet *in pace.*

*3. Cœm. Priſcillæ.*

Simplicio bone memorie Q. V. annos. XXIV. D. XLIII.
in pace. fecerunt Fratres.

*4. Romæ.*

Laceriis Fauſtinæ Paulinæ Saturninæ
Sororibus ſanctis Januarius Lucilla
Aug. N. Actor tumulum infra monimentum
Super Sarcophaga earum maſſæ ædificavit
uſque ad cumulum ben. merentibus
Sanctiſſimis ſuo impendio fecit.

*5. Mediolani.*

Silvino Neofito Qui vixit in ſæculo ann. XI. menſ. V. Dies X. Virilianus et Lampadius Alumno ſuo innocenti memoriam poſuerunt.

*6. Selimbriæ, in muris urbis.*

+ Κε βοιθητο σω δουλω Σεργιω Βασιλι Σπαθαιω.

NOT. Domine adjuva Servum tuum Sergium Regi Spathæo.

*7. Hadrianopoli.*

Κε Βοηθει τω Ευσεβεστατω και φιλοχειστω Βασιλει ημων Ιωαννι.

1. *Lugduni:*

1. *Lugduni.*

In hoc loco requieſcit Famolus Di. Stepanus Primicirius. Scolæ Lectorum ſerviet in Secl. Lugduninſi vixit annos ΓXIV. obiit VIIII. KL. Decembris duodecies. P.C. Juſtini Indictione XV.

NOT. Primicerius eſt, quicunque ſui ordinis eſt primus; quaſi primus (inquit Suidas) in ceram ſive tabulas cereas relatus. Hic Stephanus Primicerius Scholæ Lectorum Lugdunenſium defunctus erat, anno poſt Conſulatum Juſtini duodecimo, nempe A. C. 578. vel 579. Serviit in ſeculo, i. e. inter Sæculares, inquit Sponius, niſi forſan, *in ſæculo ſervire*, hoc in loco, ſignificet idem quod τῇ γενεᾷ ὑπηρετεῖν, in Act. Apoſt. cap. 13. V. 36. *Ætati* ſive *ſæculo inſervire*; forſan autem corrigendum eſt, ſerviit in Eccleſia Lugd. ΓXIV. pro LXIV.

2. *Romæ Templo S. Petri ad vincula.*

✝ Salbo. Papa. N. Joanne cognomento. Mercurio. ex Sce. Eccl. Rom. Presbyteris ordinato. ex. tit. Sci. Clementis. ad gloriam. Pontificalem. promoto. Beato. Petro. Ap. Patrono. ſuo. A vinculis. ejus. Severus. PBO. FR. et. it. Lampadi. et. Oreſtis. VV. CC. Urbitcius. Cedrinus. eſt.

NOT. Legit Papebrochius. PBO. OFRT. & it PC. i.e. 532. & verſu ultimo *Urbiculus*, explicatque per *Orbiculum*, quaſi Severus *menſam Cedrinam obtuliſſet.*

3. *Lugduni.*

In hoc tumulo conditur bonæ memoriæ Severianus qui Religionem devota mente ſuſcepit. Sic quem anima ad Authorem DM. remeante terrena membra terris reliquit exactis vitæ annis XXXII. Obiit pridie Idus Auguſtas. Reſurgit in XPO DMO poſt Conſulato Longini bis et Fauſti.

NOT. Fauſtus & Longinus II. Coſſ. 490.

1. *Cœm. S. Cyriacæ.*

F. Stilicone V C. ſub die X. Kal. Septembres emit Soteres ſe viva et marito ſuo Vernacolo Compari ſuo emit a Celerino Fos.

NOT. A. D 405. Fos. lege *Foſſam.* Foſſa enim & Foſſale pro ſepulcro dicitur. Et Foſſarius pro Veſpillone. Initiis Eccleſiæ, ſublato

 more

Digitized by Google

more cremandi cadavera, genus Clericorum electum eſt, quibus id officii erat, ea linteo obvolvere, & foſſam humum lapidibus conſtruendo tumulum ex more parare. Hi dicti erant *Decani.* Et Koind vai & *mereri* ſive *capere ſtipendia Religionis,* & *inſervire ſanctiſſimo numini* dicebantur.

1. *Cœm. Lucinæ.*

Dp̄. Stercores. III. Kal. Oct. in P.

2. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Stilicone.

. . . Situs Stefanus
. . . pace die. XVI. K.
N. uxor ſe viva fec
Sibi et Marito.

3. *Cœm. Lucinæ.*

. . . Subicius qui vixit annis . . . et menſes ſex qui in pace.

4. *Cœm. Lucinæ, V. Oſt.*

Suſanna comparavit memoriam quievit die VII. Kal. Auguſtar. Conſſ. Cæſario et Attico.

NOT. A. D. 397.

5. *Apud S. Agn. V. Noment.*

Depoſita Suſanna in pace Die XIII. Kalendas Nobenbres Conſulatu Anici Baſſi. et. Fl. Fylippi V̄V̄. CC. quæ bixit annis. pl. m. XXV. Fecit cum Marito annus p. m. Septe. Exuperantius Maritus ſe vivo uxori dulciſſime et ſibi poſteriſque ſuis

Hoc tumulum fecit

NOT. A. D. 408.

6. *Piſcis in Sepulchro vetuſtiſſimo.*

Benemerenti in pace Sylvano quæ hic dormit vixit annos viginti et unum menſes tres horas quatuor ſcrupulos ſex depoſita nono Kalendas Julias.

1. *Romæ:*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

XP. Hic. depoſitus. Septimius. Eugenius. Attia. Irene. et. Charitoſa. Filia. poſt. ſecus. in. Sarcoſago. in. hortulis. noſtris. ſeceſſimus.

2. *Novariæ.*

Hic. requieſcit. in. pace. Severianus. filius. Criſpini. et. Innocentiæ. qui. vix. annum. menſ. III. D. VI. receſſit. K. Nov.

3. *Segeſtica.*

Huic. arce. ineſt. Severilla. Famula. Chriſti. quæ. cum. viro. ſuo. vixit. novem. continuis. annis. cujus. poſt. obitum. Marcellianus. hanc. ſedem. videtur. collocaſſe. maritus.

4. *Pace Juliæ Hiſpan. Bætica.*

A * Ω

Severus. Presbyt. Famulus. Chriſti. vixit. ann. LV. Requievit. in. pace. Domini. XI. Kal. Novemb. Era. DCXXII.

NOT. A. D. 584.

5. *Mediolani.*

B. M.

Silvino. Neofito. qui. vixit. in. ſæculo. ann. XI. M. V. D. X. Virilianus. et. Lampadius. Alumno. ſuo. innocenti Memoriam. poſuerunt.

6. *

P

X

Suncia. Felicitas. Præcilio. Marino. Virginio. dulciſſimo. incomparabili. q. vix. ann. XLIIII. M. uno. dies. XXVI. depoſita. Kal. Octob. fecit. et. ſibi.

7. *In Eccleſ. S. Petri, Rom.*

Saeva vorax nil poſſe tuas mors aſpice vires,
 Vivit in aeternum quem peremiſſe putas.
Nam bona diſtribuens, qui nil migrando relinquit,
 Per te poſt miſſas ire videtur opes.

Hic primam ſubita non ſumpſit laude coronam,
  Sed gradibus meruit creſcere ſanctus homo.
Atque hominum vitium blando ſermone removit,
  Nec Judex culpis, ſed medicina fuit.
Praeſule quo, nullum turbavit bellicus horror,
  Saeva nec Angelici vulneris ira fuit.
Quem famis ira dapes, quem nudus, ſenſit amictum,
  Vincebat lacrymis omnia dira ſuis.

NOT. Per V. 10. peſtem intellige. Hæc de Sabiniano PP. intellige, qui ob. 606.

2. *

Sancti Saturnini.

Horum Martyrum Cultorum Damaſus EPS. Servus Dei.
Sola nunc XPI fuerat Crarta cinis an. . . . .
Tempore quo gladius ſecuit pia viſcera Matris,
Sanguine mutavit Patriam * namque genusque * Vitamque.
Romanum civem Sanctorum fecit origo,
Mira fides rerum docuit poſt exitus ingens,
Cum lacerat pia membra fremit Gratianus ut hoſtes
Poſteaquam fellis vomuit concepta venena
Cogere non potuit XPM te Sancte negare,
Ipſe tuis precibus meruit confeſſus abire.
Supplicis hæc Damaſi vox eſt, venerare ſepulcrum.
Solvere vota licet, caſtaſque effundere preces,
Sancti Saturnini tumulus quia Martyris hic eſt.

NOT. MOT. Multa ſunt quæ ſuadent, Damaſum PP. horum verſuum, aliorumque quæ illi tribuuntur, authorem non fuiſſe.

3. *Civ. Verzell.*

Diſcite qui legitis, divino munere reddi
Mercedem meritis, ſedes cui proxima Sanctis
Martyribus conceſſa Deo eſt gratumque cubile,
Sarmata quod meruit venerando Presbiter acto.
Septies hic quinos tranſegit corporis annos
  In XPO vivens, auxiliante loco:

Nazarius

Digitized by Google

Nazarius namque pariter Victorque Beati,
Lateribus tutum reddunt, meritiſque coronant:
O felix gemino meruit qui Martyre duci,
Ad Dm meliore via, requiemque mereri.

NOT. Quicquid præ ſe fert titulus hujus Epitaphii, Mediolani ſepultos & Nazarium & Victorem eſſe, certum eſt. Neſcio an nomen hujus beati Presbyteri ſit Sarmata, an Sarmata natione ſit.

1. *In Vaticana Baſilica.*

Sergius en junior, Præſul, et plebis amator,
Hoc tegitur tumulo, qui bene pavit oves.
Spes patriæ, mundique decus, moderator opimus,
Divinis monitis non fuit iſte piger.
Romanos proceres non tantum famine verbi,
Rebus et humanis nocte dieque fovens.
Utque Leo Sanctus, Damaſus quoque Papa benignus,
Hic ritum tenuit inſtituitque gregem.
Egentum ſemper ſtuduit recreare catervam,
Proque poli ut caperet cælica regna libens
Jamjam pro tanto tundamus pectora pugnis,
Paſtore amiſſo, vivat ut axe poli.
Nectitur ecce piis, Fabiano, et compare Xiſto,
Præſulibus, quorum ſpiritus aſtra tenet.

NOT. Sergius II. ob. A. D. 847. Lege V. 6. Rebus *at hum—*. Hunc Sergium in Oratorio Baſilicæ Vatic. unà cum SS. *Sexto*, & *Fabiano* PP. ſepeliverunt ſui.

2. *In Eccl. S. Anaſtaſii, Romæ.*

Antiſtes Damaſus picturae ornarat honore
Tecta, quibus nunc dant pulchra metalla decus.
Divite teſtatur pretioſior Aula nitore,
Quos rerum effectus poſſit habere Fides.
Papae Hilari meritis olim devota Severi
Nec non Caſſiae mens dedit iſta Deo.

NOT. Non opus eſt, ut (prout tempora ſeſe nunc habent) aliquis eorum ſtudia reſtinguat, qui in Deum, Clerum, vel Eccleſias, grato eſſe

eſſe animo ſtatuerunt, pauci quidem ſunt. Sed nolo quoque ut fidem vel ſuam, vel aliorum ex hujuſmodi effectibus (ex Eccleſiis nempe ædificatis, reparatis vel ornatis) ſolùm, aliquis metiatur. Verſus ultimos ſic intellige. Mens *Severi* olim devota meritis Papæ Hilari [& *Caſſiæ*] dedit iſta ornamenta Deo, vel ſic. Mens *Severi*, nec non Caſſiæ [*uxoris fortè*] olim devota. &c. An *Metalla* hoc in loco, pro auro, argento, vel ære, uſurpantur, ſive pro *Marmoribus*, non conſtat. Certum eſt *Metallum* pro *Marmore*, *Lapide*, *Creta*, *Arenis*, *Sulphure*, & pro *Lapidicina* (loco ſcil. quo lapides excuduntur) Sæpiſſime ab Ulpiano & J. Ctis ſumi. quod obſervarunt Caſaubonus, Salmaſius, Dadynus Alteſerra, aliique.

1. *In Vaticana Eccleſia.*

Limina quiſquis adis Petri metuenda beati,
  Cerne pii Sergii, excubiaſque Petri.
Culmen Apoſtolicæ ſedis is jure paterno
  Electus tenuit ut Theodorus obit.
Pellitur urbe Pater, pervadit ſacra Joannes,
  Romuleoſque greges diſſipat ipſe lupus.
Exul erat patria ſeptem volventibus annis,
  Poſt populi multis urbe redit precibus.
Suſcipitur Papa, ſacratur, ſede recepta
  Gaudet, amat Paſtor agmina cuncta ſimul.
Hic invaſores Sanctorum falce ſubegit,
  Romanæ Eccleſiæ judiciiſque Patrum.

NOT. Mirum eſt, *Manlium*, & Romæ ſubterr. *Editores*, hoc Epitaphium Sergio I. tribuiſſe. Profectò multa ſunt quæ Sergio II. exactè congrua ſunt. Sed plurima quæ Sergio III. cui etiam tribuit ea Pater doctiſſ. Papebrochius, quem, ad eundem PP. videſis Lector, qui plura ſcires. Si ritè electus erat Sergius noſter, tum meritò *Invaſores* vocat Papas intermedios, *Johann.* IX. *Benedict.* IV. *Leonem* V. & *Chriſtophorum*. Verſum ultimum ſic intellige, Sergius *Invaſores* Synodice ſubigebat, & extra numerum legitimorum Pontificum haberi jubebat. Leg. verſ. 1. *Papæ*, non *Petri*.

2. *In Equitii Domo, intra Thermas Trajani, qua latuit Papa Sylveſter.*

Fracta vetuſta nimis, ſoliſque relicta ruinis,
  Ne Silveſtri obeat noctis amica domus,

Presbyter

Digitized by Google

Presbyter hanc renovat, ſacrumque Altare vetuſtum
Repparat, hincque Dei, Præſulis hincque decus.

NOT. Totam hiſtoriam ſeu fabellam habes in *Rom. Subterr.* l. 4. c. 44.

1. *In Civit. Jurea.*

Martyribus Domini animam corpuſque tuendo
Gratia commendans, tumulo requieſcit in iſto
Silvius. Hic pleno cunctis dilectus amore
Presbiter, æternæ qui quærens præmia vitæ,
Hoc proprio ſumptu, divino munere dignus
Aedificavit opus; Sanctorum pignora condens,
Praeſidio magno Patriam Populumque fidelem
Munivit; tantis firmans cuſtodibus urbem.
Suſtulit hunc laetum mundo longaeva ſenectus,
Aeternum vitae aetas maturaque luit.

2. *In Paradiſ. S. Johan. in Lat.*

Cum ſubitis peragi fallax clementia veris
Et Sacer addendo feſta vetaret aquis,
Simplicius Praeſul ſacraria celſa petentem
Ponticibus junctis texit ab imbre diem.

NOT. Quis ferat tot & tantas tranſpoſitiones quas paſſum eſt hoc Tetraſtichon? Cum fallax veris clementia vetaret, aquis ſubitis, ſacra (pro *ſacer*, verſ. 2) peragi, et petentem ſacraria celſa [*vetaret ſcil.*] feſta adeundo [non *addendo*] Simplicius Præſul texit diem ab imbre, junctis porticibus [quid enim nobiſcum eſt hoc in loco cum *ponticibus?*] i. e. Paradiſum fecit. *Sacrarium* eſt illa pars ædis ſacræ, ubi *Sancta Sanctorum* ſunt, ubi altare eſt. Græci dicunt Θυσιαστήριον. Sumitur autem generaliter pro *templo*, ſicut hoc in loco. Sacrarium etiam alicubi, idem eſt quod *Secretarium*, *Diaconicum*, *Sacriſtia*, ἱερωσύνη, quia ibi ſacra reponuntur, & ſervantur. Sacrarium denique *ſacrum ærarium* eſt, Fiſcus Principis, quæ omnia, ſicut & reliqua hujus generis quamplurima, *Gloſſario* Illuſtriſſ. & Doctiſſ. Domini *du Gange*, *Caroli du Freſne*, debet Lector, quem quia ſine laude & honore ſummo nominari nefas duco, nec tamen id incœpti noſtri ratio, vel brevitatis ſtudium admittet, parcius, & antea nominavi, & in poſterum nominabo.



Digitized by Google

1. *Super-Limina introitus Eccleſiæ S. Petri.*

Qui Regni claves et curam tradit ovilis,
Qui cœli, terraeque Petro commiſit avenas,
Ut reſeret clauſis, ut ſolvat vincla ligatis,
Simplicio nunc ipſe dedit ſacra jura tenere,
Praeſule quo cultus venerandæ creſceret aulæ.

NOT. Verſ. 2. *Avenas* pro *habenas*, uti in aliis. Verſ. 3. Simplicius Hilari Succeſſor obiit. A. D. 483. Vir ob munificentiam in Eccleſiis ædificandis, reparandis & ornandis, clarus.

2. *

Siricius pia nunc perſolvit munera Sancti,
Gratia quo major ſit bona Martyribus.
Omnipotens Deus hunc conſervet tempore multo
Moenia Sanctorum qui nova reſtituit.

3. *

Liberium Lector mox et Levita ſecutus,
Poſt Damaſum clarus, totos quos vixit in annos,
Ponte ſacro magnus meruit ſedere Sacerdos:
Cunctis ut populis pacem tunc ſolidam daret,
Hic Pius, hic Juſtus, felicia tempora fecit,
Defenſor magnus multos ut nobiles auſus
Regi ſubtraheret Eccleſiæ aulam defendens.
Miſericors, largus, meruit per ſecula nomen.
Ter quinos populum qui rexit in annos amore
Nunc requiem ſentit, cæleſtia regna potitus.

NOT. Reſtituit Doctiſſ. Papebrochius. Verſ. 4. *Pacem tutam ſolidaret.* Verſ. 6. *Multos horribiles Defenſor magnus ut auſus.* *Auſus vero illos* credit Papebrochius, Siricii auctoritate repreſſos, ſpectare ad immunitatem aſylorum Eccleſiaſticam, per Stiliconem Honorii Imp. Tutorem, anno 396. Mediolani graviter læſam, poſtea autem per Honorium ipſum (monente Siricio, & inſtante Stilicone jam facti pœnitente) reſarcitam & firmatam. Verſ. 7. *Defendens Eccleſiæ aulam.* Verſ. 9. *In annos qui rexit amore.* Verſus tertius innuere videtur Siricium *Pontificem maximum* vocari. Sed iſte titulus non Siricii,

Digitized by Google

Siricii, ſed ætatis multo poſterioris eſt. Hic primus *Papæ* nomen ſibi tribuiſſe dicitur, Orthodoxis per Provincias ſcribens. Hactenus enim *Epiſcopos* ſimpliciter ſeſe ſcripſerant Pontifices Romani, ut notavit idem *Papebrochius.* Obiit Siricius 398.

1. *

Presbiter hic voluit Siſſinus ponere membra,
Omnibus acceptus populis, dignuſque Sacerdos;
Qui ſciret ſanctæ ſervare foedera Matris.
Blandus amore Dei ſemper qui vivere noſſet,
Contentusque ſuo neſciret divitis aulam.

2. *Ante Eccleſ. S. Petri.*

Hoc Stephani Papæ requieſcunt membra ſepulcro,
Sextus dictus erat, ordine quippe Patrum
Hic primum repulit Formoſi ſpurca ſuperbi,
Culmina qui invaſit Sedis Apoſtolicæ.
Concilium inſtituit, præſedit Paſtor, et ipſe
Lege ſatisfeſſis jura dedit famulis.
Cumque Pater multum certaret dogmate Sancto,
Captus et a Sede pulſus in ima fuit.
Carceris interea vinclis conſtrictus in imo,
Strangulatus nervo exuit et hominem.
Poſt decimumque Deo regnantis tranſtulit annum
Sergius huc Papa funera ſacra colens.

NOT. Sergius Tertius poſt annum à morte Stephani decimum, hoc Epitaphium illi poſuit, anno 908. Stephanus enim obiit A. D, 898.

3. *In Vaticana Porticu.*

Accedis quiſquis magni ſuffragia Petri
Cæleſtis regni poſcere Clavigeri;
Intentis oculis, compuncto corde, Locellum
Conſpice perſpicuum, quo pia membra jacent.
Hic tumulus Quinti ſacratos continet artus
Præſulis eximii, Pontificis Stephani.
Bis ternis annis populum qui rexit, et Urbem,
Et geſſit Domino quæ fuerant placita.

Suſcepit

Digitized by Google

Suſcipit tellus conſumptum pulvere corpus,
Æthera ſed ſcandit ſpiritus almus ovans.
Unde peto cunctis, venientes dicite Fratres,
Arbiter omnipotens da veniam Stephano.

NOT. Hoc monumentum Stephano *Sexto* tribuunt Romæ ſubterran. Editores. E verſu quinto legunt, *Hic tumulus Sexti.* Sed rectè (uti ſolet) reſtituit Papebrochius, in *Quinti.* Utrique annotarunt annum, 891. *Locellus,* idem cum *Loculo,* vel *capulo.* Sic enim vocabant capſulas illas vel receptacula, quibus integra corpora, vel reliquiæ, aſſervabantur.

1. *Cœm. S. Agnetis V. Nomentana.*

Hic jacet abrepta extremo funere Conjux
Nomine Tecla mihi quæ caro pectore vivens
Demiſit geminum pignus ſi fata dediſſent
Crudeli tabe conſortem ſuſtulit unum.
Depoſita. III. kal. Decemb.
Aurelio Candido Filio dulciſſimo. q. v. ann. IV. Aur. Calandinus. Mil. Coh. VIII. Pr. Opt. G. Secundi. B. M. F.

NOT. Duæ ſunt Inſcriptiones, quas locis propriis & diverſis diſpoſuit Vir limatiſſimi ingenii Reyneſius. In poſteriorem notavit Aringhus legendum, Miles Cohort. 8. Prætoriæ, Optio Centurionis ſecundi. G autem Centurionem denotare notum eſt.

2. *Romæ.*

Ne dubium longo quæratur in ev. . . . .
Theodoli tibi nomen erat quæ grata Parenti
Reddideras ſubolem Pari dicata marito
Nunc te tellus habet ſeptem poſt dece peractos
Exegeras faſces EV tegit oſſa ſepulcrum
Hæc tibi pro meritis pendo merentia votis
Suis. DP. D. id. Sept. DN. Hon. Aug. IIII. Conſ.

NOT. A. D. 398.

3.

Titiæ Publioſæ Matri.



Digitized by Google

1. *Cœm. Priſcillæ.*

Depoſita eſt in P. Tuſcula. III. Kal. Feb. Vidua Ann. XL. V.

2. *Ibid.*

Locus Turtures.

3. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Trajanus qui bixit annis XI. et. meſis IIII. et dies XV.

4. *Cœm. Calliſti.*

Treptus Hilaro Filio dulciſſimo qui vixit ann. XVIIII. et M. III. et. D. VIII.

5. *In Baſilica Lateranenſi.*

Dep. Timothea. in. pace. d. Kal. Nov. Conſ. D. N. Aviti.

NOT. Avitus Imperium ſuſcepit ad VI. id. Jul. A. D. 455. & abdicat Imperio, ante XVI. Kal. Jul. A. D. 456. Ergo hæc Inſcriptio facta eſt 455. Kal. Nov. Arito in Occidente Coſ.

6. *Vatic. fundament.*

Tarreſes requieſcit in pace . . . annos. XXX. depoſitus nonu Ka. . . . . die Satur. ora prima. DN. Fl. . . . ſio. Aug. IIII. Conſ.

NOT. Aringhus Theodoſii Conſulatum quartum A. D. 411. Reyneſius, Fl. Anaſtaſii Conſ. IIII. A. D. 508. ſupponendum duxit. Sed quartus Anaſtaſii Conſulatus incidit in annum 517. Secundum Illuſt. Dom. Mediobarbum Biragum, ſine Collega; ſed cum Agapeto, ſecundum Marcellin. Comit.

7. *Cœm. Calliſti.*

Teodoto benemerenti q. vixit annis XXXVII. mes. X. D. XX.

1. *Cœm.*

Digitized by Google

1. *Cœm. Calliſti.*

Dulciſſime Filiæ Theodoteni que vixit. m. duos.

2. *Cœm. Priſcill.*

Tigriniano Conjugi benemerenti Profutura fecit qui vixit mecum annis XXV. egit autem vita annis LVIII. in pace.

3. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Domus eterna Ex. . . . . . . . . . . . . .
Et Tigris in pace.

4. *Baſilica D. Pauli. V. Oſt.*

Locus Timothei Archiatri et Paulinæ:

5. *Cœm. S. Agn.*

Thomas cum Agnite ſe vivo comparaverunt. Die Kal. Sept. Conſ. Fauſti. V. C. Junioris.

NOT. A. D. 490.

6. *Romæ.*

Accia vel Maria eſt nomen mihi Tulliana
Victorinus avus quo tantum Rhetore Roma
Enituit quantum noſter ſub origine ſanguis
Bis nonam captura roſam mihi decidit ætas
Heu dolor et vernum maculavit funus Aprilem
Nullus inoffenſo vitæ mihi tramite lapſus
Mens morum natura bono nil debuit annis
Conjugii ſcit cara fides Hæresque Maritus
Rite quod æterno migrarim dedita Chriſto
Emeritamque ferat melior mihi vita Coronam:
Hæc omnia facta pie curante marito.

Artorio Juliano Megetho. V. C. D. IIII. id. Ap.

Hæc Pater inſonti Filiæ ſuprema peregit

D. Tulliana. Jun. Kal. Sept.

1. *Lugduni*

Digitized by Google

1. *Lugduni.*

In hoc tumulo requiieſcet bonae memoriae Thalaſia qui vixiit annis XI. obiit in Pace III. KLS Septembris Avieno Conſ. . . . . . . . . . . . . . . .

2. *Romæ.*

D. M.

Puer. Tatianus. diſceſſit. de: ſæculum. an. X. D. III. Kal. Maias.

3. *Cœm. Calliſti.*

Qui bixsit ann. XXVIIII.
mens. VIII. dies XII.
Talaſſobe. in pace.

NOT. Talaſſius obit.

4. *Cœm. V. Salaria Vet.*

De meis Faculta-
tibus hoc meum
proprium.

Theo
duli Leoni

5. *V. Lat.*

Tiburtinæ Filiæ dulciſſimæ poſuit. obiit idibus Jun. vix. A. XXI. M. II. D. V.

6. *V. Sal.*

Tigrinus in pace. prid. non. Sem.

7. *Puteolis.*

Hic requieſcit S. Theodorus Epiſcopus qui depoſitus eſt III. id. Maias. Conſ. Theodoſi XV. et. Valentiniani IIII.

NOT. A. D. 435.

I.

Digitized by Google

1. * . I

Par meritum quicunque legis cognoſce duorum,
Quîs Damaſus Rector titulos poſt præmia reddit;
Judaicus populus Stephanum meliora monentem,
Perculerat ſaxis, tulerat qui ex hoſtæ tropæum,
Martyrium Primus rapuit Levita fidelis.
Tarſicium Sanctum Chriſti Sacramenta gerentem
Cum male ſana manus perieret pulgare profanis
Ipſe animam potius voluit dimittere cæſus
Prodere quam Canibus rabidis cæleſtia membra.

NOT. *Romæ, Via Appia, Sancti Tharſicii Acolyti & Martyris,* (inquit Uſuardus ad XV. Aug.) *qui cum quodam die deferret Chriſti corporis Saramenta, nec vellet ea diſcutientibus Paganis prodere, tamdiu eſt fuſtibus ac lapidibus maceratus ab eis, quouſque exhalaret Spiritum.* Hæc ex *Geſtis* S. *Stephani Papæ* ejus nominis *Primi*. Sed de S. Stephano Protomartyre hæc carmina locuta intellige, cui *titulum* reddidit Damaſus, una cum Tarſicio. V. 4. lege *hoſte*. V. 7. *Peteret vulgare.*

2. *

Virginis hic tenerae Lector miſerere Sepulcro,
  Unius huic luſtri vix fuit arta dies.
O quam longinquae fuerat digniſſima vitae
  Heu cujus vivit nunc ſine fine dolor!
Addamus meritis lacrimas tam mortis acerbae,
  Nam quae grata forent, ſunt modo flenda diu.
Haec Theodorae habuit nomen, quæ gaudia matris
  Perculit æterno vulnere rapta cito.
Sola tamen tanti reſtant ſolamina luctus,
  Quod tales animæ protinus aſtra petunt.

3. *

Theodoſius Pater, Eudocia cum Conjuge, votum
Cumque ſuo ſupplex Eudoxia nomine ſolvit.

NOT. Theodoſius Jun. Pater Patriæ, cum Eudociâ, Leontii Philoſophi Filiâ, Conjuge votum ſolvit. Ille obiit 450. Illa 458. Eudoxia Arcadii Aug. Uxor obiit 404. Neſcio quænam hæc ſit.

1. In

Digitized by Google

### 1. *In Eccleſ. S. Stephani.*

Exquirens pietas tectum decorare ſacratum,
Paſtoris ſummi Theodori corda direxit;
Qui ſtudio magno Sanctorum corpora cultu
Hoc dedicavit, non Patris neglecta reliquit.

NOT. Verſ. 2. Theodori I. PP. qui obiit 649. Verſ. 3. Sanctorum. *Primi* & Feliciani Mart. quorum oſſa de Via Nomentana, Romam reportavit Papa Theodorus, ibique in Baſilica S. Stephani recondidti. Verſ. 4 *Patris.* Theodori (ut fertur) Epiſcopi, ſed cujus loci neſcit Papebrochius: ſed nec Patrem ejus Epiſcopum fuiſſe ex hoc carmine aliquis colligat.

### 2. *Romæ.*

Theodoſius caepit, perfecit Honorius aulam
Doctoris mundi ſacratam corpore Pauli.
Placidiae pia mens operis decus omne Paterni
Gaudet Pontificis ſtudio ſplendere Leonis.

NOT. Placidia Galla, Theodoſii Magni filia, Arcadii & Honorii ſoror, Ataulpho primùm in uxorem data ab Alarico Gothorum Rege, A. D. 411. Ataulpho Gothis occiſo, 415. Placidia cum Conſtantio ad Honorium redit 416. & Conſtantio Conſ. II. deſignato ab Honorio in uxorem data eſt. Conſtantio mortuo 421. Placidia Honorio ſuſpecta, cum puero Valentiniano Conſtantinopolim proficiſcitur 423. cui poſtea educando ſola animum applicans, vitam uſque ad ann. D. 451. & Filii ſui, Fl. Placidii Valentiniani III. Aug. XXVII. protraxit; grandæva certè, cùm Pater Theodoſ. occubuit, A. D. 395. Alii mortuam Placidiam dicunt anno 449. qui anno Pontificatûs Leonis 9. competit. Utcunque ſit, illa potuit gaudere ſtudio Leonis, *qui Baſilicam S. Pauli, in Via Oſtienſi, majori arcu ingentibus columnis ſubnixo ſuffulſit, exornavitque ſacris picturis opere maſſivo compactis, quæ hactenus perſeverant,* inquit Card. Ill. Baronius, in notis ad Martyrol. ubi hæc etiam præcedentia legere eſt. *Erexit idem Imperator* [ Conſtantinum Magn. intellige, de quo loquitur ] *Baſilicam S. Pauli Via Oſtienſi quæ cum ob loci anguſtiam, inter Tiberim amnem & ipſam viam poſiti non in eam amplitudinem, ut par erat, excitata videretur: Valentinianus Jun. Imp. de aliâ ibidem, cum V. Oſtienſis detrimento, amplioribus ſpatiis excitanda Baſilicâ ſcripſit ad Salluſtium V. Præf. circa ann. 386. Eam tunc cœptam poſtea Honorius Imp. abſolvit. De his extant literæ Valentiniani Imp. in Biblioth. Vaticana decerptæ ab iis, qui egerunt de ſeptem urbis Eccleſiis. Poſtea*

 *autem*

Digitized by Google

*autem Leo Magn. Pontif. eandem Baſilic——reliqua uti ſupra.* Hæc omnia Baronius, in quibus de Theodoſio ne verbum quidem, contra fidem hujus inſcriptionis, quæ tamen omnes veritatis characteres ſecum fert & vetuſtatis; & valet mille Anaſtaſios Bibliothecarios oſcitantes, quippe quæ videtur ſcripta dum & Placidia & S. Leo in vivis ſimul eſſent.

1. *In Placentia.*

Quis mihi tribuat, ut fletus ceſſent immenſi,
Et luctus animæ det locum vera dicenti?
Licèt in lacrimis ſingultus verba erumpant,
De te certiſſime tuus diſcipulus loquor.
Te generoſitas, XPI miniſter, Parentum
Te munda actio Thomas monſtrabat honeſtum.
Tecum virginitas ab incunabulis vixit.
Tecumque veritas ad vitæ metam permanſit.
Tu caſto labio pudica verba promebas.
Tu patiens jam parcendo pie docebas.
Te ſemper ſobrium, Te recinebamus modeſtum.
Tu tribulantum vera conſolatio verax.
Errore veteri diu Aquilegia caeca
Diffuſam caelitus rectam dum renueret fidem,
Aſpera viarum, ninguidoſque montium calles
Calcans indefeſſus, glutinaſti prudens ſciſſos.

NOT. Non video quid Card. Baronium, ut Epitaphium hoc Honorio I. in Vaticano ſepulto tribueret, movere poterat.

2. *Papiæ.*

Scribere verſiculos Joannis compulit iſtos
Succeſſor Patrui cuſtos venerabilis aulæ
Hujus et expletor Sancti pulcrique laboris
Quem cæpit Thomas Dni devoto corde miniſter
Aut ſi tota cupis Lector cognoſcere geſta
Egregium Sancti librum ſcrutare Johannis
Illic invenies vero revelante Magiſtro
Diſcipulum ſcripſiſſe ſacris quod fulget in aſtris.

NOT. Hæc carmina, cuidam S Joh. Apocalypſeos apographo inſcripta fuiſſe crediderim, ita enim in lib. MSS. ſæpiſſime videtur.

1.

Digitized by Google

1. *

Sanctus ab officio, vita gravis, indole priſcus
Sæculus Atonitus legis præcepta ſecutus;
Nobilibus gratus, quorum magis auctor amici
Carmine luctifico decorat de more ſuprema.
Diaconus hic Ticrida tumulo custode fovetur,
Stringe dolor lacrimas, quæris plebs ſancta Redemptum,
Levitam ſubito rapuit ſibi Regia cœli
Dulcia nectareo promebat melle canore,
Prophetam celebrans placido modulamine ſenem.
Hæc fuit inſontis vita, laudata juventus,
Invidia infelix tandem compreſſa quieſcit.
Nunc Paradiſus habet ſumpſit qui ex hoſte tropæa.

2. *

Præfixo moriens naturæ munere functus,
Hic mea Ticrinus Presbyter oſſa loco.
Sedibus in propriis, mens pura, et membra quieſcunt,
Iſta jacent tumulo, gaudet at illa polo.
Pono metum de fine meo, ſpes una ſalutis
Nam mihi fit XS, quo duce mors moritur:
Quippe ego cœleſtis captus dulcedine regni,
Diverſis reparo tecta ſacrata locis.
Culmina quæ hic, lapſis trabibus, totumque novando,
Promerui ſuperas lætior ire domus.

NOT. Leg. V. penult. Culminaque.

3. *Veronæ.*

Hic. requieſcit. in. pace. Sanctus. Valens. Epiſcopus. qui. vix. ann. pl. m. XLV. et. ſedit. Epiſcopatum. annos. VII. M. VII. D. XVIII. et. receſſit. ſub. VIII. Kal. Aug. P. C. Lampadi. et. Oreſtis. VV. CC. ind. VIIII.

NOT. A. D. 531.

1. *Apud S. Agn.*

Locus Valentini Presb.

2. *V. Labicana.*

Val. Ammiano benemerenti in pace. qui vixit annos. . . .

3. *In æde S. Agn.*

Valens. V. D. Comit. Depoſitus. Kal. Jul. Conſ. Boethi. V. C.

NOT. *Valens Vir Devotus Comitiacus*, i. e. Comitatenſium unus, qui & *Palatini*, & *In comitatu Imp. merentes*, dicebantur, A.D. 522.

4. *Romæ.*

Hic requieſcit in pace innocens puer nomine Valentinianus. qui vixit annos III. Dies XXV.
Sepultus eſt. prid. non. Decembr. Conſulatu Voluſiani V. C.

NOT. A. D. 503.

5. *E Cœm. Calliſti.*

Valeri in pace Urbica in p. Dep. ſub. D. VII. id. Sept.

6. *Baſilica Vaticana.*

Baleria Latobia. O F. que. vix. annus XLII. M.III. D.XV.
Fuit Bedua annus. XII. Depoſita. III. idus. Septeris. in. pace.

7. *Cœm. V. Nomentana.*

Val. Muciana.

8. *V. Latina.*

V. Nice. Q. V. ann. X.
Val. Exſypius. filiæ. contra votum.

1. V

Digitized by Google

1. *V. Salonæ.*

Val. Nigrinæ Infanti innocentiſſime que B. ann. II. M. II. D. X. Or. V. in pace.

2. *Romæ.*

Locus Valeriani Chartarii.

NOT. Chartarius & Chartularius, eſt χαρτοφύλαξ, inter Togatos ſedium illuſtrium.

3. *Romæ.*

A ☧ Ω

Benemerenti. Valeriæ. quæ. vixit. annos. XXVII. Depoſita. ∧ IIII ⊖. Kalendas Martias. poſt. Conſulatum Gratiani et Dagalaifi.

NOT. A. D. 366.

4. *Mediolani fragmentum.*

M. Valerii. Polychroni Eccleſiæ Catholicæ anno centeſimo quarto.

NOT. Nova profectò Epocha, æra inaudita. Ergo non tantùm mutilam hanc inſcriptionem verum etiam ſuſpectam habeo.

5. *Jaderæ.*

M. Valerius. S. Iadratine. Ecc. Pontifex. has ædes: reſtaurare. et. ornare. curavit.

6. *Romæ, ad Cruciferorum ædem in Campo Martio.*

Hanc Vir Patricius Viliſarius urbis amicus
Ob culpæ veniam condidit Eccleſiam
Iccirco pedem ſacrum qui ponis in ædem
Ut miſeretur eum ſæpe precare Deum.
Janua hæc eſt templi Domino defenſa Potenti.



Digitized by Google

1. *Cœm. V. Salaria.*

Aur. Bincentiæ. q. vix. ann. III. D. XXIIII. in. pace.

2. *Cœm. V. Noment.*

Valerius Alipie Socere benemerenti fecit in pace. D. XIIII. Kal. Oct.

3. *Cœm. Priſcillæ.*

Domum æterne Valeriano merenti quæ vixit. annis. XXXIII. meſibus duo diebus XII. Maritus et Cenus AEIV mereti fecerunt in pacem.

NOT. Leg. fortè *genus ejus merenti.*

4. *Cœm. V. Noment.*

Valerie Romane Matri Filii benemerenti fecerunt in pace.

5. *Mediolani.*

D. M.

Valerius. qui. vix. in. ſæculo. an. XL. M. X. D. V. Januarius. Exorciſta. ſibi. et. Conjugi. fecit.

6. *Cœm. V. Noment.*

Venerane in pace depoſitus III. Kal. Junias.

7. *Cœm. V. Tiburt.*

Ignatia Beneroſa in pace.

8. *Cœm. V. Appia.*

Veneroſa. que vixit annos XXX. et. mens. II. cum marito fecit annos XLIII. M. V. D. XXVIII.

NOT. Veneroſa fecit annos 43, è quibus 30. cum marito vixit nupta, annorum XIII.

1. *Verona*

Digitized by Google

1. *Veronæ.*

Hic. requieſcit. in. pace. ſanctæ. memoriæ. Verecondus. Epiſcopus.

2. *Romæ.*

Victoria. queſcet. annoro. XXV.

3. *Romæ.*

Ϛ. XP. Victorina. in. pace.

4. *Cœm. Calliſti.*

Victor. erit in pace annorum XIII. Kal. Auguſtas.

5. *Cœm. V. App.*

Filiæ. dulciſſimæ Victorinæ.

6. *Cœm. Priſcillæ.*

Victorina tumulavit. Eraclīo Marito. b. m. fecit. mecum. ann. XI. D. VII. vix. ann. XLI. M. II. Habet depoſſone. III. id. Jul. cum Fauſto caro ſuo Cuſtodi carinarum in pace.

NOT. *Carinæ* erant (auctore Servio) ædificia in Carinarum modum exſtructa. Et *Cuſtos Carinarum* dicitur *Curator*, vel *Magiſter vici*. Qui ædificiis præponitur dicitur *Inſularis*.

7. *Ap. S. Agn.*

Vincentia in pace.

8. *Ibidem.*

Βιικεντιω Βιταλις εις Ιρηνην.

9. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Vincomalus qui vixit ann. VII.

1. *Ad Sepulc. S. Victorini, qui ſub Trajano Imp. paſſus eſt cum Marone & Eutychete.*

Jubente Deo Chriſto noſtro
S. Martyri Victorino.
Quod vult Deus de ſuo fecit.

2. *Cœm. Priſcillæ.*

O felix dum vita fuit quam di... marito
Urbica ſubtraheris cunctis deflenda propinq.
Reddita pro meritis cœleſtia regna retenta
Bene ſervare fide conſcia Chriſto. . . . . .
In ea permanſit quæ docuit altus. . . . .
Cernuntur plures ut unus evadat. . . . . .
Auxilium Chriſti caſta probatur ab. . . . . .
Urbica
quæ vixit Depoſ. .
ann. XXXV.

3. *Romæ.*

Ulp. Valerianus. Primiſcrinius Præf. Urbis qui vixit annis XXXII. Men. II. Requievit in pace. VIII. Kal. Sept.

NOT. Primiſcrinius qui primo Scrinio præerat, primus Notarius, primus Ordinis Secretariorum.

4. *Cœm. S. Saturnini.*

Vitalianus qui vixit ann. XIII. et. men. IV.
Parentes Filio benemerenti ſepultus eſt IV. Kal. Novemb.

5. *Cœm. Priſcillæ.*

Bitali in pace qui bixit annis. XVI.

6. *Cœm. SS. Marcellini & Petri.*

Vitella in pace benemerenti.

1. *Mediolani,*

1. *Mediolani, ex Eccleſia S. Martini de Tortona allatus.*

B. M.

Ulpio Candido viro laudabili Patri. Ex PP. et Clerico qui vixit annos. LXXVII. M. V. D. XV. et Aurelie Valerie matri dulciſſime et Munatie Spice Fl. Candidus. M. T.

NOT. Fil. C.

2. *Cœm. V. Appia.*

X. Ulpius Feſtus Afer in pace.

3. *Ibid.*

Urani in pace.

4. *Cœm. Priſcillæ.*

Urbico Fratri benemerenti qui vixit annis XV. Dib. XXXIIII. Felix Frater in pace.

5. *Ibid.*

Urbico benemerenti q. an. III. M. XI. IMP.

6. *Apud S. Agn.*

Urbico Ceſaventi
Pater fecit.

NOT. Ceſius Aventinus.

7. *Romæ.*

Pro. merito. Urbane. Fl. Paſtor. Nutrici fecit. Juliane. in. pace.

8. *Cœm. S. Cyriacæ.*

Urſicinus et Quintiliana ſe bibi conparaberunt locu a Montanu.

1. *Cœm.*

Digitized by Google

1. *Cæm. S. Cyriacæ.*

Ωδε κειται η Μητηρ ημων Τυχια εν ειρηνη.

2. *Treveris.*

Hic. requieſcit. Urſatius. Uſtiarius. qui. vixit. ann. LXVII.
Cui Exuperius. Filius. tetulum poſuit.

3. *In Umbria, in vico S. Gemini in Urna, ſeu pila oblonga parieti templi inſerta.*

Cara. pia. Conjux. Yguia deditaque. Marito
Funeris. tui. cauſa. tota. nos. mente. dolemus
Æternamque. domum. Comienus. Amantius
Paravi. nobiſque.
Sanctique. tui. manes. nobis. petentibus. ad. ſint.
Ut. ſemper. libenterque. Salmos. tibique. dicamus.
Aurelia. Yguia. quæ. vixit. annis. XXXVIIII. Menſ. IV.
D. II. duravit. cum. Marito. annis. XXIIII. M. IV. D. II.
Dep. Die. prid. Kal. Majas. Valentiniano. et. Valente
Aug. IIII.

NOT. A. D. 373.

4. *Romæ.*

Puellæ. Urbicæ. Conjugi. dulc. quæ. ejus. obſequio. ſemper. nobis. convenit. in. matrimonio. quæ. vixit. annos. pl. m. XXX. deceſſit. die. XIIII. Kal. Jul. Quieſcit. in. pace. et. in. nom.

5. *.

Ceſpite Venantis recubant hoc oſſa ſacrato,
  Qui neque poſt requiem, fama vigente, perit,
Neſcius invidiæ, cumulis bene clarus honorum,
  Jurgia ſat fugiens, pacis Amicus erat.
Præmia ſic ſecli, fraudes, et gaudia calcans,
  Divitias meriti XPO juvante tulit.
Nec modo Tartareas pa. . . . . . . . .
  Quis nova jam fruitur nunc ſine fine die.

Hic

Digitized by Google

Hic quoque Licinia. . . . . . . . . . .
Miſcet et alterius viſcera cara cinis.
Ambo pudicitiæ Domini, paciſque Magiſtri
Quos trahit ad cœlum ſanctis amica fides.

1. *Vitalis Mart. & S. Martialis & S. Alexandri.*

Dum peritura Getae poſuiſſent caſtra ſub Urbe
Moverunt ſanctis bella nefanda prius.
Iſtaque Sacrilego verterunt corde ſepulcra,
Martyribus quondam rite ſacrata piis.
Quos, monſtrante Deo, Damaſus ſibi Papa probatos
Affixo monuit carmine jure coli.
Sed periit titulus confracto marmore ſanctus,
Nec tamen his iterum poſſe latere fuit
Diruta Vigilius nam mox haec Papa gemeſcens
Hoſtibus expulſis omne novavit opus.

NOT. Vigilius ob. A. D. 555. per *hoſtes expulſos* intellige Totilam cum ſuis.

2. *In S. Petri vincula.*

His ſolidata Fides, hic eſt tibi Roma catenis
Perpetuata ſalus, harum circundata nexu
Libera ſemper eris, quid enim non vincula præſtent
Quæ tetigit qui cuncta pt abſolvere vincta?
Hæc invicta manu vel religioſa triumpho
Mœnia non ullo penitus quatientur ab hoſte
Claudit iter bellis qui portam pandit in aſtris.

NOT. Fallitur qui hanc *Inſcriptionem* eſſe putat; verſus enim ſunt ex *Aratoris Diaconi* Commentario, ſive Hiſtoria Act. Apoſtol. lib. 1. deſumpti.

3. *

Hic congeſta jacet quæris ſi turba piorum:
Corpora Sanctorum retinent veneranda Sepulcra.
Sublimes animas rapuit ſibi Regia cœli:
Hic Comites Xyſti portant qui ex hoſte tropæa;
Hic numerus Procerum ſervat qui altari XPI;
Hic poſitus longa vixit qui in pace Sacerdos;

Hic

Digitized by Google

Hic Confeſſores Sancti quos Græcia miſit;
Hic Juvenes, Puerique, Senes, caſtique nepotes;
Quîs magè virgineum placuit retinere pudorem.
Hic fateor Damaſus volui mea condere membra
Sed cineres timui Sanctos vexare Piorum.

NOT. Hæc Inſcriptio in veſtibulo Cœmeterii *Prætextati* à Damaſo poſita. Paſſus eſt Sixtus noſter II. anno 258. Aug. 6.

1. *Romæ.*

Virgo Maria, tibi Xyſtus nova tecta dicavit,
  Digna ſalutifero munera ventre tuo.
Tu genetrix ignara viri, te denique faetâ
  Viſceribus ſalvis edita noſtra ſalus.
Ecce tui teſtes uteri ſibi praemia portant,
  Sub pedibuſque jacet paſſio cuique ſua.
Ferrum, flamma, ferae. fluvius, ſaevumque venenum,
  Tot tamen has mortes una corona manet.

NOT. Sixtum III. intellige qui obiit A. D. 440. Verſ. 3. *Tui uteri*, i. e. Chriſti, Martyres enim teſtabantur Deum Filium ex Maria natum. Verſ. 6. *Paſſio*, i. e. mortis ſuæ indicia, & variarum paſſionum inſtrumenta. Eccleſia ſcilicet Martyriis Sanctorum in parietibus depictis ornabatur, & ſingula mortis genera ſub uniuſcujuſque imagine expreſſa erant.

2. *Aquis Sextiis ſub Lectiſternio marmoreo.*

Stemmate præcipuum trabeatis faſcibus ortum
  In odium Leti hic ſopor altus habet
Qui poſt Patricia præclarus cingola Rectur
  Subjecit XPI. Colla ſubacta jogo
Poſtponens ultra mundi protendere pompas
  Et potens Domeno ſolvere vota malens
Sic gemeno Felix perfunctus munere gaudet
  Egregius mondo placetus et Domeno
Hoc tomolo cujus tantumnam membra quieſcunt
  Letatur Patria mens Paradiſe tua.

1. *Cœm.*

Digitized by Google

1. *Cœm. V. Salaria.*

Flaviis Tauro et Florentio Conſſ. VIII. Kal. Sept. dep. in. pace. Q. vix. M. XI. D. XXIII.

NOT. A. D. 361.

2. *Arelate.*

Vir Agrippinenſis noīe Ceminus Hic jacet qui poſt dignitatem Præſidatus Adminiſtrator Rationum Novem Provinciarum dignus eſt habitus. Hic poſt annos XXXVIII. M. II. D. VI. Fidelis in fata conceſſit cujus inſignem gloriam Cives ſui Sepulchri gratia adornaver.

3. *Corcyræ: ſupra fores Eccleſiæ S. Soſipatri & Jaſonis, à Stephano Corcyrenſi Epiſcopo fabricatæ, ævi inferioris.*

Ο φωτολαμπης και περιβλεπτος δομος
Των σοφωτατων και θειων Αποστολων
Ο πριν αχοσμος εν μικροτητι πελων
Νυν περικαλλης και περιδοξος ωφθη
Καλλει στεφανος ο κλεινος θυηπολος
Τουτον κατεκοσμησεν ευσεβοφρονως
Εις λυσιν αυτου ψυχικων οφλημματων
Μνημην τ' ανεπιλειπτον και βροτων κλεος
Και τοδε τευξεν υπο Χριστω Σωτηρι
Σοφον εργον Στεφανος ο θυηπολος
Εις λυσιν αυτου πολλων αμπλακηματων
Ποικιλομορφον Στεφανου του Προεδρου
Ευρυ πονημα ναον καλλιεργησαι
Συμπραξε λιαν αλειπτου εργον. μνημης



Digitized by Google

1. *

Επι. Αλεξανδρου. Καισαρι
Τω. Α. Αρχη.
Αι Κυριακαι. του. Πασχα
χατα. ετος.

NOT. Hanc veterem Inſcriptionem eſſe ait Caſp. Suicerus V. CL ſub Alexandro Severo.

2. *Tolentini in æde S. Catharinæ.*

Quos paribus meritis junxit matrimonio dulci
Omnipotens Dominus, tumulus cuſtodit in ævum.
Catervi Severina tibi congiunta lætatur
Quos Dei Sacerdos Probianus lavit et unxit:

Elio Ul. Catervius. V. C. ex Præf. qui vixit cum Septimia Severina. C. F. dulciſſima Conjuge annis XVI. minus dieb. tredecim quievit in pace annor. LVI. dier. XVIII. XVI. Kal. Novembris Depoſitus eſt IIII. Kal. Decem. Septimia Severina C. F. marito dulciſſimo. ac ſibi Sacrophagum et Pantheum cum Tricoro diſpoſuit et perfecit.

Flende jaces in Baſſo iterum defuncte Catervi.
Occidit ore genus nomine Poſteritas
Tu medius gemma et germanis clauſa metallis
Morte tua fractum eſt Baſſe monile. . . . .
Octavus decimus vix te ſuſceperat annus
Ocius eripitur quod placet eſſe Dei.
. . . . . Pax ingeminat rurſus præconia Pauli.

NOT. Hæc ex Mabillonii itinere Ital. mediam hujus Inſcriptionis partem, ex Langermani ſchedis dedit Reyneſius, paucis variatam. Pantheum cum Tricoro, Baſilicam tricameratam eſſe ait idem Mabillon. Hunc Catervium Martyrem fuiſſe alii dicunt, alii negant. Sub malo quodam Poeta paſſum fuiſſe illum non nego.

1. Carm.

Digitized by Google

1. *Cœm. Cyriacæ.*

Hic. Req. Xiſtus. in P. qui vixit. an. G. Dep. III. id. Feb.

2. *Cœm. S. Agn.*

Hic. quieſcit. Zoeilo. Puer. qui vixit annos XX. et. dies VI. Depoſitus in pace VI. Kal. Febrarias. Dominis noſtris Fl. Balentiniano Conſulibus.

3. *In atrio Eccl. S. Cyriacæ.*

Zoſimus ſe Bibus ſibi Locu comparavit.

4. *Cœm. Priſcillæ.*

Zozimo benemerenti Cojugi. in pace. cum. quem. vixit. annis XXXVIIII.

5. *Syracuſis.*

Αναθημα ιερου Βαπτισματος Ζωσιμου Θεω δωρον.

NOT. Donarium Sacri Baptiſmatis Zoſimi Deo donum.

6. *Ex Baſilic. S. Mariæ in Coſmedin.*

. . . . S. Hunc titulum<br>
. . . . a. Plaſhanera. ſepul<br>
. . . . mora. que. claudunt<br>
. . . . ſſe. potes. XPI. Ancil<br>
. . . . ta. nomi . . . . . . . Anna<br>
. . . . ens. Velamine. ſacro<br>
. . . . . . . gravit. ad. XPM.<br>
. . . . Sepulcrum. violare<br>
. . . et. ſit. alienus. a. Regno. Dei.

7. *Romæ.*

Dulces. aput. Maneſ. Zoe. benedicta. moraris.<br>
Tu. ſecura. jaces. nobis. reliquiſti querelas<br>
Preceſti. hoſpitium. dulce. parare. Tuis.

1. *Romæ.*

Digitized by Google

1. *Romæ.*

Ενθαδε κειτε Ζωσιμος
δια βιου Συναγωγης Αγελιπτηνησιων εν ειρηνη κοιμησις αυτου
Ενθαδε κειτε Ηευλλις. . . . . . ετων Ε

NOT. Η φυλλις. Synagoga pro cætu aliquo ſumitur.

2. *Romæ.*

Sanctæ Conjugi Cæleſtinæ quæ vixit ann. XX. menſem D. XXII. fecit cum Ampliato marito. annis IIII. D. XXI. B. M. in pace. Depoſita III. non. Jul. Cæſario et Attico Coſſ.

NOT. A. D. 397.

3. *

D. M.

Bonæ. memoriæ. et. Domui. Martinian. Ex. Protectoribus. eternam. ſecuritatem. Cermendacis. quis. juſtus. pientiſſimus. benemeretus.. inſequlumanus. militavit. XLV. et. vivet. ann. N. LX. et. ſpero. me. vivere. adducanus. n. LXXXXVIII. meſes. VI. dies. III. et. N. dein. arcæ. hic. ſicisre. movere. vos. qeret. aut. aperire. aut. vellet. alium. qurpus. davit. in. feſcu. auri. P. I.

NOT. Verſ. 2. *Cremonenſis Civis.* V. 4. *In ſæculum.* V. 6. *Adhuc annos.* V. 7. *Si quis removere.* V. 9. *Corpus dabit in fiſcum auri pondus unum.* Protectores erant Corpus Palatinorum, qui Imperatori proximè adparebant, corpori ejus tuendo deputati, & ideo Domeſtici dicti, erantque tam Pedites quam Equites, & digeſſi in Scholas ſeu Ordines.

[ *Ad latus autem.* ]

Vertutem. et. Geloriam.
Felice. Martiniano. Eredes.
façoletatem. vivos. ſibi
fecit. hoc.

1. *Comi,*

Digitized by Google

1. *Comi, Gallia Ciſalpina.*

Morborum. vitia. et. vitæ. mala. maxima. fugi.
Nunc. careo. pænis. pace. fruor. placida.

2. *Romæ, juxta templ. SS. Petri & Pauli, è Baronio.*

Hic. requieſcit. Dominus. Auguſtinus. Dorovernienſis. Archiepiſcopus. Primus. qui. olim. huc. a. Beato. Gregorio. Romanæ. Urbis. Pontifice. directus. et. a. Deo. operatione. miraculorum. ſuffultus. et. Edibertum. Regem. ac. gentem. illius. ab. idolorum. cultu. ad. fidem. Chriſti. perduxit. et. completis. in. pace. diebus. officii. ſui. defunctus. eſt. Septimo. Kalend. Junias. eodem. Rege. regnante.

NOT. Hæc ex Bedæ hiſtoriâ ſunt excerpta, lib. 2. cap. 3. Auguſtinus ſepultus eſt, juxta Templum SS. Pet. & Pauli, quod in Dorovernio eſt, non Romæ.

3. *Helvis in Luſitania.*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Inſignem. parvo. . . . . . . . . . . . . . .
Manſ. carmine. amor. . . . . . . . . . . . . .
Requ. in. paçe. D. XIIII. Kal. . . . . . . . . . .
Mart. . . era. DLXXXII.

NOT. Id eſt, 544. *Inſignem parvo manſurum carmine amorem.* Inquit Reſendius, in Antiqu. Luſitan.

4. *Tarracone.*

Hic requieſcit Vir ſanctiſſimus Ciprianus Primæ Sedis Tarraconenſis Civitatis Epiſcopus.
Depoſitus eſt in hunc tumulum octavo Klas. Maias in pace.

5. *Tarracone.*

Orn ✝ te çaque L ✝ o ✝ uns ✝ Ver ✝ bus ✝ i ✝ s ✝ negl. ✝ Vi ✝ va ✝ Fl ✝ bus ✝ ſibi perpetuo remanet ✝.



Digitized by Google

1. *Vienna Allobr.*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . cit. vir. ſpectabilis. donæ. . . .
. . . dicernus. qui. vixit.
. . t. tranſiit. ſub. die. . . .
. . obris. Fauſto. Viro. C. . . .
. . Conſſ. . .

2. *Neapoli.*

In hoc requieſcunt tumulo veneranda corpuſcula ſacrar. Vir. et conſecrat. velamine cultu cum qua Baccino Roſa et in ſæculum
Petronilla Veronica S. Severa.

3. *Cæm. S. Agn.*

. . . cidæ Innocent.
. . . e vix an. P. M. VIII. dies. V. I. Sept. Poſt Conſ. Gratiani. III.

NOT. A. D. 375.. Forſan Placidæ.

4. *Ibid.*

. . . Illa ſub diæ XVIII. Kal. Sepb. XV. Conſ. Diocqci. V. C.

5. *Ibid.*

Hic requieſcit. ann. Pl. M. LXX. Dep. Boethi. V. C.

6. *Cæm. Cyriacæ.*

Hic requieſcit in pace. qui vix. ann. Pl. . . . . . . . .
Fl. Felice. V. C. Co.

NOT. A. D. 428.

7. *Cæm. S. Agn.*

Depoſitus P. . . . Fiect. . . . Dn. Valentiniano Aug. in pace. vixit annus XX. Fecit locum quadriſomum.

8. Cæm.

Digitized by Google

*1. Cœm. Priſcillæ.*

Vixit annis XX. et unu. menſis ſex dies XX. et ſex Diceſſit Die. V. Kal. Octobres.

*2. Curia Rhætorum in æde S. Lucii.*

Sce. M. EPCS.
Hoc jacet in tomolo flevit quem Retica tellus.
Maxima Summorum gloria Pontificum
Abjectis qui fudit opes nudataque texit
Agmina Captivis præmia larga ferens.
Eſt pietas vicina Polo nec funeris ictum
Sentit ovans factis qui ferit aſtra bonis
His pollens titulis Valentiane Sacerdus
Crederis a cunctis non potuiſſe mori.
Qui vixit in hoc ſeculo ann. Pls. Mn. LXX. Dps. ſub. D. GOIDIAN. SEPS. P. CS. Baſil. VC. ind. XI. Paulinus Nepus ipſius hæc fieri ordinavit.

NOT. Poſt Conſulatus Baſilii Jun. incidit in A. D. 542. Sed Indictio XI. incidit in 548. qui fuit Poſt Conſ. Baſilii. VII.

*3. Surrenti.*

Qui CVEIVNT lacrimas et triſtia carmena quærunt
Hic beniant flentes mecum ſepulcrum legant
Condetur hoc tumulo Serbus Dei ſum dictus nomine
Urſus qui bona ſub ſorte natus in urbe fui
Vix mihi lecuerunt annorum. . . . . . .
Ex PAIA. PL. M. X. Gli. occurrit mors fatis juventutis meæ ne doleatis Genitores. Nil proſunt tempora vitæ
Si quandoque mori longa ſenectus habet.
Depoſitus ſub D. V. Nonar. Mar. Imp. D. N. Maurici. Tiberio. P. F. Aug. Sed conjuro vos per tremendum diem Judicii ut hanc ſepulturam nulli violent.

NOT. Lege V. 1. Cupiunt. V. 9. Luxerunt. V. 6. Explevit Ann. Pl. M. XVII.



Digitized by Google

1. *In Cœmeterio Lucinæ, ſuper quod extructa Baſilica S. Pauli,*

P
=Nomine Dei Patris Omnipot=s et Domini noſtri Jeſu X Fil=
=Ancti Paracleti Euſebius infa=ovavit cymiteriu totu=
=Olumnas in porticos pictur=vas in ruinis erat tota ſe=
=tu cum tegulas et tabl=n et auctos et materi=
=tota balineu marmo=que minus abuit et Scamna=
=tras ſpeclara item ins=eriora marmoravit Pal=
=Coſtra incinos et clabes=oſuit ut potuit uſque D=
=Set in ſeculo fecit reliqu=abrica quando exivit D=
=culor emiſit alumnis ſui=cunia et ipſi fabricave=
=runt introitu at Martyres=odeſt in publicu funi=
=bricabit meſas at Martyres=otas fecit aquam in vaſin=
=per magnana fecit at con=a cubiculu et cancellu fec=
=cauſa fures fecit ciamul=a la facent item ſart=
=a ſuſcepit ſigilla inque in por=oſuit compodiola=

2. *In Monaſterio S. Floriani ad alterum miliare ab Enſio in Norico Ripenſi, tabernaculum cum hat Inſcriptione.*

Ψιλης. το. λαμπρον. και σοφον. το. της. τεχνης
Καλλους. το. τερπνον. σχηματος το ποικιλον
Των. ενδον. βλυζουσα. θαυματουργια
Του. Δημιουργησαντος. ο. ζεων. ποθος
Υπερφερουσι. της. κιβοτου. της. παλαι.
Οσω. γαρ. αυτα. των. πριν. εξευρημενα.
Μειζω τοσουτω. Πιστις. η θεοφανους
Προς. ευκληον. σκηνωμα. των. αυτημάτων
Τευξασα. καλλυνασα. τουτο. Επισκοπω
Εισ. ψυχικην. Καθαρσιν. εις βιου. σκεπην.

3. *Cœm. Priſcillæ.*

Depoſita. Pri. Kalendas. Dec. Coſſ. Valent. Valen. III.

NOT. A. D. 370.

1. *Cœm. V. Nomentana.*

Male pereat inſepultus jaceat non reſurgat Cum Juda partem habeat ſiquis ſepulcrum hunc violaverit.

NOT. In mediis ſæculis horrendæ execrationes, de re leviſſima, in uſu erant; & (quod dolendum eſt) huic mori & conſuetudini indulgendo, Chriſtianis maximè indigno, *Sacerdotes* aliis exemplo præibant peſſimo.

2. *Romæ.*

Quiſquis hoc ſuſtulerit aut læſerit ultimus ſuorum moriatur.

3. *Mediolani.*

D. M.

Dulciſſimo. Compari. contra. votum. poſuit. benemerenti. Dom. L. qui. vixit. annos. LXXI. M. V. D. XV. De. XVII. aima. idib. Juniis.

4. *Romæ.*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Omns. qui. intratis. in. hanc. aulam. Dei. orationem. orate. pr. me. Peccatorem. ſi. Dm. abeatis. Protectorem. quia. cod. eſtis. fui. et. quod. ſum. eſſere. abetis. et. ſi. quis. ſe. præſumſerit. contra. hunc tumulum. meum. biolare. abea. inde. inquiſitionem. ante. tribunal. Dni. nri.

5. *Puteolis.*

Tann. . . . . . Chryſant. . . . . . . . Patroni
Florentem meritis Chryſanti nomine famam
Patria concelebrat cuncti Populique Patreſque
Vocibus et claros tituli conſignat honores
Teque tuoſque manet longos manſura per annos
Felix prole viri longos queſitura nepotes
At tu ſumme Deus Chryſanti reſpice gentem.



Digitized by Google

### I. *Vienna Allobrogum.*

Ειρηνης ετη τεσσαρηκοντα και ενιο τελευτα σε ταυτην υπατιαν του δεσποτου ημων Βαλεντινιανου το περμτον και Αναταλιου του λαμπροτατου ενιο. . . . . . . . πελτιου εκτη και τη εβδομηκοστο φη ημερα παρασκευ και αναστα εν τη ημερα Χριστου εχαμενου.

NOT. Lege Μετὰ τὴν ὑπατίαν τοῦ δεσπότου ἡμῶν Βαλ. τ. πεμπτ. καὶ Ανατολίου A. D. 440. καὶ τῇ ἑβδομηκοστῇ ἡμέρᾳ παρασκευῆς καὶ ἀνάστασιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ Χριστοῦ δεξαμένης.

### 2. *Ravennæ, in S. Joh. Evangeliſtæ templo ad parietem, ubi inter alia duæ naves in mari periclitantes depictæ.*

Galla. Placidia. Auguſta. Pro. ſe. et. iis. omnibus. Vot. ſolvit.

[ *Ad dextram juxta Imagines Augg.* ]

D. Conſtantinus
D. Theodoſius
D. Arcadius
D. Honorius
Theodoſius Nep.

[ *Ad ſiniſtram.* ]

D. Valentinianus
D. Gratianus
D. Conſtantinus
Gratianus, Nep.
Johannes. Nep.

NOT. Hæc in nullo ordine ponuntur, nec invenio quis ſit Gratianus vel Johannes Nep.

[ *Circa Subſellia ad dext.* ]

D. N. Theodoſius
D. N. Eudocia.

[ *Ad*

[ *Ad lævam.* ]

D. N. Arcadius.
D. N. Eudoxia. Aug.

[ *Teſtudini inſcriptum.* ]

Sanctiſſim. ac. Beatiſſimo. Apoſtolo. Johanni. Evangeliſtæ. Galla. Placidia. Auguſta. cum. ſuo. Filio. Plac. Valentiniano. Aug. et. Filia. ſua. Juſta. Grata. Honoria. Aug. Liberationis. Maris. Vot. ſolvit.

NOT. Theodoſius hic notatus, erat Theodoſ. Jun. Arcadii & Eudoxiæ Filius. Galla Placidia Aug. erat Filia Theodoſii ſeu Arcadii & Honorii ſoror, Fl. Conſtantii Aug. uxor, ex quo peperit Valentinianum Aug. III. & Juſtam Gratam Honoriam, ab Eugenio Procuratore ſuo conſtupratam circa A. D. 434.

1. *Romæ in æde Praxedis, in pavimento.*

Acervum luctum mihi demiſiſti Dulciſſima Conjux non mihi ſufficiebat habuiſſe vita tecum per tempora mala aliam quidem futuram cottidie optabas bonas beneſi. . . . : . caſus fecit aliena Tu vero cottidiæ expectabas videre proxima palmas. . . . hæc tua mi demiſiſti pignera fructuſque deſideratiſſimi cum. . . . geminata vota optaveram dulciſſima Conjux ut bona videremus ſimul longa mala tempora mecum feciſti inimica mors fecit te non videre quod voluiſti animam qui bene tuam ſuſcepit divina poteſtas a qua credo peccata poſſe tibi dimitti hic quieſcit de qua ſuper. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

2. *Salonis.*

Dep. Julii Zaconi die IIII. Nonas Novembres Deciano et Cereale Coſſ. Fl. Julius Zaconus et Aurelia Meria Conjux ejus hoc Sarcophacum ſibi vivi poſuerunt Si quis poſt noſtram pauſationem hoc Sarcophacum aperire

rire voluerit Inferat Eccleſiæ Salonarum argenti libras quinquaginta.

NOT. A. D. 358.

1. *Neapoli.*

✝ Credo quia Redemptor meus bibit et in nobiſſimo die de terra ſuſcitabit me et in carne mea videbo Deum meum Ego Baſilius Filius Silibudi et Gregoria Conjugem ejus dum irem in mandatum ipſorum malus homo adprehendit me, et portabit me in Ribum et occiſit me mortem crudelem in infantiæ meæ annorum duodecim in indictione quarta decima vigeſima ſexta.

NOT. Ex ſtylo & literarum forma quæ hic non exprimi potuit, conjicit *Summontius* eam eſſe ſæculi) VIII. Longobardorum ætate.

2. *Teſtamentum antiquum Chriſtianæ Fœminæ, tertio ſæculo in Cortice exaratum Ravennæ, & in Regiam Galliæ Bibliothecam tranſlatum.*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . Poſſeſſioneſque p.
. . . . . . . . . . . Sine vi metu doloque vel
Et circumventionis ſtudio ſed deliberatione propria
Et voluntate prona ſcribendam dictavi quam Rogatorum
A me nobiliſſimorum teſtium vel propriæ manus meæ
Subſcribtione firmavi quam cum geſtis vos actoreſq. veſtros
Quibuſlibet duxeritis allegandam profeſſionibus. . . .
Non deerit tuis Poſterumque tuorum utilitatibus in
Futurum de qua re et de quibus omnibus ſtipulanti tibi d. . .
ſimo adque Apoſtolico viro Eccleſio ſupraſcribtae urbis
Epiſcopo S. ei et actoribus veſtris pariter in preſentia
Conſtitutis Ego Hildevara quae ſuperius olim jam per
fectae aetatis in verbis ſolemnibus ſpopondi actum
In Claſſe Salida ... II. iduum Novembrium Maximo VI.
Conſule Hildevara huic ceſſioni adque donationi a me factae In beatiſſimo adque Apoſtolico Viro Eccleſio Sacerdote M. Ravennatis Eccleſiae ad omnia quae ſuperius tenentur

Digitized by Google

tenentur ad ſcribta relegi Conſe. . . . et ſubſcribi et teſtes ut ſubſcriberentur conrogavi ſtipulantique SS vir beatiſſime et actoribus tuis in praeſentia conſtitutis in verbis ſolemnibus ſpondi

Ego Johannis. VC hujus donationis Ceſſioniſque inſtrumento Rogatus ab Hildevara I Foemina.

NOT. Notanda initio hæc conditio, quâ validum ſit Teſtamentum, ut ſcilicet Teſtator ſine metu, dolo, circumventioniſque ſtudio, id inſtituat. Eccleſius qui Ravennatis Epiſcopus Eccleſiæ nuncupatur, iſdem paulo inferius ejuſdem Eccleſ. Sacerdos nominatur. Maximo VI. Coſ. incidit in A.C. 237. Secundum Faſtos Siculos, ſecundum alios, nihil tale. Nec enim ullus unquam erat Maximus VI. Conſul. Certè non adeo antiqua eſt hæc donatio. Sed utut ſit, multa ſunt quæ mihi, pro tenuitate mea, valde ignota ſunt.

### 1. *Ad Eccleſiam S. Laurentii, ad Fontem.*

Iſte ſalutares fons continet inclitus undas,
  Et ſolet humanam purificare luem.
Munia ſacrati quæ ſint vis ſcire liquoris?
  Dant regnatricem flumina ſancta fidem.
Ablue fonte ſacro veteris contagia vitæ,
  O nimium felix vive renatus aqua.
Huc fontem quicumque petit, terrena relinquit,
  Subjicit et pedibus cæca miniſteria.

### 2. *.

Clauditur hoc tumulo tantum ſed corpore. . . . .
  Nam meritis toto vivit in orbe ſibi.
Cum Bardis fuit ipſe quidem, nam gente Suavus,
  Omnibus et populis inde ſuavis erat.
Terribilis viſu facies, ſed mente benignus,
  Longaque robuſto pectore barba fuit.
Hic et amans ſemper Romana, et Publica ſigna
  Vaſtator gentis adfuit ipſe ſuæ.
Contempſit caros, dum nos amat, ille parentes,
  Hanc patriam reputans eſſe, Ravenna, ſuam.
Hujus prima fuit Brexilli gloria capti,
Quo reſidens cunctis hoſtibus horror erat.

Qui

Digitized by Google

Qui Romana potens valuit poſt ſigna juvare
  Vexillum primum XPS habere dedit.
Inde etiam retinet dum claſſem fraude Faruuldus,
  Vindicet ut Claſſem claſſibus ipſe parat.
Puppibus exiguis decertans, amne Badrino,
  Bardorum innumeras vicit et ipſe manus.
Rurſus et in terris Avarem ſuperavit Eois,
  Conquirens Dominis maxima palma ſuis.
Martyris auxilio Vitalis fultus, ad iſtos
  Pervenit victor ſæpe triumphos ovans.
Cujus et in templis petiit ſua membra jacere,
  Hæc loca poſt mortem buſtis habere juvat.
Ipſe Sacerdotem moriens petit iſta Johannem,
  His rediit terris cujus amore pio.

NOT. Verſ. 1. . . . ; . Droctulf. Idem qui Sigonio *Droctrulphus* dicitur, Blondo *Dotrula*, Cruſio *Droctulfus*, aliis *Doctrula* & *Doctrulfus*. Verſ. 2. *Cum Bandis fuit.* Hic erat natione *Suevus*, & Puer à *Longobardis* captivus ducebatur, & ab illis militiæ enutritus, & quia fortis erat, & homo belli ſcientiſſimus, impigerque, pari cum Longobardis Ducibus XXX. jure uſus eſt; cæterùm occaſionem veteris ulciſcendæ fortunæ ſuæ quærentem Smaragdus Exarchus Ravennæ ſub adventum ſuum nactus, pertulit ut, ad ſe & caſtra Romana tranſiret; quo facto, Ille Brixillum oppidum ad Padum Longobardis non caventibus occupavit. Verſ. 8. *Vaſtator gentis ſuæ*, non Suevicæ, ſed *Longobardicæ*. Verſ. 9. *Contempſit caros parentes*, hic *Suevos* intellige, ad quos, cùm *Longobardos* deſeruerit, non rediit, ſed ad Ravennam ſe contulit. Verſ. 14. *Vexillum primum*, Chriſtianus forte factus eſt, *Vexillum* enim pro *Cruce* aliquando accipitur, quòd crucis ſignum in Vexillis militaribus effingebatur, vel fortè hoc in loco pro *ſummo imperio* ponitur. Verſ. 15. *Claſſem.* Trino (inquit Jornandes cap. 52 Editionis Geneveuſis anno 1609, . . .) *Urbs vocabulo gloriatur, trigeminâque poſitione exultat, i. e. prima Ravenna; ultima Claſſis; media Cæſarea, inter Urbem & Mare.* Geographus autem Anonymus Ravennas (quem in lucem edidit D. Placidus Porcheron, Monachus Benedict. Congreg. S. Mauri, Pariſiis Anno 1688. & notis illuſtravit) Ravennam, Claſſem, & Cæſaream, quaſi tres diverſas Urbes numerat, lib. 4 cap. 31. & lib. 5. cap. 1. Vixit autem Anonymus circa ſæculum ſeptimum, cui accedit Paulus Warnefrid. lib 6. cap 44. & 49. nec non Mabillonius celeberrimus in ſuo *Itinere Italico*, qui *Claſſem* ſecundo à Ravenna milliario poſitam obſervavit. Verſ. 15. *Faruuldus*, ſeu *Feroaldus*, Gentis Longobardicæ Dux, qui poſt obitum Clephii, Longobardorum in Italia Regis Secundi, Claſſenſe oppidum tenuit, & ille

Digitized by Google

illo (à Smaragdo Exarcho, & à noſtro Droctulſo, poſt longam obſidionem) capto, unà cum multis Longobardis, interfectus. Verſ. 17. *Amne Badrino*, idem cum Plinii *Vatreno* Forum Cornelii præterfluens, hodie *Santerno*. Verſ. 19. *Rurſus*, i. e. præterea. De primâ enim aliquâ victoriâ in Avares, ſive Hunnos reportatâ, non conſtat. Verſ. 20. *Dominis*, Mauricio Imp. ſeu Smaragdo Exarcho. Credo, poſt pacem, & foedus inter Smaragdum & Autharim Longob. Regem Tertium, initum, Doctrulſum noſtrum cæteroſque Suevos ſuos, in Orientem à Mauricio Imper. miſſos, & ibi contra Avaros, alioſque Romani Imperii hoſtes barbaros & infenſos, bellis occupatos, & ibi occiſos, vel defunctos eſſe. Verſ. 21. *Vitalis:* qui Ravennæ jacet, ergo ibi etiam jacet noſter Doctrula. Verſ. 25. *Johannem*. Ravennæ Archiepiſcopum, qui obiit A. D. 595. Ergo, ut mihi videtur, antea obiit Dux noſter facie terribilis. Qui plura quærat, Videat Fl. Blondum, Dec. 1. l. 7. Cruſium, Suevicorum Annal. Part. 1. lib. 9. & Car. Sigonium de Regno Ital. Annis 584, 585, 586.

*1. In frontem Baſilicæ S. Pet. Rom.*

Credite victuras anima remeante favillas
  Rurſus ad amiſſum poſſe redire diem:
Nam vaga bis quinos jam Luna reſumpſerat orbes
  Nutabat dubia cum mihi morte ſalus;
Inrita lethiferos auxit medicina dolores,
  Crevit et humana morbus ab arte meus.
Pro quantum Petro largitur Chriſtus honorem!
  Ille dedit vitam reddidit iſte mihi.

NOT. Carmen εὐχαριστικὸν, inſcriptum fronti Eccleſiæ S. Petri, cujus ope & interceſſione (ut tunc temporis hominibus viſum eſt) ſalutem ſibi reſtitutam omnibus prædicat hic noſter, neſcio quis; & à morbo [illegible] expulſo, reſurrectionem corporis animæque arguté ſatis colligit.

*2. In Throno Eccleſ. S. Petri.*

Juſtitiae ſedes, Fidei domus, aula Pudoris
Hæc eſt quam cernis, pietas quam poſſidet omnis.
Quæ Patris et Filii virtutibus inclita gaudet,
Auctoremque ſuum Genitoris laudibus aequat,

1. In

Digitized by Google

*1. In Eccleſ. B. Mariæ, trans Tiberim.*

Haec Domus eſt XPI. ſemper manſura pudori
Juſtitiae cultrix Plebi ſervavit honorem.

*2. Infra Eccleſ. Joban. & Pauli, Romæ.*

Templum ingens DNO Salomon Rex dedicat, adſtant
Pontifices, et plebs magno circumflua cœtu.
Juſtus Aſa ſimulacra Patrum locoſque profanos
Suſtulit, et Matrem regni privavit honore.
Joſaphat ſola confidens laude Tonantis,
Perculit adverſas acies hoſtilibus armis.
Ezechias pius in DNM. perque omnia clarus,
Cui Deus ad vitam ter quinos addidit annos.
Claret mira Dei bonitas in Rege Manaſſe,
Quem Regno et vineæ poſt multa piacula reddit.

NOT. Videtur fragmentum eſſe Chronici cujuſdam metrici. Sed lege Verſ. 3. *lucos*, non *locos*.

*3. In Trono S. Chryſogoni, Romæ.*

Sedes celſa Dei præfert inſignia XPI.
Quod Patris et Filii creditur unus honor.

*4. In S. Steph.*

Aſpicis auratum caeleſti culmine tectum
Aſtriferumque micans praeclare lumine fultum

5. *

Iſta columna refert priſcam quæ in gurgite rubro
Fax fuit alma Bonis, nox tenebroſa Malis.

1. *Novaria*

Digitized by Google

## 1. *Novaria.*

Aſpicis hoc marmor tumuli de more cavatum?
  In ſolidum eſt intus, rima nec ulla patet,
Unde queat tellus occultas mittere lympas,
  Manat ab ingeſtis oſſibus iſte liquor.
Si dubitas, medio ſudantes tolle ſepulchro
  Relliquias, dices, unda ſalubris ubi eſt.

NOT. Verba habeto, Lector mi incredule, illuſtriſſ. Baronii, ad diem 30. Aprilis, in Martyrolog. *Placuit hic antiquum Epigramma exculptum in marmoreo ſepulcro, quod dictorum Sanctorum Martyrum* [ Laurentii, viz. & Sociorum ] *ſacris oſſibus eſt refertum, ex quibus medicus liquor manare conſuevit.* Et poſtea ſubjicit, Carmen ſupra poſitum. Affirmavit mihi nuper teſtis oculata, & fide digniſſima, ſe, in Cœmiterio quodam Londinenſi, capulum quendam [ vulgò **Coffin**, ] aqueo liquore repletum vidiſſe, & nihil corporis præter caput, dentes, reliquaque oſſa omnia, ſupereſſe; cùm tamen terra, infra, ſupra, & ex utroque latere ſepulcri, eſſet arida, & digito friabilis. Sed nec ſpiravit ſanctos aliquos odores liquor hic, nec ſalubritatem undæ aliquis ( quod audio ) expertus eſt.

## 2. *

Hic poſitis membris puris perrexit ad æthram,
  Omnibus heu flendus civibus et Patriae:
Quem generoſa domus longo ſibi credidit aevo
  Manſurum columen, triſtia non metuens
More ſuo ludens homines fors perdita ſemper
  Monſtratas rapuit ſpes properante die.
Vix vitam quinis luſtris compleverat ævum,
  Cum ſuprema dies intulit exitium.
Quattuor hic annis vixit cum conjuge ſancta,
  Mox ratus eſt melius vivere XPe tibi.
Utilior cunctis ſententia nata ſecunda,
  Nam XPS vitam dat ſine fine ſuis.

1. *In*

### 1. *In Papia, in introitu Eccl. S. Michaelis.*

Regna poli, januas Populus intrate per almas,
  Currite XPicolae, prendite regna poli.
Nuncius hic Dni cujus intratis in aulam
  Semper videt faciem, nuncius hic Dni.
Offerat ipſe preces veſtras, pia vota, creanti,
  Tundite vos pectus, offerat ipſe preces.
Dicite cum lacrimis quicquid culpaſtis in actis,
  Parce rogamus Deus, dicite cum lacrimis
Moxque vobis tribuet veniam pius ille remiſſors
  Plangentibus miſeris datque vobis veniam.

### 2. *In Papia in Eccl. S. Mich.*

Suſcipe Terra tuum corpus de corpore ſumptum
  Reddere quo valeas vivificante Deo.

### 3. *In Papia.*

Filius ecce Dei conculcat colla Leonis,
  Quem metuunt Regulus aſpis et ipſe Draco
Huic famuletur homo, famuletur et Angelus omnis.
  Hic Deus eſt verus, huic famuletur homo.
Omnia quique regit ſolus, qui cuncta gubernat,
  Noſtra ſalus hic eſt omnia quique regit.

NOT. Regulus, Serpens Baſiliſcus.

### 4. *

Continet iſta manus mundum, proſternit elatos
Et humiles erigit, juſte miſerata roganti.

### 5. *In Civ. Placentia Eccl. B. Antonini.*

Pontifex quieſco ecce ſorte debita,
Lege quam de Protoplaſti contraho naufragia. [*naufragio.*
O Deus omnipotens de cœlis proflue rorem,
  Ut animam ſatiat gutta beata meam.

Effluc

Efflue aſtrigeros de coeli conclave nimbos,
Et recrea cineres protinus inde meos.
Ut Judex veniens cum tu diſcuſſeris omnes,
Dextram obtineam effugiamque levam.

1. *Item ibi.*

Non ſim pro meritis Sanctorum coetibus exſul,
Qui regnas dominans ſurſum in aſtra Deus.
Elue probra Pater delicti, crimina tolle,
Qui bonitate cluis, et deitate viges.
Urentes picei flammas reſtringue barathri,
Gurgite quo ſordes purificare vales.
Ut pietatis opem defuncto indere donis [ *Inde reddens*
Unde dare vivo munera ſacra ſoles.

2. *In Civ. Placentia.*

Qui mare gradiens undas planavit tumentes,
Dextramque ſalutis labenti Petro porrexit,
Ad ſuperos Lazarum nec non redire coegit,
Ut pleraque inferos qui poſt miracula nempe
Abegit tartari valbulaeque in peſſum.
Hominèque valuit quem ſuam adinſtar
Quantopere pinxit, exaditu liberare æque.
Hinc æthra penetrans, Patrique dextra conſedens,
Omnia veniens iterum judicare per ignem,
Ipſe rediviva proquia ſurgere credo
Poſt cineres dum examinaverit cuncta
Sua pro miſeratione, mea faciet cauſa.
Tabella en heroicum triligat exametrum.

NOT. Leg. Verſ. 5. *Valvulaſque, in peſſum,* i. e. retrorſum. V. 6. Hominemque quem ſuam adinſtar ( imaginem aut formam fortè ſupplendum eſt [ neſcio quid ſit *triligat*.

3. *Ibidem.*

Species venuſta, mens cui aderat priſca,
Laris indeflebilis adtumulatam ecce,



Digitized by Google

Nardei qui ſedulo et ambaris odorem
Ore ſpirabas dogmata Philoſophorum more
Diaconati gratia, ipſaque inter omnes
Virgulta praecellebas, admirandam valde.
Splendida de ſorte Romulæaeque Melitæ fontis
Derivatus nempe quacunque parentum patris
Indolis hic mori maluit quam vivere fallax
Animo elegit totumque propoſitum ſaxit.

1. *In Porticu S. Petri.*

Sis licèt in numeros ſoboles ſuſcepta piorum,
  Munda quod ex omni crimine vita fuit;
Iſta tamen miſeros nequeunt ſatiare Parentes,
  Nec dolor orbati ſit ratione minor.
Nam cum parva jocum nil præter quaereret aetas
  In te jus proprium perdidit omne ſuum
Admiranda loquor, quis autem credere poſſit?
  Solatio Matri tu quoque Mater eras.
Vivere me certe libuit, dum viveris ipſa,
  Sed modo, morte tua, mors mihi ſola placet.

NOT. Multum veritatis habent in ſe verſus primi quatuor, nec rationis minus; quid enim ponderis habere poſſunt rationes contra ſenſum? Nemo dolores, gemitus, luctuſque amat, perſequiturve, ſed ſedatos omnino vult; ſi ergo amiſi filium, an ut non amiſerim efficiet ratio? Profectò nihil minus. Dolendum eſt ergo, uſque dum oblitus fuerim illius, vel alia quævis res avortat animum; & hic in dolor leniendo rationis ſolus uſus eſt, ut diverticula inveniat. Verſ. 8. Si quid ego video aut intelligo, nihil adeo admirandum eſt, ut ipſa Mater, Matri ſuæ ſolatio eſſet. Verſ. 9. Lege *vixeris*, facilis mutatio X. in V.

2. *Romæ.*

Solvere qui potuit caelo terraque ligata,
Crimina, fonte ſacro renovat mortalia membra;
Haec domus eſt Fidei, mentes ubi ſumma poteſtas
Liberat, et ſancto purgatos fonte tuetur.

3. Romæ.

Digitized by Google

### 1. *Romæ.*

Longa licet te, care Pater, ſubtraxerit aetas,
  Attamen illa mihi plus cupienda foret.
Saepius inluxit meritis tua vita laborum,
  Et commiſſa diu publica cura tibi.
Sumpſiſti illuſtrem, ſed jam grandaevus, honorem,
  Antiquo factus more Senator eras.
Cernere longinquae meruiſti praemia lucis,
  Diſpoſitam certus linquere te ſobolem.
Adfuit in cunctis Patria indulgentia proli,
  Te tamen heu ſolum flemus abeſſe Patrem.

### 2. * *Rom.*

Innovat antiquum melior pictura decorem
  Sanctorum meritis frons reparata micat.
Peſtes, bella, famem, inſidias, caſuſque nefandos
  Erecta omnipotens arcet ab urbe manu.

### 3. *

Militiae nomen dederant, almumque gerebant
Officium, pariter ſpectantes juſſa Tyranni,
Praeceptis pulſante metu, ſervire parati.
Mira fides rerum, ſubito poſuere furorem,
Converſi fugiunt, Ducis impia caſtra relinquunt,
Projiciunt clypeos, faleras, et tela cruenta:
Confeſſi gaudent Chriſti portare triumphos.
Credite per Damaſum poſſit quid gloria XPI.

NOT. *Per Damaſum.* V. ultimo, i. e. Damaſus horum geſta & Martyrium conſcripſit, vel tumulum, quem congeſſit, pictis tabellis ornavit, vel Templi parietibus tabulam ſuſpendit, quae vitae mortiſque genus Lectoribus propalam faceret.

### 4. *

Quid fatis liceat, quid ſecula cuncta repoſcant,
  Hoc mors ſola docet, quae ſua lege venit.



Digitized by Google

Nil ſub vita diu, breve ſit quod morte tenetur,
Qui viget meritis non ht Ille finem.
Carceris humani ſors eſt quæ clauſtra reſolvit,
Nec retinet animam dum ſua luce vivit.
Moribus hic conſtans, magis pietate ſeverus,
Juſtitiæ cultor, nobilitate probus.
Felix poſteritas ſervat quod vita paravit,
His ſemper votis vincitur exitium.
Hic nil mors adimes, corpus ſervate ſepulcra
Non tegitur quicquid poſteritate viget.

1. *

Spes generis clari, magnorum gloria Patrum,
Sollers ingenio, carmine doctiloquus,
Inluſtris, ſapiens, humilis, moderatus, honeſtus,
Communis, gratus, plus bonitate pius;
Ante annos animumque gerens ætatis avitæ,
Clarior in Patria, nobilitate probus.
Nil tibi mors nocuit cum hic vivis laude perenni,
Et XPI in regno dum ſine fine manes.
Hæc Tibi quæ cecini non ſunt præconia falſa,
Pro meritis fama eſt teſtis ubique tua.

2. *

Sic tibi perpetuo ſint Lector vota ſecunda,
Parce pios manes ſollicitare manu.

3. *

Cernite conſurgens cultu meliore ſepulcrum,
Quod gens infelix vertere non timuit.
Nec nocuit quicquam meritis, nec damna paravit,
Sed tibi prava gerens contulit exitium.

NOT. Tumulum intellige quem everterunt Getæ Romam diripientes.

1. Papiæ.

## I. *Papiæ.*

En me purpureo decoravit ſanguine XPS
Magna qui domuit mortis virtute canam
Morte ſua DNS detraxit fauce Draconis
Prædam quam dudum frangendo dent : tenebat
Iſto vos fidei ſigno munite Fideles
Quo XPS ſancta DNS nos morte redemit
Sanguine me proprio roboravit mundi Creator
Vincula qui mortis fregit tartarea potens.

NOT. Poſteriores duo verſus, duos priores malè referunt; nec tamen opus erat ut ipſi per ſe peſſimi, pejores tranſcribendo fierent. Sed lege V. 2. pro *canam*, gehennam.

## 2. *

Tempore quo gladius ſecuit pia viſcera Matris,
Sexaginta duo capti feritate Tyranni
Extemplo Ducibus miſſis tunc colla dedere.
Confeſſi XPM, ſuperato Principe mundi,
Ætheriam petiere domum Regnumque Piorum.

## 3. *

Pauper exceſſu melius nunc iſta reſurgunt
Divite ſed voto plus placitura Deo.
Plange tuum gens ſæva nefas, periere furores,
 Crevit in his templis per tua damna decus.

NOT. Leg. Verſ. I. *Pauperis ex cenſu.*

Diſcite quid meriti præſtet pro Rege feriri ;
Femina non timuit gladium, cum natus obivit,
Confeſſa XPM meruit per ſæcula nomen.

1. *

Hunc quoque triſtes veniunt et læti recedunt
Nec miror pulcrum fieri quod XPS adorat.

NOT. Lege Verſ. 1. *Huc* pro *Hunc*. Et de *Templo*, intellige, illuc enim homines ad vota facienda triſtes adveniunt, & votis ſuſceptis, vel precibus auditis (uti animo perſuaſum habent) læti recedunt; immò nihil magis fidem & (quæ neceſſario ſequitur) lætitiam facit generatque, quam preces ſtrenuè, fervide, & ex corde concepiſſe, & effudiſſe coram Domino. Non video quomodo verſus ultimus cum priore cohæret. Sed ſi de Templo intelliges, & ſenſum aliqualem erues, lege omninò *Chriſtus adornat*. Chriſti enim imago *templum*, ut antiquis videbatur quinti & ſequentium ſæculorum, *pulchrum faciebat*, & Pictæ Tabellæ Eccleſiis (ſicut olim Paganorum Templis) ornamento habebantur. Sed ſatius certe eſſet hæc offendicula Plebi rudi, ignaræ & ad omnem ſuperſtitionem nimis declivi, nunquam admoliri.

2. *

Virginis aula micat variis decorata metallis,
Sed plus namque nitet meritis fulgentior amplis.

3. *

Hic poſitus cœli tranſcendit culmina Pauli
Cui debet totus quod XPO credidit Orbis.

4. *

Suſcipe funerea Parentum carmina Nate,
  Quæ tua debuit nos tumulare manus.
O Patrios ſubito foedaſti funere vultus,
  Aeterno jugulas gladio corda Matris.
Urimur, et proprias pertundis corde ſagittas,
  Et tuus in noſtra pectora regnat amor.
Garrula cum venerit nobis in mente loquella,
  Incendis varios viſcera noſtra focos.
Pulcer in aſpectu, ludebas in aula Parentum,
  Cunctorum gaudens blandus amator eras.

Eheu

Eheu quam miſeras contundis oſſa ſepulcri
Fimbria Parentum altera flamma cremas.
Haec tibi care fili triſtes flenteſque Parentes
Luctificas tumulo dant tituliſque curas.

NOT. Fruſtra corriges; exulat ars poetica, natura tantùm hic loquitur.

1. *

Omnia quæque vides proprio quæſita labore,
Cum mihi gentilis jamdudum vita maneret,
Inſtitui, cupiens cenſum cognoſcere mundi.
Judicio poſt multa Dei meliora ſecutus,
Contemptis opibus malui cognoſcere XPM.
Hæc mihi cura fuit nudos veſtire petentes,
Fundere pauperibus quicquid concèſſerat annus,
Pſallere et in populis volui modulante Propheta.
Sic merui plebem XPI retinere Sacerdos.

2. *

Jamdudum quod Fama refert te Græcia miſit,
Sanguine mutaſti Patriam, Civemque, Fratremque
Fecit amor Legis, Sancto pro nomine paſſus,
Incola nunc DNI ſervos qui altaria XPI;
Ut Damaſi precibus faveas precor inclyte Martyr.

NOT. *Sixtus* ejus nominis Secundus natione *Græcus*, & Martyrium paſſus anno 258. hoc in loco fortè intelligitur.

3. *

Tempore quo gladius ſecuit pia viſcera Matris,
Hic poſitus Rector cœleſtia juſſa docebam.
Adveniunt ſubito rapiunt qui forte ſedentem,
Militibus miſſis populi tunc colla dedere.
Mox ſibi cognovit ſenior quis tollere vellet
Palmam, ſeque ſuumque kaput prior optulit ipſe,
Inpatiens feritas poſſet ne lædere quenquam
Oſtendit XPS reddit qui præmia vitæ
Paſtoris meritum numerum gregis Ipſe tuetur,



Digitized by Google

1. *

Virgo Parens hac luce Deumque Virumque creavit,
Gnara puerperii, neſcia conjugii.
Obtulit Hæc juſſis uterum, docuitque futuros,
Sola capax XPI quòd queat eſſe Fides.
Credidit et tumuit; verbum pro ſemine ſumpſit,
Sæpſerunt magnum parvula membra Deum.
Fit Fabricator opus, Servi Rex induit artus,
Mortalemque domum vivificator habet.
Ipſe ſator ſemenque, ſui, Matriſque Creator,
Filius ipſe hominis, qui Pater eſt hominum.
Affulſit partus, lucem lux noſtra petivit,
Hoſpitii linquens hoſtia clauſa ſui.
Virginis et Matris ſervatur gloria conſors,
Mater dans Hominem noſcere, Virgo Deum.
Unius colitur duplex ſubſtantia Nati
Vir-Deus, hæc duo ſunt, unus utrumque tamen.
Sps huic Genitorque ſuus, ſine fine coherent
Triplicitas ſimplex, ſimplicitaſque Triplex.
Bis genitus, ſine Matre Opifex, ſine Patre Redemptor,
Amplus utriſque modis, amplior unde minor.
Sic voluit naſci domuit qui crimina mundi,
Et mortem juſſit mortuus ipſe mori.
Noſtras ille ſuo tueatur nomine vitas,
Protegat Ille tuum Gregori Præſulem genus.

NOT. Verſus ſunt Poetæ cujuſdam non inelegantis, & Fidei Orthodoxæ callentiſſimi; ſed minus cautè verbo *creavit*, Verſ. primo, uſus eſt. Opinionem autem (quam habes Verſ. 12.) de Oſtiis poſt partum Virginis B. clauſis, ſatis antiquam eſſe, certum eſt, nulla vero hic de *immaculata* ejus Conceptione mentio eſt, nec (ut credo) ante ſæculum Bernardinum. Quid de verſu ultimo fiet, plane neſcio, nec enim emendare poſſum, nec ætatem Carminis exinde colligere.

2. *

Conſpectis properanter aquis ardeſcere cepit,
Eunuchus, fecunda fides, quieſcit emerſus.



Digitized by Google

1. *

Aula Trinitatis Hæc eſt mater innocens
 Squallida qui ſacris pectora mundat aquis
Vivit in æternum de nomine fama vetuſto
Qui nec culminibus fulgent laquearia tectis.

NOT. Omnia turbata; nec metri ratio, nec ſenſus aliquis apparet.

2. *

Sidera nec retinent, nil me mors impia terret,
 Ad vitam redii, quæ ſine fine manet.
Fatorum ſeriem felici ſorte peregi,
 Curriculum vitæ ſumma fuit requies.

3. *

Auctor Pacis eram, Fidei dilectus amator
 Juſtitiæ Cuſtos, plus pietate bonus.

4. *

Vos equidem nati cœleſtia regna videtis,
 Quos rapuit parvos præcipitata dies.
Sed mihi quæ requies honeroſa in luce morante,
 Cui ſolus ſupereſt et ſine fine dolor?
Quam male de vobis fallacia gaudia vidi!
 Et decepturus me jugulavit amor!
Reddebar teneris in vultibus, ipſaque per vos
 Tempora credebam lapſa redire mihi.
Sentio quid faciat ſpes irrita, peſſima mors eſt
 Supplicii afflicto quem ſua vota premunt.

NOT. Jam ſentio (inquit Mater triſtiſſima) quantum malorum ſecum fert ſpes de creſcentibus pueris concepta, & morte illorum immaturâ, facta irrita: jam ſentio quàm inania ferè omnia noſtra vota ſunt; *Quid enim ratione timemus aut cupimus, quid tam dextro pede concipis, ut te Conatûs non pœniteat votique peracti?* Ego certè vota pro liberis ſuſcepi multa, & multas, ſpe prolis concipiendæ, preces effudi, quibus à Deo facilè conceſſis, nunc acrius premor urgeorque; quanquam enim liberorum orbatio ſemper Parenti gravis



Digitized by Google

& acerba eſt, peſſima tamen ſupplicii pars eſt Parenti afflicto illos amittere quos votis ſuſceptis quaſi à Deo receperat. Alius forte hujus loci ſenſus eſſe poteſt, ſed, ut puto, non melior.

*Nil ergo optabunt homines? Si conſilium vis,*
*Permittes ipſis expendere numinibus, quid*
*Conveniat nobis, rebuſque ſit utile noſtris.*
*Nam pro jucundis aptiſſima quæque dabunt Dii.*
*Carior eſt Illis Homo, quam ſibi. Nos animorum*
*Impulſu & cæcâ magnaque cupidine ducti*
*Conjugium petimus, partumque Uxoris: at Illis*
*Notum, qui Pueri, qualiſque futura ſit Uxor.*

Ut cecinit Juvenalis, impulſu planè divino, Sat. X. Verſ. 346, &c.

1. *

Hæc quæcunque legis devoto pectore Mater,
Da lacrimas, et me ſic peperiſſe dole.
Hic jacet extinctus crudeli funere natus,
Ultima vivendi quo mihi cauſa fuit.
Maxima præſtabat miſeræ ſolatia Matri,
Conſilio Fratres, et pietate colens.
Plurima reſtituit curando corpora vitæ,
Quem mihi tam ſubito mors properata tulit.

NOT. Verſum quartum ſic intellige: Extinctus eſt Natus, qui fuit mihi ultima vivendi cauſa, i.e. vita Nati (& præter illam extabat nulla) ultima erat cauſa cur ego, Mater miſerrima, vel ſperarem vel optarem vivere. Hic Natus, ut videtur, Rem medicam exercebat.

---

*F I N I S.*

Digitized by Google

# INDEX.

## A.

**A**Ccenſi, *Adlecti, Adcreſcentes, ſupernumerarii, qui aliis ſuccedebant, & prius quam vacaret locus, in ſpem ſuccreſcebant; poſtea ſubrogandi.*

*A.D. Ante Diem, ut A.D. VIIII.* K. *Mart. i. e. ante diem* IX. *Kal. Martias, i. e. IX. Kal. Mart. Sic & in ante V. Kal. i. e. V. Kal. Sic Actio I. Synodi Epheſinæ dicitur celebrata* πρὸ δέκα καλανδῶν Ἰυλίων. *Rectè vertit Interpres, Decimo Kalendas Julii. Sic actio* I. *Synod. Calched.* τῇ πρὸ ὀκτὼ Ἰδῶν. *Sub die octavo Idus Octobris, quæ omnia cum plurimis aliis docuit Vir Maximus Hen. Noris in Cenotaph. Piſan nunquam ſine laudis præfatione nominandus. Idem etiam valet* Poſt *ac* Ante.

*Adlecti, Adſcriptitii. Vide* Acçenſi.

*Ad. Sæpe præponitur locorum nominibus. Sic* Ad Innocentes, *locus in Mediolano.* Ad Pontes. Ad Urſum Pileatum, *nomen* Vici *in quo Cœmiterium S. Anaſtaſii, Romæ. Sic* Ἐπιδάφνην, *Daphnenſe Palatium* Antiochiæ.

*Adparatorium.* 261, 3.

*Æditiuare. Æditiuum agere, cui ædis ſacræ cuſtodia incubuit.*

*Æra Hiſpanica.* 423, 3.

*Aglibolus.* 28, 5

*Ad-ſive Allecti. Vacantes, Honorarii, Adſcriptitii, in uno verbo, Supernumerarii. Supplementarii.*

*Alytarchæ. Qui Ludis in honorem Deorum celebratis præerant; Elæi enim Rhabdoforos ſeu Maſtigophoros,* ἀλύτας, *vocare, ſcribit Auctor Etymologici. Alii ab* ἀλύειν, lætari, exultare, *dictos putant Alytarchas, ita ut Alytarchæ fuerint quaſi* Publicæ voluptatis Arbitri, Tribuni Voluptatis.

Apparitor. *Lictor Pontificum.*

A Pendice Cedri. *Officium Domus Auguſtæ, cui arcularum, aut aliarum rerum è* Cedro *compactarum cura erat, ut Salmaſius.*

*Archigallus.* 16

*Archibuculus.* 17

*Arca.* 174, 2.

*Auguſtales. Sodales à Tiberio in honorem demortui Auguſti inſtituti, in Seniores & Juniores diſtincti,*

Digitized by Google

diſtincti, & in decurias diviſi: horum Sacerdotum numerus in tantum Romæ excrevit, ut per omnes domos in modum Collegiorum haberentur, Authore Tacito. Coloniæ autem, partim adulandi calliditate, partim ambitionis ſenſu, Collegia ſeu Corpora Auguſtalium Sacerdotum, Imperantis Urbis exemplo, inſtituerunt, in quibus ſex primùm nominati, Seviri Auguſtales dicebantur, & aliquando Magiſtri Auguſtales. Alii quoque [Imperatores, poſt Deceſſores inter Divos relatos, Sodalitia de Illorum nomine appellata, invexerunt: Sic VI. Vir Flavialis inter Sodales Veſpaſiano dicatos. Sic & Æliani, Antoniniani, Helvii, aliique.

Auguſtalis. Præfectus Auguſtalis, cui Ægypti, ad ſimilitudinem Proconſulis, lege ſub Auguſto latâ, imperium datum eſt: nec enim faſces Conſulares ingredi Alexandriam licuit. Huic ſedes erat Alexandria.

Auguſtalitas. Dignitas, & munus Auguſtalis Præfecti.

B.

Barbaricarii. Qui Caſſides & Buccellas argento tegebant, & deaurabant. Antiochiæ, & Conſtantinop.

B. F. Beneficiarius. 36, 2.

Beneficium. Pro vitio. Sic Ulpian. Res abeſt beneficio furis, i. e. vitio, fraude, malis artibus.

Bidental. Locus fulmine tactus. 42, 1.

Biarchus. Annonæ, ſeu Militum commeatûs Præfectus. 396, 2. Non Biar. Cuſ. i. e. Viarum Cuſtos, uti Sertorius Urſatus putat.

Biſoma. 364, 3.

B. R. 77, 1.

Bulla. 11, 1. Cùm inter Scyphos, tripodaſque ponitur Bulla ornamentum quoddam orbiculare eſſe illam ſuſpicor. Forſitan quod nos vocamus Bowl, Galli Boule. Sic etiam Joh. de Janua: Ut generaliter dicatur, Omnia ornamenta aurea, vel argentea, quæ fiunt quaſi inflata [Bullarum inſtar [ Bullæ dicuntur.

C.

Caeruleus. Pro Nigro. Apud Virgil. Pedonem Albinovanum, Flaccum, alioſque.

Calatores. Servi, Miniſtri Sacrorum.

Caſtra. Domus, ſeu Palatium Principis, Comitatus, στρατόπεδον, τὸ θεῖον στρατόπεδον.

Caſtrenſes, Caſtrenſianæ. Miniſtri Caſtrorum, Aulæ Regiæ; Palatinis intra Aulam obſequiis deputati. Caſtrenſes Leges, i. e. Leges Curiæ.

Caſtrenſis Comes. Dignitas Palatina.

Carpentum. Vehiculum quo, Circenſi pompa, Deorum tantùm & Semideorum imagines à mulabus trahebantur.

Caligati. 114, 3.

C. C. C. 277

Candidatus Primiceriorum. 344, 3.

Ↄ Caius. vel Caia. vel Con. ut ↃL. Conlibertas, Conliberta.

Conotaphia.

Digitized by Google

*Cenotaphia.* Sepulcra honoraria & inania; quæ alibi ſepultis, vel honoris vel memoriæ gratiâ, fiebant. Aliquando autem Religionis causâ, vel insepultis, vel quorum reliquiæ inventu non erant faciles, excitabantur Cenotaphia, quòd exiſtimabant animas non poſſe priùs quieſcere, quàm ſepulchris eſſent conditæ, ad quæ ſepulchra animas mortuorum, factis ſacris, clamore magno in patriam revocabant, qui ritus Græcè dicitur ψυχαγωγία. Sic Virgil, Æn. VI.

> Tunc egomet *tumulum* Rhæteo in littore *inanem*
> Conſtitui, & magna *Manes tèr* voce *vocavi*.

*Centuria & Centurio.* 7. Sic notatur.

*Cinerarium.* 172, 2.

Cohortium Cognomina.

*COHH. Cohortes.*
*AEL..ia*
*AFR..icanorum*
*ALPIN..orum*
*AQUIT..anorum*
*ANT..onina*
*ASTUR..ianorum*
*AUG..uſta, & Auguſtanorum*
*BRACARAUG..uſtanorum*
*BREV..corum*
*BRITAN..nicorum*
*C. Civium*
*CELTIB..erorum*
*CR..etenſis*
*DAC..ica*
*DAMASC..enorum*
*DELM..aticorum*
*EQ..uitum*
*F. Felix*
*FL..avia*
*GAL..lorum.*
*J. Julia*
*ITAL..icorum*
*INGENUOR..um*
*LING..onum*
*LUSIT..anorum*
*MAT..erna*
*M. Materna*
*MIL..iaria*
*NOR..icorum*
*PANN..oniorum*
*P. Pia*
*PHIL..ippenſium*
*PR..ætoria*
*R. Romanorum*
*SAGITTAR..iorum*
*SPECULAT..orum*
*TARRAC..onenſium*
*V. Victrix. Valens*
*VIC..trix*
*VIG..ilum*
*ULP..ia*
*VOL..untariorum*
*URB..anorum*

Coloniarum Nomina & Cognom.

*AA. Auguſta.*
*AEL..ia*
*ALEX..andria*
*ACCITA..na*
*ANTI..um vel Antiatium*
*ANTIOCH..ia*
*AN..tonini*
*AP..ulis*
*APAM..eorum*
*APO..llonia*
*AQ. Aquæ*
*AR. FL. Ara Flavia*
*AR..elate*
*AUG..uſta*
*AUXIM..atium vel Auximum*
*AS..ta*
*BARC..inone*
*BER..ytus*
*BOS..tra*

CAP.

*CAP..ua*
*CAES...aris vel Cæſarea*
*CAR..thago*
*CAS..ilinum*
*CELSA.*
*CEL..eiæ*
*CERMENO*
*COM..modiana*
*CONC..ordia*
*COR..inthus*
*DEA.quæ et DIA.*
*DEULT..on*
*EBOR..acum*
*ELAVI..a*
*EQ..ueſtris*
*F. Felix & Faventia.*
*FL..avia*
*FR. IVL. Forum Julii*
*GEM. Geminà*
*G. Gemina*
*HADR..iana*
*HEL. Helvetiorum, & Heliopolis.*
*J. Julia*
*JVVAV. Juvavia*
*KARN..untum*
*LAVR. LAVI. Lauro Lavinium*
*LEP..tis*
*LVG..dunenſis.*
*MET..ropolis.*
*MART..ia*
*MERC..urialis*
*NEM..auſum*
*Nola*
*NAP..uſa*
*NARB..onenſis*
*NAR..nienſis*
*NEAPOL..is, & Neapolitana*
*OCTAV.ia*
*PANNORM..us*
*P.& Pat. Paterna*
*P. Pia*
*PAC..ifica, & fortè Pacenſis.*
*PAR..ma*
*PATR..enſis*
*PEL..la*
*PHIL..ippis*
*RIC..ina*
*ROM..ulea*
*SARMIZ..getbuſæ*
*S. Sabariæ*
*SEC..undanorum*
*SID..onis*
*SIG..nia*
*T. Tyrrhenica, Trajana.*
*TRA..jana*
*TARRAC..Tarraco*
*THAENI..tis*
*TR..oas*
*TYR..us*
*V. Victrix*
*VAL..entia*
*VIM..inatium*
*VLP..ia*
*VOC..ontium.*

*Correctores & Preſides in locum quatuor Proconſulum ſucceſſerunt, quos Hadrianus Italiæ provinciis impoſuiſſet.*
*Col. Colonia.* 4, 4.
*Coracica.* 21
*Conſiſtorium. Locus in quo qui in concilio Principis erant, conſiſtunt.*
*Conſiſtoriani Comites, qui Principi in Conſiſtorio adſidebant.*
*Commentarius. Principis Libellus, in quo nomina eorum omnium preſcribebat, quibus aliqua Reipub. adminiſtratio erat tradita. Hinc*
Commentarienſes, *ſive* A Commentariis; *qui Scribæ erant, qui Commentarium Principis conficiebant.*
*Notarius.* Cuſtos *etiam* Carceris, *ita dictus, quod* Commentarios, *i.e. rationes cuſtodiarum & reorum conficeret, & Inſcriptiones criminum reciperet,*

Compar

*Compar. Conjux.*
Conſiſtorium. *Locus in quo Princeps de rebus Publicis, cum Conſiliariis ſuis deliberabat, qui exinde dicti ſunt* Conſiſtoriani, & Comites Sacri Conſiſtorii.
*Cornicularius. Munus militare, κεριοῦχος; ſive Exceptor, Commentarienſis, à* Corniculis, *i. e.* atramentariis *ita dictus. Eorum autem munus fuit ad* Cornua *Secretarii Prætoriani ſtare, & miniſtrare Judici, agenti, loquenti, ſcribenti, & reſcribenti.*
*Conſus.* 32, 4.
*Columbaria.* 171, 4.
*Concha.* 391, 1
*Cœnaculum.* 307, 1.
*Com. R. P. Comes Rerum Privatarum. Qui ærario præerat, quod* Privatis *Principis uſibus erat dicatum.*
*Com. S. L. Comes Sacrarum Largitionum, qui præerat ærario, quod* Publicis *neceſſitatibus addictum erat.*
*Comitatus. Palatium, Aula Imperatoris.*
*Comitatenſis. Qui in ſacro Principis Comitatu militat. Qui ad Sacrum Comitatum ſpectat.*
*Comes. Qui Sacri Palatii officiis & miniſteriis præficiebatur.*
Comitiva Comitis dignitas.
*Cryphii.* 21
*Culinæ. Locus Publicus Inopum funeribus deſtinatus. Locus etiam in quo Epulæ in funere comburebantur. Significat etiam τὸν ἀφεδρῶνα,* Latrinam, Seceſſum.
*Curator Kalendarii. Qui pecuniis fœnori locatis adminiſtrandis Curator præficiebatur, & qui iſtas fœnori locabat. Vid.* Kalendarium.

D.

*D. D. Decreto Decurionum, idem erat apud Colonias, quod apud Romanos S. C. exprimebatur.*
*Decuria Curiata. Δεκουρία, φρατρεία τῶν Ἱεροδούλων.. Quæ Sacris Publicis apparebat: ſin qua Lictores, Apparitores, Calatores, decuriabantur & deſcribebantur.*
*Decurio. In Municipiis Decurio, in Urbe Senator. Sed & Decurio dictus qui Decuriæ Curiatiæ præerat.* 7, 5.
*D. S. I. M. Deo Soli Invicto Mithræ.* 14, 1.
*D. S. I. P. C.* 44, 1.
*D. S. D.* 35, 1.
*D. S. P. L. M. D. D. D.* 35, 3.
*D. M. P.* 263, 5.
*D. F.* 272, 1.
*D. T.* 276, 1.
*D. P. S. T. L.* 309. 4.
*DD. Dicat, Dedicat, Dono Dedit, Dies.*
*D. D. Q. O. Diis, Deabuſque omnibus.* 5, 1.
*D. N. M. Q.* 78, 2.
*Diſomum.* 272, 3.
*Diæta.* 313, 3.
*D. M. S. Diis Manibus Sacrum.*
*D. P. Diis Publicis, vel Donum poſuit.* 29, 4.
*Duumviri. Magiſtratus, penes quos in Coloniis ſumma eademque erat poteſtas annua, quæ in Româ penes Conſules erat. Poſtea temporis* IIII. *viri creabantur, eadem poteſtate, & jure dicundo præerant.*
*Duc. Duc.* 86, 3.

## E.

*Eliaca.* 20, 2.
*Epulones. VII viri erant è quatuor præcipuis Collegiis.* 81
*Evocati.* 182, 3.
*Ex. V.* 2,2.

## F.

*Fanaticus.* 138, 2.
*Fictores. Cum tenuioris fortunæ homines, taurum cæteraſve hoſtias offerre non poterant, ex cerâ vel pane ſimulatas faciebant, & à farinaceis his fingendis* Fictores *dicebantur. Sed veriorem ſenſum verbi habes.* 278
*Formæ.* 86, 1.
*Fruniti.* 209, 1.

## G.

*Genius. Deus, cujus in tutela, ut quiſque natus eſt, vivit,* τυχὴ ἑκάστου ἀνθρώπου.. *Aſſignabatur autem Genius cùm Diis, tum hominibus, tum etiam Regionibus, & Populis, Coloniis, Municipiis, Pagis, Decuriis, Exercitibus, Cohortibus, Fontibus, Horreis, & Locis ferè omnibus. Genius etiam cuique rei tribuitur, eſtque id quo illa maximè valet & pollens eſt.*

## H.

*H. H.* 82, 2. & 84, 2.
*H. M.* 186, 1.
*H. M. D. M. A.* 187, 2.
*H. M. E. H. N. S.* } 191, 3.
*H. O. S. E. H. N. S.* }
*H. M. SS. E. H. N. S.* 257, 2.
*Heroum.* 197, 4.
*Hierofanta.* 17
*Hierocorax.* 21. & *Hierocoracica.* 21.
*H. R. I. P. Hic Requieſcit In Pace. Ne gravetur, quæſo, Lector, ſi occaſione hac arrepta, pauca quædam è Tertulliano, lib. de animâ, c. 4. hic apponam:* Quid, quod ut ſentienti maledicis, ſi cujus memoriam alicujus offenſæ morſu facis, Terram gravem imprecaris, & cineri penes inferos tormentum? æque, ex bona parte, cui gratiam debes, Oſſibus & Cineri ejus Refrigerium comprecaris, & ut bene requieſcat apud inferos cupis? *Ex quibus verbis hæc colligo. I. Chriſtianos Tertulliani coævos nec* Requiem, *nec* Refrigerium *mortuis ſuis comprecatos, nec aliâ ejuſcemodi formulâ uſos fuiſſe. II. Gentiles, qui illis comprecandi formulis erant uſi,* Purgatorium hodiernum Romanum *in animo non habuiſſe, immò ne de illo quidem ſomniaſſe. III. Chriſtianos, qui hiſce precatiunculis primum uſi erant, ſenſu planè eodem, ſive non admodum diſſimili, accepiſſe, quo, cùm inter Gentiles verſarentur, & ipſi Gentiles eſſent, acceperant. Et durum ſanè eſt, & novos mores diſcere, & antiquos unà dediſcere, (quod Chriſtianorum erat Neophytorum) præcipuè autem cum pietatis humaniſſimæ ſpeciem aliquam præ ſe ferre viderentur.*
*Horologium.* 51, 1. *Vide Solarium.*
*H. S. F.* 79. 1.
*Hypogæum.* 172, 3.

I.

# INDEX.


## I.

*II. Vir. Aug. Duumvir Auguſtalis.* 2, 1.

*III. Vir. Triumvir.*

*IIII. Quartum Vir, aut Quatuor Viri.*

*IIIIII. Sextum Vir, aut Sevir. Unde* Seviralis.

*Inferiæ. Sacrificia quæ Diis manibus inferebant, inde dicta quod illa Sacrificia inferis fiebant, conſtabant ex hoſtiis, quas mactabant, & liquoribus quos ſpargebant, lacte, melle, oleoque, quæ libationes* χοαὶ *à Græcis dicebantur.*

*Indictivum funus. Publicum, ad quod per Præconem populus evocabatur.*

*Inſulæ.* 197, 4.

*Juno Latulcia.* 10, 1. *Stygia.* 10, 2.

## K.

*Kalendarium. Tabulæ Publicæ in quibus ſcribebantur nomina eorum qui fœnebrem pecuniam à Civitatibus accipiebant; ita dictum quod Debitores quorum nomina ibidem ſignabantur, vertentibus menſtruis Kalendis fœnus ſolvebant.*

Καμεσυνίτης. 31, 4. *Forſan* Va*tes qui hymnos & carmina in Deorum honorem compoſuit, à* Camina, *quæ pro Camæna.* 23, 2. *habetur, ſicut & alibi. Aliter* Χαμευνίτης *fortè, per tranſpoſitionem non inuſitatam.* Humi excubans, χαμεύνη *enim* ταπεινὴ κλίνη. *Et forſan* Pagani *Deorum ſuorum templis*, vigiliis, jejuniis, & Chameuniis, *ſicut poſtea Chriſtiani, vacabant.*

*Kalatores.* 138, 1.

## L.

*Laticlavium.* 86, 2.

*Lectiſternium. Sacrum Convivium, ex victimis & immolatis in templis Deorum, ita dictum, quod ſtratis lectis ibi diſcumberent Deorum imagines: Lectiſternium autem (inquit Livius) Jovi, Junoni, & Minervæ fiebat hoc modo Romæ in Capitolio; Jovis ſimulacrum ſtatuebatur in lecto recubans; Junonis & Minervæ imagines in Sellis conſidebant: deinde multa nocte appoſitis epulis, ſeptem Epulones introducebantur, qui cibos ſacratos comedebant.*

*Leontica.* 22

*Lectornam,* 287, 1. *Lege Lecti ornamenta, & protectorium.*


## Legionum Cognomina.

*A. Auguſta, Antonina.*

*A D. & A D I. Adjutrix.*

*AL. Alauda.*

*ANT. Antonina, Antoniniana.*

*APOLLIN. Apollinaria.*

*AQ. Vedii Aquilæ.*

*AU. Auguſta.*

*BRIT. Britannica.*

*C. Caii, Claſſica, Conſtans.*

*CL. & CLAUD. Claudia,*

*CAMILL. Camilliana.*

*CYREN. Cyrenaica.*

*F. Fidelis, Felix.*

*FAB. Fabiana.*

*FERR. Ferrea vel Ferrata.*

*FL. Flavia.*

*FOR. Fortis.*

FIRM.

Digitized by Google

FIRM. *Firmanorum.*
FOLM. *Fulminatrix.*
FR. *Fretenſis*
G. *Gemina.*
GA. *Galbæ.*
GALLIC. *Gallica, Gallicana.*
GEM. *Gemina.*
GE. & GER. *Germanica.*
GORD. *Gordiana.*
HISP. *Hiſpanica.*
IMP. *Imperatoris.*
IT. & ITAL. *Italica.*
JVN. *Juniorum.*
M. *Marcia, Minervia, Macedonica, Martia.*
MAC. *Macedonica.*
MIN. *Minervia.*
MIL. *Miliaria.*
MV. *Mutiana vel Muciana.*
OLIM. *Olimacenſium.*
P. *Pia: ſicut & VI. P. Sextum Pia, & VII. P. Septimum Pia.*
PART. *Parthica.*
POET. *Poetovienſium.*
PRIMIG. *Primigenia.*
PR. *Primigenia.*
RAP. *Rapax.*
SALVT. *Salutaris*
SCYTA. *Scythica.*
SEV. *Sevi, Severi, Severiana.*
TRAI. *Trajana.*
V. *Victrix.*
VAL. *Valens.*
VE. *Vedii Aquilæ.*
VENER. *Venerea.*
VL. *Ulpia, Ultrix.*
VOLVNT. *Voluntariorum.*

*Libum. Placentæ genus, ex farina, melle, & oleo, à λείβω, ſtillo, quia pars ejus in ignem Sacrificiorum injecta, Diis libabatur.*
*Lib. Libertus, & Liberta.*
L. L. Q. P. R. Q. E. 184
L. D. D. D. *Locus datus decreto Decurionum.* 43, 1.

M.

M. D. M. I. *Matri Deûm Magnæ Idæ.* 15, 1.
*Malachbelus.* 28, 5.
*Matres Caſtrorum.* 108, 1.
*Maceria.* 174, 1.
*Maſſa.* 182, 3.
M. C. D. 145, 2. *Memoriæ Cauſâ Donatum.*
*Menotyrannus.* 17
*M. M.* 204, 2.
*Menſam ponere.* 346, 3.
*Merk.* 57. *Merkedonius & Mercedinus dies. Interjectus, intercalaris. Plutarch. in Num. & Caſ.*
*Munus arca, i. e. Arcariorum, quod ſcilicet non à Privatis ſed publici Fiſci pecunia edebatur, i. e. ex Arca fiſci publici.*
*Munus Candida, i. e. Candidatorum.*

N.

*Natalis. Dies quo quis natus eſt: tribuitur etiam Diis, Urbibus, & Coloniis. Quo autem die, vel dignitas aliqua collata, vel aliquid læti, fauſtique evenerat, eum* Natalem *antiqui vocavere. Sic Natalis* Imperii, Adoptionis, Reditus, Navigationis, Vindemiæ, Calicis, [*i. e. Cœnæ Dominicæ*] Sacrorum. *Quem* Sacrorum *diem natalem, in diem* Ordinationis *ſuæ Chriſtiani Epiſcopi mutabant. Sic* Martyrum *Natales ſunt, non qui lucis auſpicia, ſed qui Martyrii coronas protulerunt.*
*N. D. D.* 107, 1.

*N.* Numero. 172, 2.

## O.

*Oblaquiatio. Foſſio, putatio, propaginatio.* 62
*Octachorum.* 361, 1.
*Ollæ.* 171, 4.
*Oſſuaria.* 172, 1.
*Optio. Accenſus, ſive Adjutor Centurionum, Decurionum, aliorumve Militiarum Officiorum. Item Præfectus.* 26, 1.
*Ordo.* Senatus Populuſque, *apud Romanos dicebatur. Verùm apud Colonias, & Municipia,* Ordo Populuſque. *Qui* Ordo *erant* Decuriones *& dicebantur* Conſcripti, *à* Plebe, Populo, & Colonis *diſtincti.*

## P.

*Pantheum.* 1, 1.
*Pater Patratus. Pater Patrum.* 21.
*P. P. Pater Patrum.* 20, 1. *& Pater Patriæ. Sparſim.*
*Parergon.* 34, 2.
*P. P. F. C.* 73, 1.
*P. P. P. P. P.* 77, 3.
*P. A. P. B. M.* 216. 2.
*P. Q.* 246. 3.
*Phetrium.* φάτειον · φρέτειον. *Locus in quem omnes ejuſdem* Fraternitatis *conveniunt.* 76
*Piaculum. Sacrificium porcâ præcidaneâ piando ſceleri factum.*
*Pilicrepus. Qui Pila ludit.*
*Præfectus-Prætorio. Veteres omnem Magiſtratum qui præerat Exercitui, Prætorem appellarunt. Hinc Tabernaculum Ducis ſeu Imperatoris Prætorium dictum eſt, & in Caſtris, Porta Prætoria, quæ erat præcipua. Præf. Præt. primò Prætorii hoc eſt Palatii Cæſarianorum, & Prætorianorum, ſive Palatinarum Cohortium, aliorumque per Italiam Militum curam gerebat, ſed poſtea temporis, totius Exercitûs per totum Orbem Romanum, regimen vendicabat; & à Cæſare Secundus habebatur. Huic ſæpe datus eſt Propræfectus, qui vicem illius agebat, & dictus eſt* Propræfect. Præt. *Si quærit Lector veſtigia quæ remanent hujus officii, in magnatibus hodiernis noſtris, aut illa inveniet in Turcarum Moderatore ſummo, qui dicitur* Grand Vizier, *aut nullibi, nam penes* hunc, *ſicut olim apud* Illum, *omnis habetur & Caſtrenſis & Civilis Poteſtas.*
*PR. PR. ſeu PP. Præfect. Præt. ſeu Præſes, ſeu Proprætor.*
*P. R. Q.* 14, 3.
*Pro. Procurator.* 4, 1.
*Pulvinar. Lectus qui in templis ſterni conſuevit, Numini dicatus. Habebant autem ſinguli Dii ſuos lectos, & Pulvinos, quibus imponebantur; & ad quos Romani, vel devictis hoſtibus, vel Republ. alio quovis modo bene geſtâ, ſupplicationes decernere ſolebant. Vide Lectiſternium.*
*P. V. B. P. R. Q.* Publicus Populi *Romani Quiritium, uti explicat Scaliger, in Indice Gruteriano. Sed forſan Publicus Privatuſque.* 14, 1.
*P. S. F. Pecunia ſua fecit.* 3, 4.



Digitized by Google

## Q.

Q. C. P. R. B. R. *Qui Cum Pace Repoſiti, Bene Requieſcant. Sicut explicat Sertorius Urſatus in libro,* De Notis Romanorum. *Sed melius (ut videtur) Reyneſius, Quem ComPaRaBeRunt.*

Q. I. S.S. *Quæ infra ſcripta ſunt Quinquennalis. Qui Romæ* Cenſores *dicebantur, in Coloniis dicti* Quinquennales *quia quinquennium habebant magiſtratum, & ſingulis luſtris creabantur, pro* Pontificibus, *per errorem, à quibuſdam haberi diu contigit; vide Cenotaph. Piſana. pag.* 73.

Q. K. 149, 1.

Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. 146, 3.

## R.

R*etiarii. Gladiatores, qui rete, jaculo, & fuſcina armati pugnabant.*

*Regia.* Domus *publica Pontificis Max. dicta, quod in eâ* Rex Sacrificulus *habitare conſueſſet, ut Flamini* Flaminia. *Fuit etiam* laureata *hæc domus.*

*Redemtor. Vectigalium Emptor. Item qui certo pretio conducit univerſum opus faciendum,* 32, 2.

*Ricinia. Toga virilis, quâ uſæ mulieres ante funerationem, dum domi lugebant, quam autem in ipſo funere Viris injiciebant, quaſi teſtificantes, nullam deinceps virilem togam domi habituras.*

## S.

*S. Singularis pro duplici. SS.* 2, 3.

*SS.* 20, 1.

*S. A. D.* 176, 4.

*S. D. Sub Die.*

*Sarcophagus.* 319, 3.

*Scœnici Ludi. Ad Deos placandos inſtituti erant & dabantur quoties plures feſti dies continuabantur, quamvis aliis quoque diebus à privatis exhibebantur, at illi erant inſigniores qui ſtato tempore quotannis edebantur. Ita ludis Megalenſibus, qui per ſex dies menſe Aprili in honorem Magnæ Matris Deorum, quatuor Terentii Comœdias recitatas, Phormionem ludis Romanis menſe Septemb. legimus; & Ludis Apollinaribus Comœdias habitas teſtatur Cicero, lib. 2. ad Attic. ep.* 19.

*Scrinium.* Κιβώτιον, *arcula, tabulis compacta, in qua Scriniarii militabant qui* Memoriæ, Libellis, & Epiſtolis *vacabant. Hinc Etymologic.* Σκρινιάριος, Νοτάριος ἢ χαρτοφύλαξ. χαρτουλάριος.

*Schola. Collegium quoddam vel Militum, vel Miniſtrorum.*

*Secutor. Inter Gladiatores is eſt qui adverſus Retiarios pugnabat, ab inſequendo Retiarios ita dictus; geſtabat cuſpidem & maſſam plumbeam.*

*Seviri. Et* Sacerdotes, *& forſan* Magiſtratus. 24, 2. *Sic lege, Herculi in Petra ſacrum.* C. *Calviſius Secundinus Sevir Juniorum Decuriæ, item Quinquennalis, aram [ſacravi] votum ſolvens, lubens, merito. Vide* Auguſtalis.

*Signum*

# INDEX.

*Signum. Panebeum.* 2, 4.
*Sing. pro Signum.* 23, 5.
*Silicernium. Cœna eſt, quæ infertur Diis Manibus.*
*S.p.f.c. Sua pecunia fieri curavit.* 5, 3.
*Solarium. Locus editus in quo antiqui apricabantur. Item locus & inſtrumentum in quo horæ ad Solem dignoſcuntur.* 49, 3.
*Solium.* Πυελὸν, *Arca quâ defuncti condebantur.* Ὀϛρακιναι πύελοι, *Arcæ fictiles.*
*Sortilegus.* 136, 3.
*Stratores.* 365, 1.
*Sp.* Spectatus, *Pignorius ſcribit conductos aliquot fuiſſe ab Editore, gladiatores inſignes, rude donatos, honoris & ſpectandi gratiâ non pugnandi; & inde* Spectatos *dici.* 135, 5.
*Speculator.* 147, 2. *Qui præmittitur, ad obſervandum & auſcultandum.* A Scout.
*Summanus. Pluto ſummus Manium.*
*Subſiciva.* 101, 1.

## T.

*Taurobolium, & Tauropolium.* 11, 4. & 5.
*Taurobolata Petra.* 16.
*Tabularii.* 346, 1.
*T. P. Teſtamento poſuit.* 51, 1.
*T. F. I. H. F. C. Teſtamento Fieri Juſſit, Hæredes Faciundum Curaverunt.*
*Tibicines.* 106, 2.
*Titii Sodales.* 99, 4.
*Tricoſus.* 23, 3.
*Triclinium. Cœnaculum Sepulcrale, in quo Epulum datum ex mortuorum teſtamentis apparabatur.*

## Tribuum Nomina.

*AN. Anienſis.*
*ARN.. ienſis.*
*DUM.. ia.*
*HOR.. atia.*
*LEM.. onia.*
*MAE.. cia.*
*MEN.. enia.*
*MIN.. ucia.*
*OCR... iculana*
*OVF.. entina.*
*OVF. Med. Ouſentina Mediolan.*
*PA.. Pia.*
*PAL.. atina.*
*PAPIR.. ia.*
*PO.. blilia.*
*POLL.. ia.*
*POMP.. tina.*
*POP.. illia.*
*PV.. blilia.*
*PVP.. inia.*
*QVI.. rina.*
*SAP.. pinia.*
*SCA.. ptia.*
*SER.. gia.*
*STE.. llatina.*
*SVB.. urrana.*
*SVC.. cuſſana.*
*TER.. entina.*
*TRO.. mentina.*
*VEIEN.. tina.*
*VEL.. ina.*
*VET.. uria.*
*VO.. tinia.*
*VOL.. tinia.*

## V.

*Vale. Varro in Lib. Logiſtoricis. Ideo Mortuis* Salve & Vale *dicuntur, non quòd aut valere aut ſalvi eſſe poſſint, ſed quod ab his recedimus eos nuſquam viſuri. Hinc ortum eſt, ut etiam,*

Digitized by Google

*etiam* maledicti *ſignificationem interdum.* Vale *obtineat. Terent.* Valeant qui inter nos diſſidium volent, *i. e. ita à nobis recedant ut nunquam ad noſtrum revertantur aſpectum. Servius ad Æn. XI. V.* 97.

*Viſceratio. Crudæ carnis largitio populo facta, funeris causâ, vel in honorem alicujus.*

*V. S. J. C. Vice ſacra judicans, i. e. qui vices Imperatoris egit; in Principis loco judicabat, & ejus perſonam ſuſtinebat.* 142.

*Virginem Locum* —— & *Corpora Virginia* 289, 4.

*Univira.* 226, 1.

*V. S. L. M. Votum ſolvit libens, merito.* 5, 1.

*V. S. S. L. S. D.* 132, 3.

*V.* P. *Vir Perfectiſſimus..* 119, 1.

*V. V.* 7, 1. 131, 4. *Virgo Veſtalis.*

X.

*XV. Vir. Sac. fac. Quindecim-Viri ſacris faciundi. vid.* 25.

*X. Decimus, Prænomen.* 51, 1.

Z.

*Zotheca. Animalium receptaculum*; Cella, *in quæ ſaginantur viva animalia, quæ forſitan Herculi erant offerenda & mactanda.* 24, 1.

# FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google